



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

34. N. 6.

Vol. 1.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

34. N. 6



E. A. PAGENSTECHER, J.Cti.

JURIS
TRACTATUUM,
SPARSIM HUCUSQUE
122 EDITORUM,

NONNULLI SEQUENTES,

NATURALIS JURIS PRINCIPIA. QUIDAM.
OBSERVATIONUM LIBER SINGULARIS.
NOVUM JUSTITIÆ TEMPLUM. DI-
SPUTATIO Ad L. 10. C. de jur. & fact. ign. OB-
SERVATIONES CRITICÆ. GRIPHORUM
MAGISTER PAULUS, INJURIA VAPU-
LANS.

CUI ACCEDIT DISPUTATIO CUM HEINECCIO.

IN THEORIA NON MINUS QUAM FORO, NON OBSERVATA
VULGO, EX JURE NATURÆ, LATINO SERMONE
STILOQUE VETERUM &c.,

CONTINENTES.

EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA.

HERBORNÆ NASSAVIORVM,
TYPIS ET IMPENSIS, B. JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDVÆ. 1734.





COLLEGÆ SUO, DOMINO
D. S. CLAESSEN,

ATQUE

LECTURIS, S. D.

ERNST ALEXANDER PAGENSTECHER.



Vulgata crudorum fabula est : Humaniorum litterarum, quin ipsius quoque juris civilis ignorantia, Jcto in foro versanti, non nocet. sed confutata a Viris magnis ante me diu, & ut refutetur, vix digna. Vnde enim, magister juris pepo, rabula, casus in legibus Tue patrie, & qua esse pauca solent, non decisos ad verum exiges? Atquin, ipsa illa Tue ordinationes exigua patrie, esse confusionse sape solent. Conf. Dn. Ludolff in Praef. Corp. jur. Camer. Atquin ipsas illas proprias (statutarias, dicunt alii) paucas leges, ex jure civili interpretaberis, Lauterbachius aliique habent, & hoc quoque verum est. Juris nostri civilis, Corpus est. Hoc est. Ut ego interpretor, legum cumulus, legum magnus acervus, non manipulus, qualis esse illarum solet. Pari, ni fallor, modo, quo & 12. Tabularum legum corpus, omnes Bibliothecas superans, observo apud Livium. Nullus est casus, qui non decidi liquido, ex iho civili jure, si penitus illud sapias, possit in promptu, sine fraude, sine qua dissidentia Tui animi. Ex decretis Patrie, pauci & non recte quidem, non certo, decidi possunt. Sed unde ergo reliqui, & omnes? Vis ad equitatem naturalem confugere, ad dictamen rationis Tue? O pulchrum Tuum dictamen rationis; an miserabile? stultiloquium certe est. Praestat nihil garrere, quam iia. Sic enim quilibet, cupiet abundare suo ingenio pre aliis. Sic, quot capita tot sensus habebimus; Quot corpora, tot animi divortia. Quot pedes, tot ibunt vias. ire licet! Ex infima etiam plebe, quivis ita jus dicet Sic, numquam, certum jus definitumque habebimus. Sic litium certum nunquam finis. Sic jure pugnorum tandem, suum vindicabit quilibet. Aliter se res habet, si jus civile sequamur. Legem ibi scriptam monstras, rem, qua de agis, decidentem, caquas. Actum Viri, cum meo & vestro erit si jus fabricatum in cutuque cerebro; si cerebrina rationes, qua coeste Jcto, parere solent Republicae errores perniciosos, occupaverint judicia. Sic quilibet agens, in causa quam habet, ita dicet juris esse, quemadmodum ipse pro se decidi cupit. Sic pars agens utraque, semper dicet diversum jus. vicioso, scilicet

mortalium hominum concupiscendi animo. Sic tribuere partium nemini suum unquam poteris. Us non dicam quidem, vires humani ingenii non tantas esse, ut in quolibet obviente casu, unus statim homo vel plures etiam scire possint, quid re-
 ctum sit, quid non sit. Ita existimavit olim Cicero, ita quoque ego haud dudum
 arbitror. Scio, & ipsas leges nostras illas civiles, humano suffragio latas esse, sed
 non ab uno homine pluribusve, non uno etiam tempore, non ex arena, sed omnium
 & totorum sententiis, per plurima tempora, argumentis ex ipsa penitus equitate
 naturali petitis, disputatis, meditat. diu, pluribusve in eam rem constitutis viris,
 atque sic tandem compositas. Retineamus hoc juris corpus, usque dum melius, quo
 totius certo jure componi orbis possit, habere liceat. Vis dicere, multa ibi esse ta-
 men, qua ab aequitate naturali discedunt? Sed ego nego. Ego pernego, id toties esse
 verum, quoties id alii, etiam non obrectatores alias juris nostri laudatissimi, pu-
 rant. Vix aliquid invenio, quod si per remotiores consequentias ad verum juris
 Natura trutinem, ab eo dissentire videam. Aut si unum vel alterum fortean,
 tale occurrat, quid? vis propterea & reliqua non accipere? Quin contra potius,
 tolle hoc, & reliqua meliora erunt. Emendatur hoc statutis aliis. Impone huic
 novo emplastrum, & apparebit in reliquis corpus juris ornatius: quemadmodum
 sexum inferiorem facere videmus, qua, simulato ad hoc saepe etiam, in facie novo,
 musculus nigras imponere ei solent, ut alba & pulch. iores appareant. Haud ibo quo-
 que, si ita vis, Tecum inficius, quadam in juris corpore extare, qua non ad faciem
 Respublica nostra pertinere possunt; Sed non sunt iterum hac suo numero tanta, ut
 respuamus per hac, & omnia reliqua. Omittamus pauca illa, & qua sunt utilia
 servemus. Erunt autem tanta, ut laborantium spem vitam atque posteros, de-
 fendere possimus, certo jure & ordine. Nedum; quod & ipsa illa qua ad statum
 nostrum hodie pertinere minus videntur, attamen ad casus decidendos facere posse vi-
 deam. Materia servorum hodie abolita, apud nos qui per Christum & accepta li-
 berrate inmittuntur, attamen, quas de iis scriptas habemus juris regulas, ad decisio-
 nem faciunt, propriorum hodie quos vocamus hominum. Vis ut liberos conside-
 rare, habe juris articulos, qui de iis scripti sunt; Vis ut servos attendere, repete
 de his decreta juris scripta liquida. Considera, cum ego mediam viam inter aliorum
 dissensus tenuerim, ut libertinorum jura ex hodierno jure ad illos pertineant, atque
 praesto Tibi sunt, ut certas de iis regulas habeas, Tituli, de Operis, Osequiis &
 Successione. Titulus, de Stipulationibus, exolevis hodie, quod verba ita non desi-
 deremus magis, sed cave, queso, dixeris, eis qua ibi de jure proposita sunt, Te ca-
 rere posse, aut, quod magis ineptum est, non opus esse hodie magis titulum illum
 doceamus in cathedris; proh infidelum jura profitentium conatum! Nescias, qua
 ibi scripta extant, de v. g. duobus correis, & ignoraveris quid sit juris, si cum
 duobus contractum alium iniveris. Tolle, qua de conditione ibi dicitur adjectione
 praclare scripta sunt, & quid obtineat in contractibus aliis conditionalibus vel con-
 ceptis in diem, non satis scies. Fundamentum est juris civilis: Regulae stipulationum

per-

10

pertinent, secundum regulam (regulariter, in scholis dicunt) ad omnes contractus, nisi verborum conceptio ore efferenda quid singulare deposcat. *Fundamentum, & hoc modo inter alios, proba: quod Stipulationis atque traditionis verbis conjunctis, omnem tam obligationis quam dominii causam comprehendit, saepe observo. Fundamentum hoc abrogatum hodie non est. Quia ipsis argumentis rerum probatum passim videas. Ex hoc fundamento & hodie ergo, reliquos contractus decisos habebis, in promptu ubi vis certior, si regulas stipulationum teneas ad liquidum. Nihil est ferme, in juris corpore, quod si mutaveris pro mutato facto hodie, applicari ad nostrum statum, vel usam habere non possit. Sed quae proxime (mediate, barbari scribunt) ad nostram Reipubl. faciem adhuc hodie pertinent, tam multa sunt, ut omnia certo & brevi modo, dirimere inter litigantes possis, ita, ne ledatur aliquis. Utinam, hodierni modo nostri, tam causarum Patroni, quam iudices, etiam illi qui strenni alias? Cui sibi videntur & aliis, jura civilia saperent, non, ut solent plurimi, recitando ex Gailii indice articulum, vel ex juris corpore uno spiritu multas leges quas non intelligunt, aut, intelligendo etiam unum vel alium forteant, hic & alibi, juris canonem, etiam quidem num actio competat, non ita inquam satis tamen sed ubi vis, & quae actio suo nomine, suo genere, in sua specie, natura atque effectu, in quovis obviente casu, competat, hoc modo, si fortuna vellet, Nostri jura saperent, quam cito ita esset litium finis, quomodo non, honos cujusque, vita corpus, bonaque ab injuriis defensa atque munita essent? Hoc est, ut Tria juris praecepta animadverto: honeste viveretur, laederetur nemo, tribueretur cuique suum. O laudabile juris nostri corpus, & quod vel eo solo, praeter aequitatem naturalem qua gaudet, retineamus oportet, quod certo componat omnia, idque brevi magis via, si veriore ut invenirent, Interpretes magis dare operam vellent. Quid enim brevius, quid dilucidius dici potest, quid melius, ac unica quidem regula, quam invenio, deposita apud memoriam, in nuptiarum materia scire, in quovis ibi obviente casu, matrimonia an & quando de jure permessa sint? Vide me infra pag. 107. Attende tria verba, quae animadverto, quibus omnis causa succedendi ab intestato dependet. Considera omnium actionum fontes & capita, quemadmodum in quovis semper casu scire liceat, an, qua actione & ad quid ea agere, quid ea obtinere potes & persequi. Confer de reliquis, Tria nostra atque Institutionum juris verba. Pugillares nostros, passim. Vide, haec omnia in juris corpore non rudiori Minerva, sed eleganter proposita. Conf. Patris mei Orat. de jure civil. Vide, ut floret in illo corpore, masculula orationis vigor, ut fluunt illic limpidissima eloquentiae flumina: atque gaudebis. Vide, ut fraternae quasi concordiae in unum confirent egregii juris Atlantes? Vide, ut ibi utriusque juris throno insideat summa ratio? Quemadmodum ibi Diva Themis, lumine dextro, honum, altero aequum habens, & sic utroque cocutiens, verba dicat: cuique suum. O ipsius Iustitiae verum Templum! O amoenum civile jus, quo, quas scribens audio, dulces licet philomelarum querela, non esse tamen tam dulces possunt. O laudabile, iterum atque iterum laudabile, civile jus! Et cui demus*

operans omnino ita oportet, ut intelligere liceat, atque vim verborumque inveniamus amplius. Sed hoc quomodo?

Ad alterum caput pervenio, a quo prefationem institui. Jus illud intelligere debemus, ex praeceptis naturalibus, quippe quibus, illud aliquid addidit & detraxit; Sed & ex antiquitatibus, ex litteris, qua audiunt, humanioribus. Quomodo enim v. g. de mente verborum judicaveris, si non, quid verbis illis veteres Romani significaverunt, intelligas. Quo fœdore, quæso, scies an quidem ita scripserint ꝑCti, ut scriptum hodie legis, si non, quo stilo scribendi illi usi fuerint, sapias. Aliud, utique, juris civilis erit, si aliud scripserunt ꝑCti, quam scriptum hodie legimus. Hinc & arte critica, vitiosa que sunt, medeamur opus est. Ubi duplex iterum hominum genus olim notavi. Medium locum inter utrumque teneamus. Absurdi sunt, qui ubi opus est, emendare non tamen textum volunt; Quomodo magis illi erunt, qui jus sibi vita necisque in nostris leges vindicantes, ubi necesse non est, tamen corrigunt: illi præsertim, qui cum, non, sua particula ita statim parati. Non enim ꝑCtorum, liceat mihi appellare. Criticos certe non, sed cretenses dixerim. Dixi latius in præfatione Chirurgia Legalis inutilis. Et paucis repetam: Toties legem debemus corrigere, quoties hoc opus est. Idque tum, quantum possit minimum. Si non possit minimum, at quantum possit. Idque, sermone latino, stilo veterum, aliisque fundamentis quæ rationem habent. Sed hæc, veluti, in artis nostræ Professoribus, quam maxime desideraverim, ita vero in auditoriis, nolim, ut quidam faciunt, eis moremur studiosam juventutem, sed dicto potius ibi, atque probato ad certum ordinem, quid sit juris ex communi omnium sententia, critica orbi eruditioni publico, ad judicandum committant; Num recipi forte, quod nove parvi ingenium, ex aliorum sententia, possit. Interim, judicetur secundum ea, quæ hucusque proposita sunt. Et quare etiam, in iis qui versantur in foro, ut versantibus in foro, humaniora illa contempere non requisiverim, quin satis esse putem, illos, sed NB. ex omni sua parte, jus civile tenere, quod juris civilis esse, communis hucusque omnium opinio probat. Tria olim, hæc in re, mihi hominum genera feci, NON ꝑCtum, & ad deformitatem insignem; ꝑCtum CREDENTEM; atque CERTUM denique pulcherrimæque ꝑCtum. ILLUM appello, qui jus civile, quatenus habetur ex communi sententia interpretatur, non certum quidem ubique tenet, sed non aliud potest, quam ex (cardui sui) Benedicti Carpozovii, vel (Sancti sui) Andreæ Galii, & cuius adhuc non pia memoria beati sui Patris indice, verba quedam, casus, paginas, evolvere, recitare versus integros, quemadmodum pittacus, non intellecto verbo, suum: Salve, dicit. Duos tales distinguantes in ætate si mecum videris, rugis clypeatos pugnantibus ambos ad nauseam habebis. ALTERUM vero ꝑCtum istum dixerim, qui jus civile quidem, quæle habetur ex communi sententia, certum quidem etiam hætenus tenet ubique, atque sic casus quidem etiam ipsius Galii aliusque sibi obvientes, decidere sine molestia, atque num sapientia illi Romana conveniant, scire satis bene potest, sed, an ipsum illud

illud civile jus, quod communis illa hucusque sententia dixit, revera fit jus civile; an ita inquam placuerit Principi Populo, certior ipse non scire potest. HUNC, 3tium denique ꝑCtum laudaverim, qui ꝑ hac sine dubio inducere in suum animum potest, ex antiquitatibus, sermone Romano, stiloque scribendi Veterum. Hic indicat, quid sit juris. Alter hoc utitur. Prior ille, non quidem hoc intelligit. Ille docet; Alter refert; Prior nescit, quid sit juris? Ille videt; 2dus credit; iste quid sit juris, non sapit. Volumus omnium videre exempla? Rabula me consulentis memini, num vicini 1mi domus, areave, aquam pluviam, ex clientis sui 2di ade recipere deberet ideo, quod ꝑ idem, domus areave 3tii, e regione posita, pati ab adibus vicini 4ti deberet. Atquin, pergebat, ades illa 3tii, 2tiye. harum nostrarum sunt posita e regione. Vel, ut ille garricbat, die Häuser stehen ja gerade NB. gegen einander über / h. e. ut ille latino sermone secum cogitasset, stant NB. contra has. Atquin, sic pergebat: argumentum NB. a contrario est fortissimum, de jure. Risum teneatis Amici! Ah bilem quis possit, nescio. Pergamus; In Constitutione Nassavica nostra, tantum est hisce verbis: mit Hauß Söhnen aber/welche noch unter ihrer Vatter Gewalt seynd/ und zu Latein Filii familias genennet werden/ ob 2c. Scil. illis ibi competit exceptio SCii Macedoniani. Quid, an Constitutio Nassavica, duo ibi diversa conjunctim requirit, ut scil. sint ꝑ in ædibus patris, simul ꝑ in ejus potestate? Quæro, si v. g. filio in patria potestate constituto, sed peregre ex adibus Patris profecto pecuniam credidisti, num exceptio Maced. locum habebit? Bartolista cuidam videbatur id negandum esse, propter illud verbum Nassavicum NB. Hauß Söhne Sed ita non est; ordinationum Philosophæ amplissime. Neque enim illa constitutio, duo ibi diversa, sed inutile illud: Hauß Söhne / per sequentia: Welche ꝑc. explicat, si ad jus civile attendas. Sed hoc quomodo? Verbum Hauß/ Domus, in jure nostro non ades, hic, ꝑ alibi, ex tigno compositas dicit, sed potestatem patriam. Quemadmodum ꝑ ita in testamentaria materia, testimonia domestica, in jure nostro; correctionem laudemque domesticam, apud Ciceronem legimus. Sed hac alibi latius. Cui non autem quotidie ejusmodi exempla occurrunt, ubi tam in jure civili, quam in ipsi legibus Patrii, nugari ultra modum illos videat, qui juris civilis ignorantia laborant. Demus, 2di potius ꝑCtorum generis, exemplum; Et sic simul ꝑtii exemplum erit. Sed talia in opere occurrunt passim. ILLOS, ꝑCtos factos, ꝑ ex alle, appellaverim; ALTEROS, quotquot scil. tales in cathedra sunt, ex semisse, præpuciatos Philistæos, atque (ex ꝑCtorum Romandrum Macrorum præclara familia natos) sed nomine non omine, Mactos ꝑCtos, solenni voce proclama HOS denique, hand uncia licitans, non ita quidem ꝑCtorum nomine dignos existimaverim. Nobiles potius ꝑ equites ꝑCtos dixerim, equitantes scilicet, sic satis feliciter quadrupedante etiam pede quidem, suos Guilios aliorvè, sed non recta via tamen Quemadmodum, ꝑ ejusdem generis Theologi, equites mihi videntur, novi ordinis, nescis? Sancti Schorefels, atque postillarum; post illi, illa stillantes. Ut hi, ne postilla,

ita illi $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$, ne index Gallii pereat, in precibus: panis quotidiani, credo, memores sunt. Utriusque illius ordinis numerus hodie magnus est. $\text{P}^{\text{R}}^{\text{I}}^{\text{O}}^{\text{R}}^{\text{I}}^{\text{S}}$ generis $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$, omnis ille esse debet, qui vult artem profiteri; ex utroque, inquam, talis. Totum jus civile compactum compendio quasi brevi tabeilla atque conversa in omnem Angulum Themide, teneat, oportet; Sed E ita revera iura civilis esse, ex stilo veterum S^{C} . quasi oculis suis cernens, videat. Ex utroque ita debet valere, qui vult ascendere juris cathedram. Sicuti nimirum stulta eorum vox est, qui ubi iura proficientem virum, beacum elegantioribus litteris, vident, sine mora clamitant, hæc non faciunt $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ um, quasi vero, sequi illud debeat, ille $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ um humaniora didicis, ergo non iura, o suavis consecutio! ita valet, sicuti in cathedra factus Vir in iure aliquis esse non potest, citra litterarum elegantiarum cognitionem, ita vero etiam absurdi sunt illi, qui solis illis humanioribus litteris imbuti, quibus forte canam vel aliam legem intelligere possunt, statim se $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ os putant. Sicuti, inquam, reconditis juris sapientia Thesuros ab us, qui horticulos primum rei litterarie lucos penetrare neglexerunt, attingi posse persuasum mihi habere non possum, ita vero sola etiam eloquentia, $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ um non faciet, si non debita simul etiam ille juris civilis præstantia eniteat. Ceu prob dolor, hæc sola, vel potiori saltcm ejus parte, addito juris articulo qui parum sape convenit, iurium Professoris nomen exercere quosdam, animadvertimus. Ego hunc, in juris cathedra, poshibendum, alteri illi, semper putavi, qui humanitatis studio illo carens, juris civilis tamen notitia, quod ex communi sententia reputatur, certior ubique tenet. Ceu E illis profecta, qui posterioris generis magistralli, vel inter hos E illos mixtum compositum aliquid facientes, ad cathedram promoventur, plurimi hodie, si conspurcare compilando folium Germanicum possunt, vel latine, hesitantes quadam verba vomere. At ita fit. Utrouque, quod dixi, valere debet, qui iura profiteri cupit. Quomodo ad curiam formæ admiserim, qui etiam illo solo est valens. ut ut melius sit, E altero ibi valet. Neutro valentem, ziti antedicti generis hominem profanum odisse oportet, E arce. Medium illam ubi adhuc occupabam locum, Patrisque mei Aphorismos, Vætiq; Pandectarum compendium, atque alias jurisprudentiam quam dicebant, ubi recitare juvenis memoria poteram, excellentem tum me iure virum putabam; Ast aliorum ita me contrectare lumine, postea videns, in scholam remisi $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ um. Medium locum a pubertate defendi, atque apud amicos, ita, me propugnasse sapius, memini: Accipe juris corpus, E evolve unum ibi, sunt innumeri, quemvis titulum: Scribet ex ore properante calamo Amanuensis, E si quid, in commentariis quos habeo, ad rem faciens, plus invenies, quam ita ex ore meo scriptum est, meus commentarius Tibi cedit. Ad decidendos casus obvientes, consultum, causa patronum, vel respondentem de iure, raro aut nunquam memini me evoluisse auctores, sed ex solo quod teneo iure compositum; ipsi auctoribus, quibus solis ferme hodie mundus vult decipi, additis ab amanuensi. Sed quid hæc omnia? Factum nondum satis $\text{J}^{\text{C}}^{\text{I}}$ um facimus. Operam dedi diu, E adhuc fludo, ut numerari inter illos possim, qui utroque valentes,

prima

prima *ſ*Crorum antedictorum ſubſellia occupant. Non, quafi certi aut pulchri *ſ*Cra
 nominis oblectatio me capiat, ſed amore ipſius jurisprudentia, qua non tibi arum.
 ſonus amœnior, non avium cantus eſſe mihi dulcior poteſt. Tanta earum me cepit
 dulcedo, ut res forenſes, qua ad ipſius byrſa deliciâs faciunt, non niſi incitus prope-
 ransque faciam, atque vix peractis; neſciam quam cito ad jurisprudentia Romana
 amœnitates redibo. Oportet ſit nobis, eſt mihi, (ita vivam!) mea vita dulcior.
 Tantius mihi Romanarum deliciarum harum amor, tam dulcis amor legum adurit
 pectus, ut ſi, eruditione aut ingenio, diligentia tamen, in iis, vinci me, patiar a
 nemine. Summa ſemper cum voluptate in iis verſatus fui, & nunquam tanta
 quam nunc. Quantum vero hac in parte ego profecerim, ex aequo & bono, Lector,
 ut oportet, judica; ex opusculorum meorum hoc volumine primo, atque altero,
 quod, volens Deo, ſequetur. Ut ut enim quidem initio decreverim, omnia a me
 ſarſim hucusque edita, & alia, uno ſimul volumine edere, ita vero quoniam mea
 alia negotia indies uſque adeo accreſcere video, ut vix magis Typographi eſſe memor
 poſſim, ſic eſt, mutare conſilium debui, atque in Tomos plures dividere. Et
 quare ſic ſimul excuſabis facile, ſi qua nondum ad palatum ſatis, vel ea occurrant,
 qua dicta ſunt ante me ſed ignorantem, ab aliis. Ceu utriusque vitis quadam relegens ani-
 madverto. Sed quod excuſem, unicum eſt: Negotiorum multitudinem & varietatem.
 Aut ſi non ita hac, certe non tamen a meo genio impetrare poterò, ut ſtilum ver-
 ſam. Non placet, quod quidam habent conſilium: ut hodie rem in chartam con-
 jiciant, craſtina die relegant, ſum deponant, poſtea que iterum atque poſtea iterum
 relegant ſemel. Agonum gens, aut lentulorum familia, placuit nunquam. Aut
 ſi placeret, non tamen permittunt negotia. Tanta eſſe ſolent, ut ſapius qua in
 mentem veniant, non notare quidem calamo, ſed committere bonæ fidei memoriæ de-
 beam. Ecce; quoniam vacuam video paginam Typographus habet, co-
 rum ibi quadam.

Habes, Lector meum de noſtra arte judicium, Habes Clariffimo CLAESSENI,
 meum Tecum inter alia diebus hiſce, de jure noſtro diſcuſſum itinerarium. Scripſi,
 ut noſti, Hammona Weſtphalorum d. 5. Maji 1734.



I.

Indignata Themis, tam vasta volumina Legum
Squalida mendoso sæpe jacere situ;
Ecquis, ait, nostras, dempra ferrugine, chartas
Expoliet, nitidæ sedulitate manus?
Magna Patris Magni Soboles! - Tu lumen avitum,
Tu decus & pretium, Tu Colophona dabis.
Perdus ac pernox apices rimabere Legum,
Nullus, quem metuas solvere, nodus erit.
Excolit ingenium patientia mira laboris,
Conatusque tuos entheus ardor agit.
Quare Nassavici columen dicere Lycei,
Nec Tecum poterit vivida fama mori:
Quin etiam Clari per Te rediviva Parentis
Gloria splendoris non leve pondus habet.
Dixerat: & visa est Themis arrisisse serenum,
Lætaque cum plausu deseruisse solum.
Euge! Vir Excellens, tibi gratulor; omnia namque
Promittunt Studis omnia læta tuis.
Incolumis vivas, Aulæ dilectus, & Urbi
Herbornæ, quondam quæ mihi cara fuit:
Ipse etenim impubes Studiis operatus, Athenas
Nassavicas petij, nec petiisse piget.
HORCHIUS in primis oracula Sacra docebat,
Nec gravis in Physicis **GRAVIUS** hospes erat.
FLORINI flores, atque Excellentia **LENTI**
Tironis pectus perpoliere sui.
Nec locus Herbornæ quisquam præluet amœnæ.
Limpidus hic aër membra vigere jubet.
Hic & frugiferi certant cum montibus agri.
Dillaque piscosis luxuriatur aquis.
Hei mihi, quo rapior? sit raptus amoris, Amice,
Quem mihi perpetuum conciliavit Amor.

Vive

Vive Deo, tum vive Tibi, doctisque Camœnis:
Donec serus Avis confociere tuis.

WILHELM NEUHAUS,
SS. Theol. Doct. & Prof. P.

I I.

Optima Clarorum Tibi sunt adscripta * Virorum
Nomina, nec temere; Nomina calcar habent:
Ut memor illorum parili clarescere fama
Intendas animum sedulitate pari.
Id facis! indomitum studiis pernobile pectus,
Juris amore calens, omnia summa dabit.
Et jam multa dedit: tamen uberiora sequentur
Præmia pro meritis; morte carebit honos!
Immo palam facies Scriptis ingentibus Orbi
Prudentum, quanto sis Genitore satus.
Gloria magna Patris, per Te rediviva futuro
Tempore, supremus fiet honoris apex!
Vapulat Irnerius, fuit hæc *injuria*: dixit
Hoc quondam nobis ore styloque Pater.
Vapulat & Paulus, gravis est *injuria*: sic Tu
Docte patrissans ore styloque doces.
Gratulor! æternos studiis Tibi perge triumphos
Quærere: dante Deo Tu Patris instar eris!

* *Indita a Clarissimis Susceptoribus.*

ERNESTI, ab Illustrissimo p. m. Comite Steinfurtenfi,
ALEXANDRI, a Patre, suis meritis post funera claro.
OTTONIS, a Zaunschleiffiero, J. U. D. & Academiæ
Marpurgensis Professore laudatissimo.
CORNELII, a van ECK, J. U. D. & Academiæ Ultrajectinæ
Professore celeberrimo.

I D E M.

Quis neget Herōas Herōum ex sanguine nasci,
 Et doctum doctos reddere stemma Viros?
 Zoile, si dubitas, & si tam cernis acutum,

Docta hujus docti perlege scripta Viri.

Perlege scripta Viri, cujus plus incluta seculo

Geni Themidis doctae Gloria magna fuit.

Ecce *Patris* Virtus quam splendet imagine *Gnati*,

Nominis & famam spargit ubique sui.

Qui Javenis docuit magnā cum laude Juventam,

Groningae & *Lingae* lucida stella fuit.

Qui facit & nostram suadā resonare Cathedram,

Mellissimum Nectar fundit & ore suo.

Quos meruit Titulos, hos rite tuetur & ornat,

Doctrinā similes effigiatque sui.

Hic *juris* nodos, Hic legum aenigmata solvit,

Fortis *Alexandri* Nomen & omen habet.

Desidias molles refugit, vigilesque labores

Urget, misceri Dīs superisque cupit.

Digna sap. cedro, redolent properata lucernam,

Lucifugis blattis scribere nescit opus.

Virtutes Patriae, *Belgarum* Pectus apertum

Exprimit, & factis se probat esse Virum.

Magnificos Libros pergat farcire Minervae,

Magnificus Rector, fama perennis erit.

D. S. CLAESSEN,

S. Th. D. & Prof. Publ. Ordin.

I V.

Ura silent bello : bello lex opprimitur vi ,
Atque Themis Niobes os habitamque gerit.
 Tu tamen (heu mirum !) Mavorsi obtrudere leges
Aufis , & haec Dolopum bella ciere nova ?
Scilicet & pharetram gestat Cyrrhaeus Apollo ,
Odrysumque videt limen adire suum.
 Ergo , *maeste tua virtute , haec praelia juris ,*
Ingenio durent evigilata tuo.

JOH. EBERHARDUS RAU.

V.

Magne VIR, olim quem vidit Groninga docentem,
 Lingaque : Nassavicae gloria summa scholae.
 Sic quoque jam nostras pergis decorare Camoenas,
 Ingenii foetu splendidiore TUI.
 Entheus ast in Te vigor est ; & imago PARENTIS ,
 Sis major PROAVIS det DEUS ipse TUIS !
 Caetera Nassavicae laudabunt dogmata Musae ,
 Dogmata perpetuis jure canenda modis.

D. PHILIPPUS MAXIMI-
 LIANUS DILTHEY,
Med. Prof. & Physicus
Nassavia-Dillenburgicus.

VI.

VT sua per nebulas spargit sol lumina densas ,
 Sic TVA per tenebras spargere iuris amas.
 Namque quod eximios latuit quoque iure peritos
 Iuris id interpres luce beare soles.
 Gratulor. Hoc PATRIVM est, ABAVIS, ATAVIS quoque dignum.
 Quod restat, Patriae perge favere Scholae.

JOANNES MATTHIAS FLORIN,
Histor. & Eloq. utriusq. Prof. Ord.

VII.

Felix, qui potuit Legum cognoscere causas ;
ERNESTVS placida cum gravitate docet.
Felix, qui potuit duros divellere Nodos ;
Præstat ALEXANDER non titubante manu.
Felix, qui potuit perplexas solvere Lites ;
PAGENSTECHERUS Dux tibi promptus adest.
Sic decet Insignes titulos extendere factis ;
Sic decet & spartam nobilitate suam,
Non satis est, Proavum generoso sanguine natum,
Inter Præclaras nobiliore Domos :
Non decus eximium Patris ; non gloria Fratrum ;
Propria sed virtus ducit ad astra Virum.
Inclyte Vir, sequeris claræ vestigia Gentis ,
Et tua ter Felix Nomina clara replet.
Prælustrem vetuere mori sua scripta Parentem ;
Atque tuis scriptis par tibi vita fluet,
Hæc *Tria Verba* Tibi nostris sunt scripta Camœnis
Accipe ; & hæc vestræ Symbola Laudis habe :
Plaudunt Romani Cultores Juris & Æqui ;
Plaudunt Germani Pectora docta Fori,
Plaudit ovans vestris celebrata HERBORNIA Musis ,
NASSOVICIS Titulis imperiosa. Vale.

JOANNES SCHRASSERT,
jureconsultus. Gelrus.

VIII.

MUltra sub obscuris verbis in jure recondi
Sæpius, heu ! summi nos docuere Viri ;
Sed, quæ clara minus juris visa ante peritis,
Illustrata satis jam loca quisque putet,

) o (

PAGENSTECHERI postquam sunt arte soluti
 Grippi, Paule, tui, &, Papiniane, tui.
 Nempe Vir hic mediae linquens sub tempore noctis
 Strata tori, legum grande volutat opus,
 Et calamo, ac lingua, calamum facundia linguae
 Mira tamen superat, res agit usque suas.
 Quin etiam scite naturae arcana recludit,
 Eruit & docta condita quæque crisi:
 Cumque ea longe aliis præstet felicior unus,
 Unus longe aliis anteferendus erit.
 Illius ergo sic nomen celebretur ab orbe,
 Ut vel vincat Avos nobilitate suos.

J. J. S. P. C. H.

FUGA VACUI.

EXL. 2. C. de Compens. ex actis referens, a tabula allegari video, quasi vero, reus condemnatus, compensationem ejusdem illius causæ, quæ jam præclusa & rejecta erat, sententia atque re judicata, nihilominus adhuc in ipsa executione opponere possit. Legem, hoc dicere non potuisse, volunt sanctiones juris aperta. Legem, de diversa nondum rejecta causa, debere intelligi, alii dixerunt ante me. Sed ulterius, nec huic quidem Vulg. sententiæ acquiesco, sed de casu potius intelligendam legem, puto, ubi quis causa aliqua iudicati NB. convenitur, ut hic inquam compensationem opponere possit, suo tempore scilicet. Differunt: *in ipsa executione compensationem objicere, & : causæ alicui iudicati qua quis convenitur, compensationem opponere.* II. Actioni Publicianæ de jure canonico ideo non esse locum posse, Voetius habet & alii; quod bona fides ibi requiratur perpetua. C. ult. X. de Praes. Quasi vero, hic textus, de Publiciana actione ageret, sive, æquitate prætoria; Quasi vero, Publiciana actio illi tantum competat, qui usucapionem implevit. Quasi vero æquitas juris canonici, illam intolerabilem avaritiam pati posset, ut tertius infirmior possessor ita lucrum sentiret, cum damno possessoris firmioris. III. Similis est farine, quod ex dicto capite adhuc facit, consequens: bonam fidem defuncti scil. non prodesse heredi in mala fide constituto ad implendam usucapionem. Quasi vero bona fides defuncti, in herede non continetur. Nov. 48. &c. Quasi vero scil. hæc juris civilis regulæ, de jure Canonico abrogatæ essent. Sed IV. ego antecedens, in dicto textu nondum tam feliciter deprehendo. Bonam fidem requirit, sed non tam continuam. Ergo supple ex jure Civili. V. Titulum de ventre inspic. consultus in causa, nudius tertius, ita interpretabar: Marito

fato

fato functo; *ut venter inspiciatur & custodiatur*, agere posse, (1.) Illos quorum interest, *ut nascatur* (mas, feminave); (2.) Sed & quorum interest *ne nascatur*. (3.) Idque non tantum quorum interest, *ratione successionis*, sed & (4.) *ratione familiae*. (5.) Ubi vocem, *familia*, ex Romana lingua ab ipsa *gente* distinguo. Ut v. g. *Lentulorum* familia, hac in parte, se opponere possit, *familia Scipionum*, licet unius Gentis Corneliae sint. Licetque non *ratione successionis*, sed *folius familiae*, interlit. (6.) Idque in primis, arg. *ibi dignitas*, de familiis *illustribus* intelligo. (7.) Ipse quoque venter, tutorve ejus, a Patre fortean datus, agere poterit &c. VII. Num debita ex diversis contractibus, emptione v. g. & locatione, compensari possint, quaestio est? Qui negant, utuntur §. 39. *alt. Re. Per easdem ibi causas*, ibi non causantur figuras, ut *isdem* scil. *contractus* sint, sed ipsas *causas* obligationum omnium in genere intelligendas esse. Ut scil. compensare non possit debitor quam mihi ex maleficio pecuniam debeo, cum ea, quam ego ipsi ex contractu debeo. Et quae sententia rationem habet maximam. VIII. Non enim posse judicem facere sententiam, habet Laut. & alii. Per Legem, in N. 2. c. 3. & Rationem in L. 2. §. 31. *de Orig. jur.* Lex illa potius contrarium dicit, arg. *U. C. Ratio*, in all. Nov. refutatur etiam, in verbi ibi *Vespere*. Ut Novella prober, conferas cum ea 11. Tab. §. *Nitapacunt* &c. Et Rationem pete, ex L. 1. §. 4. *post. quod insignia*. junct. §. 2. 1. *de oblig. q. ex del.* IX. Etiam Anastasianam legem cessare puto, si partem quis remittendo tacite donaverit, arg. L. 23. C. *Mand. vers. coloratam puram* NB. *videri* &c. Contra, ubi illa lex obtinet, superfluum tum accrescere debitori, praeter aliorum argumenta, atque ea quae dixi in Pugillaribus, adhuc motus d. L. *U. in his* NB. *nulla contra eam*, referens hodie ita respondeo, in causa *Schöpfens Roth* contra *die Lindscheider Nachbahren*. X. Eodem die est, ex actis *Herrn Bergvogt Elobers* contra *J. D. Krum* / respondentem de jure, ad allegatum ibi haud satis bene §. 2. *de Loc. & cond.* in mente venit, argumentum pro sententia affirmantium: *Emtorem non posse expellere locatorem*. Sicuti, in emtione & venditione emtor *imms*, hoc jus habet, ut a venditore *2do* non expelli possit, sed hic contra venditorem agat oportet, ita & in locatione conductione ita dicere, arg. d. §. phi debemus, locatorem *imms* hoc jus habere, ut a venditore *2do* expelli nequeat. Ad legem opponi solitam p. C. Loc. ita videtur: verba ibi, *non stare*, id significare; emtorem fundi, quanti sua interlit rem non statim illam possidere, non necesse habere agere, contra conductorem, sed, statim contra venditorem experiri posse. Eodem modo, quo & alias ita, *stare alicui*, advocatorum dicitur. Atque *consistere* in L. 1. *prav. Conf. L. f. de jure fisc.* Ita ex sanctionibus juris nostris, hodie puto. (1.) Si utrinque contractus, in sola perfectione consistit, jam emtor posteriori conductori priori praefertur, quia jus in re emtoris dominium, quod hic versatur, juri ad rem conductoris, fortius est. (2.) Si consummata sit locatio, jam conductor prior a venditore posteriori expelli non poterit. **Herbornæ Nass. d. 10. Maji - MDCCXXXIV.**

D I C T A,
I N A U D I T O R I O
E. A. P A G E N S T E C H E R I,
N A T U R A L I S J U R I S
P R I N C I P I A.
C O L L E C T A

A B
A U D I T O R I B U S Q U I B U S D A M . E J U S ,
S E Q U E N T I P A G I N A M E M O R A T I S .

P R A E M I S S A E S T
S U M M A , S . P U F F E N D O R F F I I ,

D E
O F F I C I O H O M I N I S E T C I V I S ,
C A T E N A T A C O M P E N D I O .

EDITIO ALTERA. AUCTA ET EMENDATA.



HERBORNÆ NASSAVIORUM

TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREAE,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUAE.
ANNO MDCCXXXII.

J. F. ALBERTUS, Palatinus.

J. W. WISSENBACH, Decia Nassov.

A. GROOS, Dillæburgensis.

A. KÜMPELL, Palatinus.

C. L. HEPPE, Decia Nassov.

J. C. HEPPIUS, Dauborna-Deciensis.

D. W. ZUM-BROICH, Unna Marcanus.

W. F. T. WIRTH, Burbacensis Nassav.

J. C. PAFFIUS, Braunfelsiensis.

E. L. WISSENBACH, Oberneißa Deciensis.

H. L. MANGOLD, Herbornensis.

J. P. HOEFELD, Lüdenscheda Marcanus.

J. H. SCHUNCK, Hanoviensis.

P. D. LINDNER, Herbornensis.

J. P. WEIDENBACH, Selbaco-Rungaliensis.

H. W. HOFFIUS, Neuvvitiensis.

J. C. OTTERBEIN, Herbornensis.

J. P. BECKER, Walbacensis.

C. F. W. WEIDENBACH, Selbaco-Rungaliensis.



ILLVSTRI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO VIRO,

DOMINO

HENRICO ADAMO
NEUENDORFF,

POTENTISSIMO BORUSSIAE REGI,
A CONSILIIS MILITARIBUS INTIMIS.

D. D. D.

ERNST. ALEXANDER. PAGENSTECHER.



Convenit me, Vir Illustris, studiosa juvenus, ut Samuelis Puffendorffii Librum, quem de officio hominis & Civis scripsit, significarem Ipsi. Sed deerat exemplorum numerus. Nec comparari tam cito poterant, quam flagrabat quidem, calore nobili, Eorum animus. Quid ergo? Capiendum erat ex arena consilium. Summam, Divini Schemuelis (ita Samuelem Puffendorffium dicere soleo), nerveose descriptam compendio, repetere typis, & sic satisfacere Illorum desiderio justo, consideravi mecum. Beat, ni fallor. Dum catenatam sic, intellectam ex Auditorio, summam, Summi Viri totius jurisprudentia, deponere opus memoriam, brevibus, negotio facili, sed & ab ea repetere, coherentem

catena, sine molestia, extra Puffendorffium, possunt. Exhibui eadem verba, descripta eisdem verbis. Non, Vir Excell. ac si in eadem perpetuo, cum Puffendorffio consentiam. Quinimo contra: Quemadmodum, in ipsa re, à Magno Viro, iuste aliquando divorcium fecerim; ita nec in ipsius verbis, per omnia acquiescere possum, qua non eleganter scripsit, v.g. Præsupponere. & reliqua. Quin, inter ipsa, qua sequuntur, mea Iuris N. Principia, quadam sunt, qua non aliter adhuc mea dixerim, quam ut habeam, quibus de ipsa veritate disputare magis liceat. hoc est, in eam inquirere. Non-dum, quod mihi videtur, ex animi mei sententia, respondi. Et sic oportet: in non scriptis rebus, non e vestigio nostrum dicamus, quod videtur. Dicam mea, ex quo trutinavi masurium. Et sic quoque oportet. Cæterum Vir Excell, Hæc Naturalia Iura, Tibi Sacra faciam, vult Naturalis ratio. Cum, ut Illustri Tuo Nomine gaudeant (& cuius sic possis quam Tuo? Qui Tu ratione, & sic naturalibus iuribus vales), Tum; quod ab illo statim Tempore, quo lesari Tua præsentia mihi licuit, magni TE feci illico; præ multis aliis hominibus. Quasi, ita erat, animus Tuus traherat meum. Tanta dul-sedo & affectio Tus, inhaeres, ut ipse quodammodo mihi videar, in præterita redire, non, grata recordatione Tus memorem esse. Contemplatio Tus, quantum subtracta est oculis, tantum pectori meo, ac ferme intimis sensibus implicata est. In argumentum huius rei, & quod immensum Tus deside-rium mihi reliquisti, Hæc Naturalia Iura, qua mentiri non discedunt, na-turadi, hoc est, immutabili lege, Tibi, De Dico. Addico. Cum voto, Macenas: Vale, bono, Magni Regis Tui. Regis; armati legibus, & do-corati armis. Ex utroque, Regis. Regis, FRIDERICI WILHELMI; Regis, utrumque VOLENTIS: PACEM & GALEAM. Virumque tempus, & Pacis & Bellorum (Imperatorium est.) recte gubernare valentis. Regis; Cuius nomen, quoties audio, toties mihi, cum veneratione, naturalis amor, & cum amore, naturalis veneratio est. Pulchrum, sine fuce, utrumque! Vale, Vir Illustris, bono huius Regis. Atque confisus, quæ in promtu Tibi sunt, Majestatis Regia illi, diu sis. Sic effuse ego latabor. Sic gratulabor impense, utrique Regis Tui tempori, & Pacis & Galeæ. Bono, Summa Res, valeas! Sic vale. Herborna Nassov. Non. Mart. 1732.



SAMUELIS PUFFENDORFFII,
DE
OFFICIO HOMINIS ET CIVIS,
LIBER PRIMVS.

CAPUT I.

§. 1.



Ad Officium Hominis & Civis intelligendum, requiritur,
(1) Præcognitio actionis humanæ (2.) Tractatio ipsa.

§. 2. Actionis humanæ, consideranda (1.) Natura
(2) Norma.

§. 3. Quoad naturam, perpendenda actionum humanarum, (1.) Origo, (2.) Divitio (3.) Affectio.

§. 4. Quoad Originem, sciendum, eas prævenire (1.) prælucente intellectu (2.) decernente voluntate.

§. 5. Intellectus, ut alias & conscientia vocari solet, ita notandum esse eam vel (a) rectam (b) probabilem (c) dubiam (d) erroneam. *nō* contrariam habere ignorantiam, quæ est (1.) efficax vel concomitans (2) voluntaria vel involuntaria

§. 6. Voluntatem (de qua supr. §. 4.) per quam homo tum sponte, tum libere agit, eam semper feratur in bonum, tamen inclinasse solent (1.) peculiaris ingenii dispositio (2.) consuetudo, (3.) Affectus (4.) Ebrietas.

§. 7. Actionum humanarum divisio (v. §. 3. supr.) est, quod sint (1.) invitæ (2.) voluntariæ (3.) Mixtæ.

§. 8. Affectio (v. §. 3. supr.) est imputatio, ubi perpendendum (1.) quænam actiones imputari possint (2.) quot modis aliquid imputetur.

C A P U T I I.

§. 9. Sequitur (v. §. 2.) actionum humanarum norma, quæ est lex, cujus observetur, *1^{mo}* vinculum, obligatio. *2^{do}* requisita, videlicet (1.) cognitio legislatoris, & (2.) legis, per promulgationem. *3^{io}* partes & materia. *4^{to}* dispensatio, quæ differt ab æquitate. *5^{to}* relatio ad actiones humanas (Ob quam aliæ dicuntur (a) necessariæ vel licitæ (β) bonæ vel malæ (γ) Justæ vel injustæ, circa quod, notanda (1.) justitia tributa tam actionibus quam personis, (2.) injustitia, cujus effectus est injuria) *6^{to}* Divisio, in Divinam, & humanam.

§. 10. Divina lex, est vel naturalis vel positiva.

C A P U T I I I.

§. 11. De naturali notanda (1.) pars fundamentalis, quæ est Socialitas necessario colenda & servanda (2.) vis & origo à Deo Creatore & Conservatore omnium (3.) inscriptio naturalis (4.) Distributio. præscribit enim, ut quis se gerere debeat, adversus α Deum β se ipsum γ alios homines.

C A P U T I V.

§. 12. Sequitur tractatio ipsa (v. §. 1. supr.) Hæc exhibet, PRIMO, officia erga Deum, ubi de religionis natura observandum, quod ea (1.) constat propositionibus (2.) Habeat insignem usum.

§. 13. Propositiones illæ, sunt vel (1.) THEORETICÆ (a) Deum existere (b) esse universi hujus conditorem (c) in universa regimen exercere (d) imperfectionem nullam habere, (2.) PRACTICÆ, quæ versantur circa cultum Dei, (1.) internum, qui consistit in honore ejus (2.) externum, qui variis modis fieri debet.

§. 14. Insignis usus (vid. §. 12.) est, quod sit revera ultimum & firmissimum humanæ societatis virtutum,

C A P U T V.

§. 15. SECUNDO (vid. §. 11. in fin. §. 12. princ.) notanda officia, adversus se ipsum (1.) quoad animum (2.) quoad corpus (3.) in casu necessitatis.

§. 16. Quoad animum, hic, honestis artibus est excolendus.

§. 17. Quoad corpus: Hoc (1.) labore & alimentis firmandum (2.) competendum in affectibus (3.) in vita conservandum: quo pertinet defensio.

§. 18. Hæc defensio est alia contra (1.) primo invadentem (2.) primo læsum.

§. 19. Primo sive ultro invadens, invadit vel (1.) vitam (2.) membra, (3.) pudicitiam (4.) res. Vitam: idque aut α sine alterius læsione, qui modus omnino est licitus, aut β cum læsione, ubi observandum (1.) interdum tutiora remedia tentanda (2.) interdum esse defensionem inculpatam, considerando

rando tamen, tum α . an in libertate naturali, an in statu civili quis degat β . tempus inculpatae tutelae.

§. 20. Priuslato, (vid. §. 18.) etiam aliquando defensio iuste opponitur.

§. 21. Casus necessitatis (vid. §. 15. supr.) adest (1.) in morbo (2.) in communi vitae periculo (3) periculo mortis aut magnae lésionis intentato (4.) inopia victus & alimentorum (5) rebus conservandis, cum damno alterius.

C A P U T V I.

§. 22. TERTIO (vid. §. 11. in fin. §. 12. in princ.) officia erga alios homines, sunt, vel (1.) absoluta (2.) Hypothetica.

§. 23. Absoluta sunt tria: PRIMUM, Neminem lædere; unde sequitur: faciendum esse damnum, quod qua *rem* qua *fructum*, datur (1.) vel per se vel per alios e. g. servum vel animalia nostra (2) vel dolo malo & malicia, vel per negligentiam sive culpam.

C A P U T V I I.

§. 24. SECUNDUM: Agnoscere naturalem hominum æqualitatem, circa quam observandum (1.) in quo consistat (2.) quo modo contra id peccetur. (α .) superbiæ (β .) contemptu. C A P U T V I I I.

§. 25. TERTIUM: Alterius utilitatem promovere, tum (1.) *indefinite* per ingenii culturam & solertiam; tum (2.) *definite*, ut vel (α .) nihil nobis decedat, quæ vocari *solent* res innoxie utilitatis (β) aliquid decedat, qualia sunt beneficia, adversus quæ, requiritur gratus animus.

C A P U T I X.

§. 26. Hypothetica (§. 21.) volunt observari debere (1.) transitum ab officiis absolutis ad hypothetica (2) eorundem designationem.

§. 27. Transitus fit per pacta & promissa, circa quæ, notanda (1.) necessitas (2.) generale officium (3.) obligatio (4.) materia (5.) formula (6.) Executio.

§. 28. Necessitas, ex humani ingenii indole patet. Dum non omnes officiis obtemperant.

§. 29. Generale officium (v. §. 27.) est, ut quilibet fidem datam servet, ubi notandum (1.) alia deberi ex jure perfecto, alia ex imperfecto (2.) fidem dari vel (α .) per actum solitarium, qui vocatur promissio gratuita, quæ vel (1.) perfecta (2.) imperfecta; vel (β .) per actum reciprocum, qui vocatur Pactum.

§. 30. Obligatio requirit ultroneum nostrum consensum, & in promissis pactum per signa expressum, quem impediunt (1.) imbecillitas rationis (2.) error (3.) dolus (4.) metus.

§. 31. Materia pactorum exigit, ut promissa non sint (1.) supra vires nostras (2.) de re illicita (3.) de rebus alienis.

§. 32. Formula est diversa, concipiuntur enim pacta (1.) pure & absolute (2.) sub conditione. Sunt autem conditiones vel (1.) possibiles (2.) impossibiles;

Haec, potestativæ, casuales, mixtæ. *Haec*, tales, vel (a) physice (b) moraliter.

§. 33. Executio fit vel (1.) per nos ipsos (2.) per internuncios.

C A P U T X.

§. 34. Sequitur (§. 26.) designatio officiorum hypotheticorum, prout supponunt (1.) institutum aliquod humanum (2.) statum diversum.

§. 35. Institutum humanum est (1.) Sermo (2.) Dominium (3.) pretium (4.) contractus.

§. 36. PRIMUM, est sermo, circa cuius usum, lex naturæ dicitur, ne quis sermone similibusque signis decipiat; ubi observari potest *imo* duplex obligatio (a) ut certæ rei, certum vocabulum applicetur (b) ut animi sensa liquido experiantur, licet hæc duo non semper usu venire debeant, *ad* veritatis & iustitiae naturæ.

C A P U T X I.

primo Firmamentum sermonis & aliorum actuum, per juramentum, cuius notanda (1.) definitio (2.) finis (3.) res, per quam concipitur (4.) formula (5.) obligatio (6.) interpretatio (7.) Divisio.

C A P U T X I I.

§. 37. SECUNDUM (v. §. 35.) est Dominium rerum. Hujus notanda *primo*, origo, *secundo* Definitio, *tertio* objecta, *quarto* modi acquirendi. Hi sunt vel (1.) Originarii, (2) Derivativi. Originarii vel (a) simpliciter tales hodie non nisi occupatio, (b) secundum quid, per (a) accessiones (b) Servitutes. Derivativi sunt, per quos res ab alio in alium devolvitur, vel (a) ex dispositione legis (b) facto prioris Domini (& quidem ut devolvatur, vel (a) bonorum universitas (1.) in successione ab intestato (2.) per testamentum (3.) donationem (4.) contractum, vel (b) portio (7) invito interdum Domino (d) per usufruptionem.

C A P U T X I I I.

Denique *quinto* notanda hic sunt officia tria: cum suis conclusionibus.

C A P U T X I V.

§. 38. TERTIUM (v. §. 35.) est pretium. Cujus notanda (1.) Origo, (2.) Divisio in vulgare & eminens (3.) fundamentum (4.) intensio & remissionis causæ (5.) æstimatio, per quam dicitur (1.) legitimum (2.) vulgare.

C A P U T X V.

§. 39. QUARTUM (§. 35.) est contractus, qui Domini & pretii consequens sunt, utpote eadem præsupponentes, circa hos notentur (1.) Divisio, (2.) firmamentum, (3) contraria in modis solvendi (4.) interpretatio.

§. 40. Dividuntur in Beneficos & onerosos. Benefici sunt (1.) mandatum, (2.) commodatum, (3.) depositum. Onerosi sunt (1.) permutatio: quæ à reciproca donatione differt. (2.) Emtio venditio: cuius sunt varia pacta & genera, (3.) Locatio, conductio (4.) mutuum, quod datur vel (a) gratis (b) sub usuris (5) Societas (6.) qui aleam continent; ceu (a) sponiones quo pertinent lusus & lottariæ (b) olla fortunæ (c) assicuratio.

§ 41. Firmamenta (v. §. 39.) accipiunt contractus, per (1.) fidejussoria (2.) pignus; sunt autem res quæ pignori supponuntur, vel (a) fructuosæ, quibus addi solet pactum antichreticum, (β) steriles, quibus addi solet lex commissoria.

C A P U T X V I.

§. 42. Modi solvendi obligationes (§. 39.) ex pactis oriundas, sunt (1.) expletio sive solutio ejus, quo de fuit conventum (2.) compensatio (3.) condonatio (4.) mutuus dissensus (5.) perfidia (6.) status mutatio (7.) tempus (8.) mors (9.) delegatio.

C A P U T X V I I.

§. 43. Quoad Interpretationem Legum & Pactorum (v. §. 39.) observanda sunt nonnullæ regulæ (1.) de verbis popularibus (2.) vocabulis artium, (3) sensu investigando, ex conjecturis, circa verba & orationem, quæ peruntur vel ex (a) substrata materia (β) effectu & consequentibus (γ) conjunctis, loco origine (δ) ratione legis (ε) diversa verborum significatione. tum laxiori tum strictiori. Ut autem verba generalia restringantur, id contingit (a) materia diversa, quæ est vel (1.) favorabilis (2.) odiosa (3.) mixta. (b) ex defecta voluntatis, originario (c) casus emergentis cum voluntate repugnantia. Huc etiam pertinet exceptio ab universali locutione.

LIBER SECVNDVS.

C A P U T I.

§. 44.

Videamus nunc officia hypothetica, quæ supponunt statum diversum (vid. §. 34.) Est autem hic status, vel (1.) naturalis (2.) adventitius.

§ 45. Naturalis considerari potest, primo in ordine [1. ad creatorem : cui statim opponitur vita & conditio brutorum 2. singulorum hominum ad se ipsos : qui status opponitur vitæ per industriam hominum exultæ 1. ad alios homines, qui status opponitur statui civili.] Secundo prout vel per fictionem vel revera existit. Tertio quoad sua jura : quo respectu dicitur libertas naturalis & quivis æqualis existit. Quarto. Quoad sua incommoda.

§. 46. Adventitius (§. 44.) exhibet societates (1.) simplices (2.) compositas.

§. 47. Societates simplices seu parvæ, sunt (1.) matrimonialis (2.) paterna (3.) Herilis.

C A P U T I I.

§. 48. De matrimonio notetur (1.) finis (2.) obligatio ad id contrahendum : quæ consideratur in respectu (a) ad totum genus humanum (β) ad singulos, inter quos intervenire solet pactum, quod certis capitibus absolvitur

B

rum (3.) impedimentum morale: arcta nimis sanguinis aut affinitatis conjunctio (4.) solennitas (5.) officia.

C A P U T I I I.

§. 49. Societatis paternæ, notanda (1.) origo (2.) jus (3.) potestas, quæ consideratur in respectu (a) familiarum diversarum & generis (β) ætatis diversarum. (4.) administratio. (5.) officia reciproca.

C A P U T I V.

§. 50. Societatis herilis, considerantur (1.) origo (2.) potestas herorum & conditio servorum, pro eorum diversis gradibus.

C A P U T V.

§. 51. Succedunt (§. 46.) compositæ sive magnæ civitates, circa quas notanda (1.) causa impulsiva (2.) interna structura. 3. definitio.

§. 52. Causa impulsiva est vel (1.) non sufficiens (2.) genuina & principalis.

§. 53. Non-sufficiens est (1.) natura [Quod patet (a) ex conditione constitutarum civitatum (β) requisitis boni civis (γ) repugnantia in natura hominis] (2.) lex naturalis (3.) merus divini numinis (4.) conscientiæ morsus,

§. 54. Genuina & principalis est, ut præsidia sibi homines circumspicerent, contra mala homini ab homine imminentia.

C A P U T V I.

§. 55. Interna structura (v. supr. §. 51.) requirit PRIMO insignem multitudinem, SECUNDO consensum [cujus primo sunt impedimenta duo (1.) diversas inclinationis & judicii (2.) torpor & averfatio faciendi quod utile est. Secundo. Remedia duo: (1.) unio (2.) potestas] TERTIO duo pacta & unum decretum.

§. 56. Restat (51.) Definitio. Hac, civitas concipitur, ad modum unius personæ, quæ habet sua peculiaria jura, proprias res, exercitque suam voluntatem vel per unum hominem, vel per unum concilium, & sic imperans dicitur, vel monarcha vel senatus vel populus liber. Reliqui subditi vel cives: qui sunt vel (a.) Originarii vel (β) adscititii.

C A P U T V I I.

§. 57. Imperio ita in civitate constituto observari mirentur (1.) partes summi imperii in genere (2.) formæ rerum publicarum (3.) affectiones imperii civilis (4.) modi acquirendi imperium (5.) officium summorum imperantium (6.) partes summi imperii in specie (7.) officia civium.

§. 58. Quoad primum sunt hæc, (1.) significare voluntatem (2.) representare motum (3.) cognoscere (4.) congregare, unire, armare, fœdera pangere, (5.) constituere ministros & magistratus (6.) sumtus procurare (7.) Doctores ordinare.

CAPUT

C A P U T V I I I.

§. 59. Quoad secundum (v. §. 57.) formæ rerum publicarum, sunt vel (1.) regulares (2.) irregulares. Regulares sunt Monarchia, Aristocratia, Democratia. Quarum consideranda (a) potestas (b) vitia, tam (1.) hominum (a) Tyrannis (β) oligarchia (γ) ochlocratia (2.) Status. Irregulares sunt systemata civitatum; quæ oriuntur ex (a) conventionione (β.) perpetuo fœdere.

C A P U T I X.

§. 60. Tertio (§. 57.) affectiones imperii civilis sunt, quod sit (1.) summum (2.) *αὐτοκράτωρ* (3.) legibus civilibus superius (4.) sanctum (5.) absolutum vel limitatum (6.) vario modo habitum.

C A P U T X.

§. 61. Quarto (§. 57.) Modi acquirendi imperium sunt (1.) occupatio (2.) electio, quam antecedere solet interregnum (3.) successio, vel arbitrio Regis vel Populi.

C A P U T X I.

§. 62. Quod ad quintum; tale est (1.) Cognitio officii, (2.) salutis publicæ procuratio (3.) Disciplina publica (4.) legum præscriptio (5.) executio (6.) securitatis præstatio (7.) ministrorum constitutio (8.) Tribunorum exactio (9.) rei civium familiaris cura (10.) civium unio (11.) virtutis & armorum curatio.

C A P U T X I I.

§. 63. Sequuntur (vid. §. 57.) Sexto partes summi imperii in specie, quæ sunt (1.) leges civiles (2.) jus vitæ & necis (3.) existimatio (4.) potestas in bona (5.) Bellum & pax (6.) fœdera.

§. 64. Quoad leges civiles sic dictas respectu auctoritatis vel originis, notatur eorum (1.) finis: reipubl. commodum. (2.) vis: per sanctionem pœnalem & actiones, quibus tempus, locus, modus, personæ adsignantur.

C A P U T X I I I.

§. 65. Jus vitæ & necis (§. 63.) obrinet vel (a) indirecte ad defensionem civitatis; (β) directe per pœnam, ubi notatur. 1^{mo} finis: præcautio læsionum & injuriarum [respicienda autem est utilitas ejus tum (1.) qui peccavit (2.) qui læsus fuit (3.) omnium.] 2^{do} non puniri (γ) actus inerte internos (2.) minutissimos lapsus (3.) vitia animi & corruptione mortaliun resultantia. 3^{io} gravitas delictorum ejusque æstimatio. 4^{to} pœnæ genus & quantitas.

C A P U T X I V.

§. 66. Existimatio (v. §. 63.) est vel (a.) simplex (β.) intensiva. SIM- PLEX, in statu 1^{mo}. naturalis [vel (a.) integra habetur (β.) diminuitur (γ) consumitur] 2^{do}. *intra civitates degentium*, defluit (1.) ex mero statu (2.) ex delicto. INTENSIVA, quæ est honor: ejus notetur [A] diversitas inter eos (1.) qui in naturali vivunt libertate (2.) qui sunt cives reipbl. [B] fun- da-

damenta producentis (1.) aptitudinem ad honorem (2.) jus fructe dictum seu perfectum.

C A P U T X V.

§. 67. Potestas in bona contenta civitate (v. §. 63.) est triplex (1.) iis leges præscribendi (2.) tributum & vestigal decerpendi (3.) Dominium eminentis exercendi. Huc alicubi accedit patrimonium (a.) Principatus. (β.) reipublicæ.

C A P U T X V I.

§. 68. Quoad Bellum & Pacem (v. §. 63.) notentur (1.) Belli causæ justæ vel injustæ (2.) modus agendi in bello per vim & dolum (3.) divisio in solenne & non solenne (4.) jus belli movendi (5.) licentia in bello (6.) effectus.

C A P U T X V I I.

§. 69. Fœderum (v. §. 63.) notentur *1mo* Divisio [(a.) Alia sunt de mutuo officio invicem præstando, vel secus. (β.) Aequalia vel inæqualia & hæc vel (1.) cum immixtione summi imperii vel (2.) absque ejus imminutione (γ.) in realia & personalia]. *2do* causæ. *3tio* His conjunctæ sponsones.]

C A P U T X V I I I.

§. 70. Restant (§. 57.) officia civium. Quorum observetur *Primo* DIVISIO, [*1mo* in generalia, quæ respiciunt, (a) Rectores civitatis (b) totam civitatem (c) concives. *2do* Specialia (1.) Consiliariorum (2) Clericorum (3.) Doctorum (4.) Judicum (5.) militiæ præfectorum (6.) militum (7.) Ministrorum extra patriam delegatorum (8.) Tributatorum] *Secundo* DURATIO

F I N I S.

I.

A Natura, Juris repetenda stirps est. Cic. de LL. 1.6.

EXEGESIS.

HOc est. Naturale jus, & quod ratio mortales docet, fons est & scaturigo, *omnis, prout publici, sed & divini, juris.* Hoc est. Veluti, ex uno aquæ fonte, innumeri derivantur rivuli; Ita &, ex ea naturæ sola lege, plures tot manaverunt alii. Hoc est. *Quemadmodum, ex stirpe unius arboris, multi rami prodeunt, sic &, ex eo naturæ jure, varia sunt orta civilia jura.* Hoc est. *Quemadmodum, ex una apud Romanos E.g. Cornelia gente, † multæ ortæ familiæ sunt, Scipionum, v.g. unæ, Læmularum altera; Ita &, ex uno Na-*

† Præputari non interest, gente aliquis an familia natus sit. Modo, ille notus sit. Ratio, ut ego quidem suspicor, hæc est, quod n. n. ex antiquitatibus sapiat; differentiam apud Romanos, gentem inter & familiam. Ita differunt: In gente una, plures familiæ erant. Differunt, nunquam eorum & pars. Non, in familia, gentes, sed in gente, familiæ erant.

Naturæ jure, nata sunt multa alia. Hoc est. Tunc jus civile facere Legislatorem, si juri Naturali addat aliquid vel detrahat. Hoc est. Quod Justinianus habet, ubi Jus suum Civile definit: *Artem esse æqui*, non tantum, sed & *boni* simul.

I I:

Ergo sine notitia naturalis juris, factus aliquis Jctus esse non potest.

Qua arte enim, dævi aquæ, vel natura rivali, judicabis; si non ex ejus fonte unquam bibisti antea? Aut cui civile jus interpretari liceat, sine Naturalis Juris scientia; cum hoc, genuinæ interpretationis & applicationis media suppeditet? Quomodo, naturam pretiumve rami cognosces, si non, cujus sit arboris, quoque scias? Quo pacto itaque, de sententia civilis Legis, plenius esse Tibi judicium poterit, si non ejus originem, causam primam, jus inquam Naturæ cognoveris? Addamus v.g. unum, ut dereliquis simul conjicias. Dic, quid juris est; An alere statim prolem, nove natam pupam, pater, vel mater debeat, dando v.g. lintea, vestitutum, lectulos, &c.? Leges, hoc onus patri imponunt, & sapientes de jure viri. Sunt, qui distinguunt, per L. 9. C. de pat. potest. Ubi Imperatoris rescriptum, *injungens matri, ut ad triennium natum filium alat*. Quid dicemus? DDres ajunt, Legem agere, de alimentis primis naturalibus, de nutrimento *Lactis*, scilicet. Ut hoc videlicet, mater, reliquis autem alimentis, pater, alere prolem debeat. Sed quid hoc est? Explicemus controversiam, antea. Atqui, dubium esto, ipsa res documento est, hoc ad patrem, quippe qui Lacte caret, non pertinere posse. ut alimenta consequenter alia, injuncta matri, in d. Lege, intelligi oporteat. Ita ego dubium tollo; ita significare soleo, quod in d. Lege, volumus, dicitur, *Lactis alimenta ad matrem pertinere*: Non cogi patrem scilicet, uxori, non volenti ubera præbere proli, sumtibus suis, nutricem lactantem quærere, sed posse eum, sumtus huic datos, ab uxore repetere; vel datam ipsi ab ea dotem, propterea, retinere. Ita legem dixisse, ita juris esse revera, probo; quoniam, id jura naturalia volunt. Ita vult, Naturalis juris illud: *societatis*: prin. ipsum. non enim mater, societati studere dici potest, si faciam prolem respuat. Ita vult, principium Juris Naturæ adzquatam unicum illud: *conservationis atque incrementi*. neque enim, conservare, dici mater potest, si exarescere faciat, qui est, fontem lactis; si perdat lac, sumtus dandos nutrici, &c. Materem debere, lactare prolem de jure Naturæ, adhuc est, aliis adminiculis, sic contendo: Dum enim, mater, ante pectus tibi mammæ, fontem lactis, natura dedit; sequi sua

si fonte utique debet, in hunc finem, te eas accepisse, ut iis, eas ejulantem prolem
 nutrias. Quid interest enim, utrum NB. VERBIS illis: *Mater, lacte tuo, uberibus,*
alias prolem natam tibi, an ipso NB. FACTO: *Datorum uberum tibi*, Deus,
 suam legem: *ut prolem lactes*, significaverit tibi? Tantum interest, ut for-
 tius factis quam verbis, voluntatem suam exprimere legislatorem, dicatur
 conf. inf. canon. 44. &c. Aut putas, mater, creatas tibi mammas perperam? Cave
 dixeris! Ne creatorem sapientissimum, insaniz accuses. vid. infra Can. 10. &c.
 Neu dixeris; ratione decoris, formositateve causa, te accepisse. Quid (1.)
 enim illud ornamenti? Pone, quisquis es, masculini generis, homo, ta-
 lem altitudinem ibi natam tibi; quero, annon gibbosum doleas? annon,
 celares quocunque modo, nativitatis vitium? Demus, unam vel alteram tan-
 tum foeminarum, gibbos tales accepisse; Quid, an in decore putaret? Quero,
 Te antestare ipsemet, an, seposito inquam omni perverso appetitu libidino-
 so, in uberibus qua uberibus, quid pulchritudinis esse, existimaveris? Ut,
 vel fatendum continuo sit, nihil ornamenti inesse; vel, venustatis cau-
 sam, in libidine sola venerea, in appetitu aliquo libidinoso, te concepisse.
 Sed quid esset, Deum, auctorem venereum, & libidinosum auctorem, accusare;
 Si illud non hoc esset? Vagatur, ita debenti dicere, per ima ossa timor geli-
 dus! Dic (1.) mater, si venustatis causa, ubera habeas, quare tum ea Deus
 tibi creaverit in NB. illo Loco, ante pectus, ante cor tuum, ubi tui amo-
 ris omnis sedes? Quare non tum, v.g. in dorso &c.? Ideo sapientissimus tuus
 creator, illas tibi ante cor tuum, amoris sedem, collocavit, ut sic, eas prae-
 bens proli natae, quam hucusque non vidisti, videre jam, agnoscere, lactis si-
 mul & amoris nutrimento alere, inter brachia recipere, ante cor tuum ove-
 re, possis. Nec ornamenti; nec venereae vulgivaeg libidinis causa, aut si,
 insimul tamen, ut mammis alas prolem, eas, creasse Deum, sic est probo:
 quod ibi mater *lac* provocas. Aut, oportet enim, id ita natum sit frustra,
 id quod cavcas, precor! de sapientissimo dixeris; Aut ideo habeas, erit, ut
 eo prolem alas. Nihil interest enim, utrum *verbis*, an *facto* tali, legislator
 suam voluntatem significet. Juris Naturalis, & per hoc, D. L. 9uz conve-
 niens esse, ut mater, primis alimentis, h. e. lactis, prolem alat & non pater,
 ipsis argumentis rerum naturalibus, probavi. Ita esse, firmo, sacri codicis fide.
 Quemadmodum enim d. L. 9. de partu NB. trimo, ita dicit, ad NB. trien-
 nium debere matrem lactare prolem, ita & in Bibliis 2. Macc. 7. v. 28. matrem
 ipsam, de eodem NB. trium annorum tempore testantem ita legis: *lactavit Te, mi*
filie, ad triennium. Quibus vero omnibus, facilius consenseris, si dixerim, non
 soluisse matres olim, ante triennium, a mamma depellere filios. vid. Cl. Schult.
 ad Ulp. 16. I. Quod ego probavi semper, praeter aliorum alia, dicto Maccab.
 loco. observato, hac in parte, jam video, ante me, & a *Giosof.* ad d. L. 9.
 Et ut ita argumentatus mecum semper fui, naturali jure, ad primam evolu-
 tionem

tionem dictæ legis *græ*, ita relecto postea Aulo Gellio 12. 1. ad eundem ferme modum, disputasse illum, video : *peccare conscientia matrem, si prolem nasam sibi lactandam alii dare vellet.* Sed mallem, Aulum ita disputasse, matri incumbere, non tantum ratione ipsius prolis, *no scil. hanc extranea nutricia commisit*, sed & ratione patris, non illum sc. necesse habere, uxori alere nutricem aliam. Ut &, præfatam dubitandi rationem, *ornamenti causa habere posse mammam, famulum*, non modo movisse illum, sed & sustulisse simul e medio ; arque alia quæ allegavi, Gellium adduxisse (poterat & multa tacuisse), vellem. Ut sic, scribendo, parcere tempori, jam licuisset mihi. De jure puto : *Trimo minorem prolem debere alere uxorem, lacte proprio, nec maritum tenere suis sumptibus uxori nutricem quæere.* Ita profecto ! (1.) Per d.L. 9. (2.) Quod ita norma Juris Naturæ flagitat. Firmata (3.), sacro codice. dicto Maccab. loco. (4.) Præjudiciis. Vid. Patris mei Sicil. Tit. d. *agn. & al. lib. Man. 4.* Cæterum : quod dixi, *maritum, qui ita nutricem alit, posse ad modum datorum nutricia sumptuum, dotem retinere* ; illud, & sic (5.) dictam sententiam, probò, inter alia adhuc, ipsa titulorum sffrum, hac in parte, facta connectendi ratione. Quos enim ego, catena coherentes, ita quidem, tradere soleo. Titulus, videlicet, ultimus libri vigesimi quarti, est inscriptus ita : *Soluto matrimonio, quemadmodum des petatur ?* Dic, ad modum totum, sive totam, regulariter petere uxorem posse. Nisi retineri a marito ex causa, ad modum aliquem, vel in totum, queat. v. g. (1.) in tit. sequenti, hoc est, Libri vigesimi quinti, titulo PRIMO : *De impensis in rem dotalem factis.* h. e. ob impensas in dotem a marito factas, ad eorum modum usque, retinere maritus dotem poterit. (2.) In titulo sub sequenti, h. e. ejusdem Libri vigesimi quinti titulo SECUNDO : *de Rerum Amolarum Etione*, ob res ab uxore amotas scilicet. Ut & (3.) in tit. hunc subsequenti h. e. dicti libri, titulo TERTIO : *de agnoscendis & alienis liberis* ; si uxor scil. alere trimo minorem prolem, lactare mammis suis, noluit, poterit & tum maritus, ad modum, sumtuum datorum nutricia, dotem retinere. Ceu ita soleo, sffrum titulos, catena coherentes, apud memoriam studentium deponere. Sed & cuncta ad N Juris amussim trutinare. Hæc ; ut videas, sine cognitione J. Naturæ, leges civiles, te intelligere non possent. Sed quod probò ulterius. De indifferentibus ferri leges debent. Quo scædere autem, ex indifferentes sint, scire potes ; Lex, quod à Jure Naturæ differat, quo conatu cæces, qui non sapit Naturæ Jus ? Parum denique noveris, an, quid, *Jur. Naturali*, Justinianus addiderit vel detraxerit ; si non intelligas ipsam illud Naturæ jus. Quomodo, legem civilem controversam, pro cliente tuo, Domino Judici, de æquitate naturali, laudabis, si hæc te lateat ? Pone : duas leges sffrum, sibi videri contrarias. Quid ? Convincas causæ Patrone, Dominum Judicem, negotio facili, si docere possis, legem illam, quam pro cliente Tuo allegaveris, Naturali juri & æquitati convenire. Sunt quidam,

als,

ms, resata, qui etiam se strenuos JCros putant, at nihil tamen, de J. Nat. sciunt, sed sine spiritu, sine anima, Romana jura in fora protrahunt, leges crudas Romanas garrunt, quas ipsi non intelligunt. Proh dolor! Habeant, nescio ubi legi, sed in talium Pelischthæorum memoriam factum olim, Spithæum:

Hic jacet Magister David.

Qui sæpe in vita argumentavit.

Bis in celarent.

Ita ut omnes admirarent.

Semper in Rabulorum.

Requiescat in sæcula sæculorum.

O Afflictam! O Nostram perditam Themidem! Si ad talium hominum arbitrium pertineat, ambulare cum catenis in lictoribus, & præcidere capita patrum.

I I I.

Sed nec Theologus.

(1.) **E** Adem enim ratione, qua mox, ita dixerim. Si (2.) etiam, naturæ lex, Dei lex est, quomodo, Dei voluntatem scies, si non ejus legem noveris? Qua ratione, si non ex eo Naturæ jure, scire Tibi liceat; an justum sit, ac justitiæ conveniens; Hoc est, an *juris* vere sit, quod in Sacra Scriptura tibi iustum est? *Quod non furaberis*, lex in S.S. revelata est; *ne fororem, materrem, uxorem domuum ducas*, itidem; sed, illas aliasve leges, justas esse, sive, ita debuisse ferri, sine cognitione N. juris, quo modo scire liceat? Quod, de proximo non NB, *Debem* male cogitare; proba, *juris* esse. Quod Deum *sanctificare*, *laudare* debeam, proba, non tantum, *quod non imperfecti aliquid, aut arrogantia, in Eo non significet*; aut qui *laude nostra non indigeat*; Vel, tandem, *quidquid sit, Deum ita voluisse*; Id quod est in contubernalibus disputare, non sapientium more; sed id proba: ita, Deo *placuisse bene*; *legem, non meliorem ferri potuisse*, doceas. Deo ita placuisse, monstrare in Scriptura Sacra, quid hoc est? Potest id bardus contræctare manu. Tanti non est! Duo exegerim. Proba (1.) extra Scripturam Sacram, ita Deo placuisse. Tum (2.) ita Deo placuisse recte. Facit autem Juris N. studium, non tantum, ad probandam, legum in S. Codice scriptarum, justitiam, sed & ad ipsum earum intellectum, atque, interpretationem. Quid enim v. g. hoc est, *naturam docere dedecor. esse masculis, comatos incedere*? & *quomodo id natura docet*? apud Cor. XI. v. 14. Inde, quod Pauli manum arripuerat vipera, concludebant barbari, Eum maleficium & quidem in specie illud, quod homicidium audit, commisisse, in Act. Apost. Cap. fin. Sed unde, illi ita includebant? Ex jure Naturæ. V. d. Ot. Dom. nostra ad d. locum. Pergamus. Dic; An matrimonium cum

avun-

avunculi vidua, permissum erit; Dic, an liceat textum *Levitici XVIII v. 14.* matrimonium cum *patris* defuncti vidua prohibentem, ad *avunculi* viduam extendere? Cave feceris (a) Damnas enim esto, qui vel punctum, verbo Dei addiderit. Capital ergo, infelix, impius, qui textui, de solius *patris* vidua agenti, & *avunculi* viduam ad siderit. Prohibitum id erit, vel (b) eo magis, quod alias Scriptura S. ubi *utrumque* genus, paternum & maternum simul, significare vult, non *patrum* vel *avunculum*, sed in genere *Thium* dicit. Tam *patrum* quam *avunculum*. *amitam* & *matertem*. (c) Vel eo minus adhuc, hic erit Tibi *perna* sibi extensio, quod, sicuti illud *patris* viduæ matrimonium, ibi NB. *excipitur* à *regula*, matrimonia permittente, sic ergo exceptio illius casus, regulam firmare debeat, in casibus cæteris (v. g. *avunculi* viduæ) non exceptis. Juxta vulgatum. Idque (d) eo magis iterum, quod ut alias regula *Juris Naturæ* est, definita a nostris *Jctis*, ita: *Libertas est* NB. *naturalis facultas faciendi quod lubet, nisi, si quid vi aut jure prohibeatur*; sic ergo, in omni casu non prohibito, illa libertatis vis reviviscere debeat, & licitum fieri, facere (v. g. *avunculi* viduam ducere) quod lubet. Id enim, sicuti nominatim verba dictæ definitionis volunt, sed & ipsum *Jus Naturæ* jubet, ita & ad hunc sensum, *to quid* cum emphasi, h. e. pro *aliquid*, dictum a nostris, præter vulgatis observo, in dicti libertatis definitione, & alias. conf. *Obs. Leg. ad L. 31. §. 1. hered. pet.* Ut scias scilicet, ibi debere te interpretari strictè, *parca, aliquid*, (*Patris* viduæ solius, matrimonium) non *plura*, (*avunculi* viduæ etiam, matrimonia) prohibita esse. *Quid*, non *multa*, debes dicere, interdicta esse libertati. Sed quod (e) majori iterum jure, in hoc casu, *prohibiti matrimonii cum patris vidua*, obtinebit. Ideo; quoniam, ut casus talis exceptus prohibitusve NB. *obicem ponit matrimonii*, ita vero, *Juris Naturæ* etiam est, ut tales prohibitos casus, interpretemur strictè. Et quod rationem habet. *Quem* dmodum enim, tales excepti casus, faciunt contra primam a Deo dictam & repetitam postea regulam: *Crescite & multiplicamini*: ut & contra, eandem *Naturæ Juris Legem*; sic ergo, ubi exceptio aperte nominata non est, reviviscere debet *Juris Naturæ* illa regula, & edicta a Deo: *Incrementi humani generis*. (f) Quod textus illos, ad *avunculi* viduam, non extendere debes, vult, illud *naturæ jus*, quod majorem prohibendi rationem ponit, in linea paterna, quam materna quidem. Id quod probamus; Et quæ sunt alia quæ dicimus, ubi ex professo illam rem tractabimus. Hæc obiter, & *ὡς παροδῶν*. Ut videas, *Jus Naturæ* facere ad interpretationem Sacri textus. Et per hoc, Theologo necessarium, saltem, utile esse. Sed quod probo adhuc. Deum enim qui melius, ac ex tibi indita indole, insita a creatore natura, & data ratione, cognoscet? Aut cui fidem, si non eam tibi facies? Denique, compendio: Facit, *Naturalis juris* notitia & prodest Theologo, ad (1.) probationem *juris legum revelatarum* in S. Codice; Sed & (2.) ad earum intellectu-

Etiam ; Ut & (3.) ad explicationem ; (4.) Ad cognoscendam Dei voluntatem in reliq. is. Ex hoc Naturæ jure, *Δικαιοσύνη Θεῦ* non unum perspicere evadit *ἀναπολόγητος*. (5.) Beare saltem Theologum, atque Eum elegantiore reddere, nemo negaverit, si leges in S. Codice scriptas, justas esse, Deique leges laudare pro concione de sapientia, & sic abripere Auditorum animos possit ; ac quidem, si nil nisi aliquid ex suo Heidelbergensi Catechismo, id quod non ipse intelligit, recitare queat. Idque peragere, ut molliter tandem placideque Auditores quiescant. *Fausta Nox !*

Quid (6.) obsecro, si regi vel principi a consiliis Ecclesiasticis fiat, in iis ager, citra cognitionem Naturæ juris ? Consilia suppeditabit, ni fallor, & Responsta juris ecclesiastica, ex *Tacito*. Qua (7.) ratione, persuadere sibi commisso populo, ut diligenter concionibus adfit ? Quomodo convincet Eum, quod, liceat eundem cultum Deo & frugem eandem sibi domi facere queat, quam in ecclesia, peccatum tamen sit, si non potius in ecclesia, ea faciat ? Inde quod juris Naturæ & Deo grata regula est : *Quaecunque honesta in Extra societatem fieri possunt, illa facere homo in societate debet*. Id quod & alia plura, ubi rem illam ex professu tractamus, probamus ad amissim. (8.) A malefaciendo, quomodo avertes hominum animos ? Quo pacto, atrocitatem cujuslibet maleficii ; & quæ ea compensatione tollunt e medio, poenarum gravitatem dices, citra cognitionem Naturæ legis ? Bisque terque, & ulterius, in maleficio quolibet, malefacere, & peccare hominem, doce. Ut Videas, sine juris Naturæ cognitione, Theologum, non tam elegantem saltem, esse posse. Dicis, esse tamen multos, qui ex Bibliis atque Sacro Sanctis suis postillis, post illa, illa, præclamare, sic satis feliciter possunt, & nihil tamen de jure Naturæ sapiunt. Per me liceat :

*Quid cum Natura est mihi, pastor Barbarus, inquit ?
Biblia dant potum. Dat postilla cibum.*

I V.

Sed nec officiosus quidem vel religiosus erga Deum.

Quot enim facta, actionesve morales hominum, tot, circa eas, quoque jura sunt. Quoties, quid homo facis ergo, toties, vel jure, vel contra, agis. Toties ergo, vel Deo gratum facis, vel contra, offendis Eum. Sive in propatulo sive quid NB. in occulto feceris. Consentiant hoc modo verba *Ecclesiast. C. f. v. f.* ut quidem ego ea relego : *nam omne opus Deus ipse adducet in judicium cum omni re occulta ; sive bonum sive malum*. De me, fateor ingenue, nunquam magis, me timuisse, amasse, miratum fuisse Deum,

Deum, quam ab illo tempore, quo animum ad laudabile illud Naturale jus applicui. Applicuisse, nunquam pœnitebit. Mihi studii *amor tantum crescit in horas. Quantum vere novo viridis se subjicit alnus.* Ut de reliquis ejus virtutibus, non verbum dicam; acquiris homo, acuis, rationando perpetuo, judicium & acumen ingenii. O præclaram itaque, naturalis juris ipsam-sapientiam, & quam pro ipso fonte agnoscunt reliqua! O indagatricem veritatis! O laudabilem notitiam; O summum studium, ex quo scire tu potes, an juris vere sit, id quod esse juris tuus legislator dicit? An Deo revera placeat, id quod homo dixit? O enucleata divinarum & humanarum rerum prudentia; quæ non heri demum aut nudius tertius, vel quartus etiam, sed ab initio nata fuit! O ingenium studium, quod non humano aliorum suffragio, sed Deo auctore liberrime statutum est! O rem omni prædicatione dignam, ex qua cognoscere licet, erga Deum, erga se ipsum, erga proximum, officia; Ex qua, rem omnem, siue qua diffidentia animi tui, potes ad verum erigere! Ire liceat nunc Lucianus aliquis; perfricat frontem, quatiat tripodem, obrectator quisquis sit, præclari hujus studii, & desinat, ceu inutile aliquid & infimæ vilitatis reculam aspiciari illud! dicat potius, ullum esse studium, quod cum hæc Naturæ divino jure, ex parte aliqua comparari queat! Jure, quod non uni genti proprium, sed omnibus qua parer-orbe commune est. Jure, ex quo unice Christiani Principes fœdera cum infidelibus cudunt, qui revelatam Dei legem respuunt; Jure, quod sine fulmine, aliquis Jupiter; quod non, ut auctoritatem legi faceret, consuetudinem cum Nympha Ægiria fingens, fecit Rex a Romulo secundus Numa Pompilius; sed quod a principio solus unicus Deus æternus fecit; Quod ut probemus divinitus latum, non opus est sulphure & igne stipata nuce, sed inspirans naturali flamma, divinam potentiam dicit. Quis avium cantus esse dulcior, vel tiliarum sonus potest amari-or esse, quam illud divinum Naturæ jus? Sic autem viso satis, ni fallor, quam sit necessarium scitu, præclarum Naturæ juris studium, ipsum illud videamus. Catenatum, unum fluens ex altero.

V.

Primo. *Universum creatum est. Conservaturque.* 2do. *Interque alia, in eo & hominem, beatum ingenio, &c. agentem & non agentem, video; viventem & morientem, &c.*

SI quis canonem negaverit, oportet, non sapiens sit, aut operam det, ut cum

cum ratione insaniat. — Vel saltem, in meridiana luce cœcitate ipsi dulcius sit.
 Ast quocum, libenter litigat nemo.

V I.

Oportet Auctore aliquo.

Quippe, omnia illa *effectum* significant: Ergo & *efficientem* causam. Dum
 (1.) enim, universum illud *creatum*; dum in eo ita & hominem *creatum*
 animadverto; causam quoque, ea ita *efficientem*, agnoscere debeo. *Effectus*
 enim causam arguit. Dum (2.) ea ita *servantur*, sequi suapte debet, aliquem
servantem ea, esse debere. Id quod *passive* se habet, idem illud, aliquid ag-
 noscere statim debet, quod se *active* habet. Servatur v. g. Homo NB. *passive*:
 Servaris homo, *passive*, patetis illud, NB. debes pari. Restat, aliquem id ita
 agere. Dum NB. homo moreris, moridebes; oportet aliquem te mori *comp-*
pellentem habeas. Compendio: *effectus*, *causam*, *passivum*, *agens*, prædicat.
Compulsus, *compellentem* habet.

V I I.

Talis vero auctor, illa res, v. g. ipse ille homo, esse non potest.

Dicis, præfata illa, a se ipso, tanquam causa efficiente, ita esse. A se ipso,
 mera stultitia! Tantum enim (1.) id quidem esset, ac si causa *efficiens*;
 & *effectus* unum idemque essent. Ita scil. videbatur initio mihi, probari posse,
 res a se ipsis non esse; sed non stringere, postea visum est. Rem creatam a se
 ipso esse, velle dicere, a se ipso, meræ sunt nugæ. Sed id ideo nolle dicere,
 quod alias causa *efficiens* & *effectus* idem essent, & hoc nihil est. Quoniam &
 ipse Deus est, & a se ipsomet. Ita ergo malim nunc dicere: Res creatas
 v. g. inanimatas, a se ipsis non esse, facit, quod ad faciendas res, volun-
 tate & intellectu opus est. Ast quibus res inanimatæ carent. Sed habet an-
 tecedens, dubium. & posset negari ideo; quia probari non potest. Sicuti eo
 probari nequit, quod v. g. homo faciendo aliquid, velit & intelligat. Ne-
 gatur enim 1. consequentia, homo aliquid voluntate & intellectu facit, ergo,
 non sine intellectu & voluntate, res aliæ, res alias facere possunt. Sicuti 2.
 etiam, res inanimatæ illæ, voluntate & intellectu carent, sic ergo quidni,
 talis quoque inanimata intellectu & voluntate carens res, producta a se ipsa
 met esse non posset? Ut & 3. semen, inanimata res carens intellectu &
 voluntate, producit aliam. Quod si 4. rogaveris, unde ergo prima inani-
 mata talis res? Respondeo, a se ipsamet esse. Aequè ac ut dixeris a se ipso-
 met.

met Deum esse. Malim itaque, ut omni dubio res careat, ab homine ita argumentari: Hominem a se ipso non esse ideo, quia, homo create nescis, quo tempore, & quo medio talis creatus sis? Id quod scire sane debes, si te creasses ipse. Dum homo, ratione gaudes, atque, ea non tamen quidem percipere potes, a te ipso habere, vel media, quibus ratione gaudes, aut, quod ita ratiocineris, oportet; a te ipso hzc non habeas. Te non, te auctore ipso, mori, probe, quia non libenter moreris. Vis dicere, non quidem auctore homine hominem mori, attamen mortem sua sponte esse? Sunt iterum, sua sponte, sine spiritu sine anima, ineptiz. Quia, Tu tamen homo moreris.

V I I I.

Ut nec quis alius homo tertius, eorum esse auctor potest.

Ratio, quia activitatis humanæ vires, illa superant. Sed nec aliquis inter homines, mihi dicere potest, quando, quo medio, hominem creaverit, & conservet? Quod profecto alias scire debet, si ejus esse auctor velit. Dic etiam pater, quæso, si creator tui filii sis, quo tempore, quo medio, creaveris illum? Dicit, ex semine. Recte. Sed, quo tempore, quo modo mediove miram illam fabricam, ex semine tuo creasti? Dic obsecro, quo medio, animam ipsi indidisti? Quo modo, rationem? Dic, quare uni præ reliquis liberis, plus ingenii tribuisti? Fac semel homo, auctore Te fiat, ut alius homo moriatur, naturali lege. *Nescio an quam magis loquar?*

I X.

Consequens est, superius aliquod numen existere, a quo cuncta illa ita facta sunt.

Prædicamus oportet, Deum existere, naturæ legis lazorem. Dicam, sed quædam hic, quæ non ex corpore meo civilis juris, neque a magistris, sed quæ ipsis argumentis rerum percepi. De veritate eorum, dubitabo minus, si, quod nescio, eadem & ante me visa sint aliis. Quædam eorum tacta ab aliis me legisse, non memini. Quædam dicta & ab aliis teneo, sed nescio, an ad eundem modum. Scilicet: I. ita ex canonibus præcedentibus sequi debet. Si aliquem enim, facta illa sive effecta, auctorem habere NB. debent, vid. Canon VI. Auctor vero ille, non ipsum factum illud, v. g. homo ipse creatus, nec quis homo alius sit, nec esse possit, vid. Canon. VII. & VIII. sequi omnino debet, aliquod NB. magis potens, magis sapiens, superius numen.

men existere, auctorem eorum effectuum. Id quod *primum* argumentum est, quod de existentia Dei, extra S. Sacram, accipere mihi licuit.

II. Cui illud accedit, quod vere nihil invenire potui, quod existentiae Divini hujus Numinis obstat.

*Aut cum res hominum tanta caligine volvis,
Adspicias, laetosque diu florere nocentes,
Vexarique pios, sic nunc labefacta cadetne,
Religio?*

Cave, propterea ceciderit Tibi religio! (a.) Semper enim, eos felices esse, & sine morsu animi, transire vitam, ignorare est, rerum Naturae alteram partem. Erras ergo (verba Senecae a memoria repeto, si adhuc patet precario), erras ergo, volebam dicere, si quem judicaveris exceptum. Veniet ad eum, sic tandem diu felicem sua portio. Non; b) turpe puta, quidquid miseros fortuna jubet. Illos potius miseros dixeis, qui nimia felicitate torpescunt; & quos veluti mari leixo iners tranquillitas detinet. Miserum judices, qui nunquam fuit miser. Prospera, in plebem ac vilia ingenia deveniunt. (c) Utatur, uti vult suis natura corporibus, tu laetus & fortis ad omnia cogita, nihil perire de Tuo. Praeterquam; quod (d) argumentum illud, non evincat, non esse regentem omnipotentem, sed id tantummodo, non esse justum regentem. Quinimo (e) contra; sicuti eo ipso, concedit atheus, esse tamen regentem omnipotentem aliquem, ita & injustum esse, praefati versiculi, vidimus, non evincunt. Aut, si (f) ita, injustum aliquem regentem vis, necesse in simul erit, agnoscas regentem omnipotentem justum aliquem. Nihil sequitur, vere adest, quod divini numinis existentiae obstat. Nihil adest! Enimvero: si quid me Atheum facere possit, illud in causa fuisset unice: quod nonnullos animadvertas aliquando Theologos, verbum Dei, qui omni die, omni hora, legunt, dicunt, cogitant, docent, praedicant aliis, parum tamen, Deum talem se metuere, significant. Id enim, quod vix possibile dixeris, vel saltem non audere eos, si idem illud numen tale adest. Dari autem tales Theologos, ipsis argumentis rerum, quis non experiri (proh dolor!) aliquando debet? Græphis, illos vides uti, dolo (ut de gravioribus maleficiis v. g. adulteriis, non verbum dicam), mendaciis, si non directo, per ambages tamen; recta via ire eos, animadvertis, lingua, aut non pedibus; aliisque artibus studere, quæ divino tali numini placere nullo modo possunt. Sileam? An eloquat? Usque adeo, verum esse olim pubes suspicabar, versiculum, quem Zvollar videbam in NB. *Ecclesia* erectione NB. *suggestus*. Cancrum, inquam, portantem in dorso mundum, ibi depictum vides, in *ecclesia*, e regione *suggesti*, cum versiculo, si recte tenuero:

Miraris cancri dorsum conscendere mundum?

Desine: sic hodie vertitur orbis iter?

Ratio-

Ratione talium, cancri instar perverse euntium Theologorum, collati, abollave pro pietate utentium, cogitabam mecum, si non opera data, ratione maxima tamen, fato certe, cancrum non recte sed perverse euntem, ibi suam sedem occupasse, una cum dicto versiculo. Ecce alium, qui scribenti hæc in mentem venit, & per me liceat, dicto Zwollenhum versiculo, subscriptum habeas :

Cancrum versiculos, quare est, tu videris illic?

In promptu causa est : facinus, collaris, abolla.

Tam longam traxere fidem, collaribus ergo.

Quæ posteriora, verbis Grat. dixerim. Et ad dictum sensum, ita nunc hic mea interpretor. Cave putes, me facere parvi, præclarum Theologiæ studium. Contra, magni facio. Tanti, ut & ipse olim, ex professo arti studerim, atque continuassem fortean, si non Cl. Professor. meus, qui unicus eo tempore in Theologia aderat, A. Hulsius. (plane : magni imperatoris instar, in ipsa cathedra surgens, facto ad auditores alloquio : *Actum est cum vestro Hulsio*) mortalitatis legem solvisset. Tanti facio ; bonos Theologos, ut pravis separem :

Dic mihi, quid majus fiat, si plurima demas?

Pravos tolle piis, studium fiet magis prestans.

Tanti, inquam, facio, ut ferre eos plane nequeam, qui ipsimet vita sua male acta, illud contemnunt. Et quos ferre ipsi Theologi venerandi reliqui non poterunt, credo. Hi bonos faciunt; illi, malos & Atheos. Sed veluti, apud Ciceronem, tantum valere improborum sermones nunquam, ita nec unquam Atheum me illi facient. Quid dicemus autem, ad præfatum tollendum dubium? Aut quo pacto tales homines ita facere possint vel audeant, si tale numen quale prædicant, existat? Distingue, inter Theologum doctum, eruditum, & piura; Theologum inter, Deum scientem memoria tenus, & sapientem. Psittacus suum: *Salve*: didicit; sed non sapit, non intelligit. Theologi tales, didicerunt, sciunt Deum, sed non vident, non intelligunt. Scilicet: diabolus politicus ille, homini, verbum Dei non ex ore, sed ex corde tollit. Confer apud *Luc. 8. 12.* & ibi *Dominica otia nostra*. Sermonem Dei in ore linquit, sed ut intelligant, credant, videant, in corde habeant, pati non vult. Oportet verum maneat, obesse nihil, existentia Dei. Oportet, existere dicamus. Dum enim NB. *nihil est*, quod ei obstat, alii tamen, Eum se percipere dicant, oportet fidem eis facias. NB. Unica, vel prima saltem movens ratio, faciens Atheum, hæc est, quod Deum non viderit, non sciat. Ipsemet enim Atheus, si causam scire cupiat, vel se interroget, quare Deum neget, videbit hanc esse: quia non percipit, nescit, Deum existere. Sed negatur consequentia. Multa enim, quæ homo licet non viderit, adesse tamen, res documento est. Illud sequitur: Deum adesse posse,

posse, licet tu non scias. Illud sequitur, quod dum nihil existentiae ejus obstat, atque alii eum scire dicant, fidem eis facere debeas.

III. Quod tali quidem modo argumentor mecum, verum esse: In homine, duo animadvertis semper negotia. *Unum*, quo agit, *alterum*, quo quid omittit, istique contrarium. Utrumque homo praestat, *unum* faciens, *hoc* omittens. Idque, non semper deliberans consideransve secum antea, sed ita tantum agens. E.g. *Homicidia perpetrare*, & non, sive tranquille vivere; actus duo sunt, sed a se diversi. *Hic*, ad humani generis conservationem; *Prior* ille, ad ejus perniciem facit. *Hic* bonus, actus *ille* illicitus est. Dic jam, quaeso, qua efficiente causa, quo modo, *hic* magis ab homine, quam quidem *ille* peragatur actus? Aut *illud* aequae ac *hoc* ab homine non geratur negotium? Inquam, quod homo, non tam quidem homicidia agat regulariter, aequae ac ea non facit regulariter; Dic qua efficiente causa fiat? Interrogabo clarius: doceas me, si gladium strictum manu teneas, qua re, praesentis hominis aut ipsius tui corpus, non tam quidem eum induas, ac vaginam v.g.? Aut, quod manu tenes, cultro, non cor hominis, bene tamen cibum appetas? Vellem, aequi bonique judicii, argumentum illud, aequae ac mihi initio, debile magis videri, ac ridiculum ferre. Ut, de ratione ejus inquirenti plenius, postea ipsi plurimum constet. Enimvero: pondus maximum habet. Dicis enim, quaeso, quare aut quo auctore, *ille* magis, quam *alter*, ab homine actus fiat? Dicis: quoniam homo scit, in S. Scriptura, id ipsi vetitum esse. O! lepida responsio quidem, at modo cerebrum habeat. Pernego: hanc rationem efficientem esse illius negotii, & vel eo negaverim: Quod tum homines, quoties tale quid agunt (v.g.ensem, non cor hominum, sed alium potius locum inferunt) toties semper secum quoque considerare deberent: *Ita facio, Non aliter, quia ita S. jubet.* Sed, in me veluti; ita nec in aliis credo ita verum esse. Non esse causam, indeliquet: Quia idem & in infantibus, qui non fari vix dimidiata verba, minus multo legere S. Scripturam possunt, idem tamen peragi animadvertimus, cultro v.g. quod ludendi causa clam patrem, arripuerunt. Quin, ipsos paganos consideres, vel, quosvis alios homines; qui non de Deo quid, abit de Iosius S. Scriptura, acceperunt unquam, idem tamen, plurimos saltem, facere vides. Imo omnes, nisi causa lucri, quod putant, aliquando aliter. Summa sequamur fastigia rerum: Non id scire cupio, qua re ita fieri *debeat*, sed, qua re, *ita fiat?* Qualem efficientem causam habeat? Pergis: Id ideo fieri ita, quod naturalis quaedam id ratio vult; Non denego, id habeas Tibi ita si velis, statim vincens, non expugnans, dummodo scias; Ergo Naturalis juris illud erit: *Homo conservationi stude & incremento.* Id enim quod volumus principium Juris Naturae adaequatum unicum esse. & ad quod Te deducam per manus. At non tamen ejusmodi effectus, rationem talem, efficientem unicam causam esse;

esse ; modo, ab infantibus ratione destitutis idem agentibus sumunt argumentum probat. Sed & illud ; quod tum semper ita ratiocinari se homo deberet : Ita facio, quia Naturalis ratio ita vult. Conf. p. p. c. Atqui, contendis ulterius, non inde tamen sequi, Deum existere, sed ita homines facere, quia tale jus inter homines convenit semper. Hem masculum vero tandem nunc tibi impetum ! enervatum a se ipsomet. Ex dictis mox. Dicis ita natura humana cautum esse ; Recte, sed hæc tua humana natura, dum est, nec a te ipsomet tamen, vid. supr. can. 7. oportet efficientem causam aliam habere. Quo te veritas etiam, restat, Deum *existere*, qui hæc efficit, auctorem boni hujus.

IV. De Dei existentia consideraturus mecum, & animo querens, non quasdam *ipsas* quidem *creatas* NB. res v. g. *hominem*, cæteraque, sed earum *causam* creatorum NB. *tempus media modorumve*, iisque studens, sine mora conclusi; homine, plus sapientem & potentem creatorum rerum, debere aliquem opificem esse. Quippe, qui cum ad navem conficiendam, alius tollendas ædes meas, excogitare poteram, materiam, *ligna, lapidesve*, idque alia tignat genus, sed & *remedia, modosve*, non tamen, in mentem cum veniebat ; quo *modo* aut *medio*, ex semine hominis, eam fabricam figuram artificiosam illam, corporis sc. animi mentisve &c. ; vel quo *medio*, aut *arte*, efficere vellem, naturaliter ita moriatur homo ; Quæ atque innumera alia, cum nec cognoscebam, nec cognoscere me unquam posse, videbam, quo *modo* fierent, & tamen facta cernebam ; Parum dubitavi, homine, plus sapiens aliquid atque potens plus T. O. M. Numen existere. Ex semine, hominem produci, scio, sed quo *medio*, inde talis homo oriatur, (naturali jure fateor) nescio. Et licet, Campanella aliquis, media præscribat, *solius seminis sanguinisque humani*, non tamen, quo *modo*; hisce mediis, oriatur hominis illa fabrica, sat ipse docet. Ita Campanella existimat, ita ait : *si in lagenam aliquam* (Ciceronis Matris fortean bene obfiguratam ut dicatur inanis fuisse), *hominis semen inferas, eamque lagenam occludas recte, aliquando tandem, ex quo semen illud putrescere incipit, creaturam hominis inde prodire. Cui tum, si nutrimentum humani sanguinis addideris, suo tempore inde orturum hominem, gaturum tandem ingenio, &c.* Sed, quam Campanellæ (sine pistillo, Campanæ sonantis, ut hic mihi videtur) sententiam, sicuti rident alii, ita vero, si vera esset, non tamen, percipio, quo *medio*, mediis illis, illa inde architectura hominis prodeat ? Et præterea quomodo illa media facta sint ? Videmus alia. Dic mihi homo, medium, quo velles facere id, quod societatem apperis ? Quo *medio*, sapientiam habeas ? Interroga ita, jumenta, & doc. bunt Te ; Volucrum cæli, indicabit Tibi ; Confabulare ita, cum terra. Enarrabunt tibi pisces maris, manum Jehovæ, facere illa. *Job. XII. v. 7. & seq.* Ut semper ita consideravi mecum, argumentum, non tam a te creata, quam

D

creandi

a creandi tempore mediis modisque, desumendum esse; ita vero, nunc est, gaudeo, videam, ipsam S. Scripturam, ad eundem modum, docere nos. Ut quidem ego intersector. NB. Unde v. g. *sapientia*; Ubinam est locus intelligentia? *Job. XXVIII. v. 12. & 20. Solus Deus intelligit* NB. *viam ejus, & scit locum ejus. ibid. v. 23.* NB. *Nescio quo* NB. modo in utero meo comparueris, neque NB. *primariam cujusque informationem ego cooperavi*: 2. Maccab. VII. v. 12. NB. *igitur conditor ille reddiditrus est.* Apud 2. Macc. VII. v. 23. *Quis matrem* NB. *invenit?* Ibid. *Es semen germinet & assurgat, quo modo* NB. *nescit*, ipsa. Apud *Marc. IV. v. 27.* Voluit cum aquila altius, & interroga: QUO MODO. QUIS. HÆC OMNIA? *Jes. XL. v. ult. & 26.* Ad modum potius creaturarum rerum, ac ad ipsas creatas res quidem, & ideo attenderim, quoniam mirabilem magis Dei potentiam dicunt. Res creatas cernis. Media, non vides quidem. Vis dicere, Deum absque mediis (modo tamen & tempore) res creasse? eo magis admirandus Deus erit. Ita ergo ex dictis rationibus, a mediis modisque creaturarum rerum, ac ab ipsis illis quidem creatis rebus, deducere argumentum semper malui. Attamen, si verum fateri oportet, res hæc, etiam non sine dubio est. Neque enim sequitur; Nescio, quo modo sit creatum cælum, terra &c. ergo, auctorem Deum habent. Negatur illa consecutio. Cum (a.) contra, illud inde tantum sequatur; ergo, ego ignorans, earum auctor esse non possum. Non valere argumentum, (b.) ita adhuc est, quia etiam id nescio, quo modo Deus est. Ut consequenter, si argumentum præcedens procederet, eadem ratione, & Deus iterum esse ab aliquo deberet. Ut itaque argumentum ab ignorantia mediis, modi, temporisve, creatæ rei, procedat, sic itaque, a solo me existente homine, illud deduxerim. Sic valet. Sic stringit omnino. Quoniam enim sum, ergo auctore aliquo, ipse autem nec quis alius homo sciat, quo modo, medio, tempore, talis sum factus, oportet talis existam, nec me, nec auctore aliquo alio homine. Quia alias illa scire deberemus. Nec turbat; quod initio veniebat in mentem, ac si ergo constare deberet, & illum a quo sum, scire debere, quo modo, tempore, talis sit. Non moratur. Quoniam ex dictis sequi debet, Deum, dum est, & ab alio esse, probare non potes, scire debere, quomodo sit a se ipsomet. Sed sufficiat dicere, te probare non posse, illum illud ignorare. Te nescire, quomodo sis, probavi. Sic constat ergo, alium extra me hominesque alios, creatorem esse. Probemus nunc eodem argumento, talem esse, qualem dicimus. h. e. non hominem. Illud, ita significo: *Architectura mea, hominisve mei, talis est, ut vires activitatis humanæ* NB. *superet.* Oportet efficiens ille non sit, humane activitatis. Oportet talis (non activitatis humanæ) sit quoque causa efficiens. Sed succerit, Creatorem, Conservatorem & Dominum meum esse. Ita vero ab homine creato, ignorante media, &c. quibus creatus sit, argumentum deducere malim, quam ab ignorantia mediis, quoad creatas res reliquas.

V. Sed &, ut Deum existere, sine dubio dicam, me mover, quod, Sacra ineuntibus pygiaca quibusdam invitis, (proh facinus!) abominantibus dulce nomen patris, illud tamen obveniat.

VI. Atque contra, in certamen descendentibus pro æternitate humani generis, illud non accidat.

VII. Ignorantibus omnibus, *medium*, vel si mavis, *modum*, quo, *tempus* quando, ex semine coituve, natus ipse infans sit?

VIII. Qua efficiente causa, quo auctore, homo moreris? Non tua sponte, vel, te auctore ipsomet. Oportet, auctorem te compellentem habeas.

IX. Ratione tua, te percipis: Ratiocinaris, de ipsa ratione tua. Oportet, aliquid aliud extra te sit, quo auctore illud. Neque enim, id quod percipis, potest idem esse, cum eo, quo percipis. Quæ v g. percipis manu tua, Sacra Biblia, non sunt idem, cum manu tua, qua illa percipis.

X. Pone: Te ad Titium velle litteras scribere, inque eis, tuum Eum tibi totum reddere; Cajus aliquis, non modo ait, sed usque adeo persuadere tibi vult, mortuum esse, non magis vivere Titium; usque adeo, id tibi persuadere cupit, ut animadvertere debeas, illum, id ex ratione facere, ne Titium litteris illis tuum facias; Dic an fidem verbis ipsius facies? Annon contra potius, inde concludes: Ergo Titius adest? Homo attende tibi: non alia ratione, quæstionem status divinæ existentie moveri tibi, ab aliquo, quam ex illa ratione sola, ne illam tibi tuam facias, sed, ut, malum miserum illud, te ita conveniens, mali socium te in solamen habeat. Et nescio, an melius adhuc, docere diabolus hominem posset, T. O. M. tale existere desiderabile numen? *Vab parum sapientem diabolus! O insultam Dei clementiam!* Adeo esse veram eorum sententiam arbitror, qui politicè docent: non debere hominem, adversarium suum, persequi nimium, ad extremas usque angustias, & ultra. Idque eos probare recte, existimo, fabula venatoris & cervi; Nescis? Ita est in fabula. ita narratur. Venatur venator cervum. Hic fugam capit, ad sublimem montem. Persequitur adhuc venator cervum, in imo apice montis fuga sua jam constitutum. Sed qui cervus confusus ita, & quorsum magis se verteret non videns, præcipitem se ex monte dejicit, in ipsum venatorem. Cum internecone ejus. Homo, docet fabula, non debes nimium, adversarium prosequi. Sed indulgere aliquando ipsi. Ne alias percipiat, te hostem esse. Ne alias lege desperationis pugnans fortean te trucidet. Sed fabula dixi. Malim enim id experientia ipsius hominis significare. Quippe, quem usque adeo persequitur diabolus, ut fugere magis ille nequeat; usque adeo, ut aperte homo videat, sibi cum adversario rem esse. Usque adeo enim; Ad imum montis apicem, deducit hominem. Adhuc persequitur. *Vide homo, inquit hoc omnia dabo tibi, si te incurvans adoraveris me.*

Nec venit in mentem, an melius quid ad locum *Matth. IV. v. 8.* observare liceat. Conf. ibi *Ora Dom. nostra* Utinam, videret homo, se, in lata ampla- que via, hostem ducere, ea ratione, ne præceps homo in eum se dejicere necesse habeat; sed in qua alia *vix* parte, præter eum, fugiendo se dejicere possit. Confessum hostem! confessum T. O. Maximum Deum!

XI. Quare; missis cæteris, unum adhuc, omnium fortissimum, ad- dere argumentum liceat, quod paucis doceo, & non mihi semper accidit, ipsis tamen argumentis rerum homo, ita discit: *Dum Deum non quidem cogitat, credit, sed certum scit, sentit, sapit* (quam tu bonus Jehova sis). Erit- vero: *illud*, in rebus, licet non existentibus; *Hoc*, non nisi in iis vero lo- cum, sibi vindicare potest, quam, quæ revera existunt. Quippe, qui non videre me dicere possum, quod non video; sentire, quod non sentio. Ita quidem inter fat multa alia, de Dei existentia consideraturo, in mentem venit. Certe,

XII. Cogitantem ita, cogitabam ulterius, antea efficere aliquem. Dum meam mentem ita sentire enim, iis regi, percipiebam oportet, ratiocinabar adhuc mecum, ita regi ab aliquo, sive eam ita regentem, aliquem esse. Qui non NB. antea ea cogitare volueram, sed cogitabam. Scilicet: non antea cogitat homo, quod quid, & tale quid, quod velit cogitare, sed cogitat aliquid, antequam non cogitaverat, se id velle cogitare. De Titio, hora *quinta* cogitas, licet non antea hora *quarta* v. g. consideraveras; quod de Titio, illa *quinta* hora velles cogitare. Aut, si id hora *quinta* consideraveras fortean, non tum antetamen certe, id voluisti animo, te *4ta* hora ita considerare tecum velle, ut hora *5ta* de Titio cogitares. Compendio: cogitat, proponit, considerat homo aliquid, antequam ipse cogitaverat proposuerat, consideraverat, id se cogitare &c. velle: Ergo, præter eum, id efficientem aliquem alium, agnos- cere debeo.

XIII. *Deum* existere, probo, testimonio omnium hominum. Nulla enim unquam gens, tam barbara, tam projecta extra mores fuit, ut non numen superius aliquod suspicuerint. Quinimo contra: & quoniam verum numen rinari non potuere, hinc miselli illi, venerati Deum fuere, qui- dam in luna, alii in sole, in porris, cepis,

O Sanctus gentes, quibus hac nascuntur in hortis:

Numina?

in febris; in ipso membro virili &c. Vis opponere Theodorum Cyreneum, vel qui prior Diagoram-Melium, cui Atheon cognomen, apud Minucium Fel- licem? Nunquam in hac impietatis disciplina simulata Philosophiæ nomine atque auctoritate pollebunt. Quid alii adhuc de Dei existentia? Nescio. Aut, quæ scio, partim elumbia, plurima momenti nullius mihi visa sunt: V. g.

Quod ita (A) cogitant: *Deum cogito*. Vel, habeo conceptum Caji hominis, ergo.

ergo existit Cajus ; & habeo conceptum illius summi perfecti entis, ergo existit ; quasi vero, quæ duo non differant ; quasi vero sicuti prioris, ita nec hujus, esse alia ratio possit, quam quod concipiam, quod existat. Quibus ira argumentantibus, si mos geratur, paratum video sapientioribus omnibus exilium. Quod sentio, tale est : Valet exemplum, Cajus adest, eum intueor, hinc eum concipio. Est enim v. g. *caput. cujus imago fit, inde cognoscimur.* ait Paulus in L. 44. *d. Relig.* vel *Et ego illa restituo in integrum: cujus si imago fit, inde cognoscimur.* Sed negatur consecutio : Facio mihi imaginem capitis, ergo adest. Concipio cogito Deum, ergo adest : tantundem. Probare argumentum nihil, anteverti dicere. Quia v. g. ex India orientali aliquis in patriam redux, alteri, qui semper domi fuerat, animalis aliquod genus ibi existere, persuadere, idque depingere, posset facile, & sic quod alter ille cogitat, & concipit, licet non existat tamen e. g. Hippocentaurum, & avem Phœnicem, quam pluribus coloribus depingunt ; at tamen, esse non ens, contendunt. Conf. B. *Pielas exémp. Methodi. q. VII.* Dicis, partes illas, quibus Hippocentaurum concipio, cogito, adesse tamen. Resp. concedendo totum, sed negando, unam pluresve singulas partes, Hippocentaurum efficere. At quem tamen cogito ; Et non adest. Sed ponamus rem, quæ non adest, aliquam, quæ videtur primum. Pone ergo tibi, postilla in folio, moventia se, incendentia uno pede, ante, gaudentia facie, a posteriore sua parte, microscopio. Vocemus, nomine quod venit in mentem, primum. Audiat ergo, *Uptri.* Dic, ubi quod cogitas, extet tale *Uptri* ? In cerebro Tuo, non ens. Dicis, species illæ tamen adsunt, *pes, facies, Postilla in folio, Et.* Recte hactenus ! Sed quæro, an singulæ res illæ, ex. gr. *pes* &c. illud (quod cogitas & tibi videtur) *Uptri* faciant ? Non potes dicere. Et tamen illud cogitas. Ergo id quod non adest.

Similis farinae est, quod (B) a creato homine desumunt argumentum, *Hominem sc. generatum esse a patre ; Hunc ab avo, & sic deinceps, consequenter, a primo parente Adamo ; hunc, consequenter creatum a Deo esse.* Argumentum concipi levius an magis futile possit ? non est discernere facile. Dicere enim liceat : Adam erit prognatus patre suo. Neque, argumentum, pondus capiet ; *Quod tamen Sacra Scriptura doceat, Adamum primum creatum hominem, non habuisse Patrem.* Argumentum miserum est. Namque, extra S. Sacram, sperere volenti, S. Sacram ad probandum allegare non licet. Ut nec eo argumentum vires capiet : *Quod non Adam patrem hominem allegare possim tamen.* Enimvero : Nec ideo etiam habuisse patrem hominem, illud sequi, ideo non in meum animum inducere possum facile, quod & ipse quidem majorum meorum parentem gradus decimi, non tamen ulteriorem citare possum ; at tamen eum habuisse me, non ea dubitare sinunt, quæ de Adamo, primo parente hominum modo adduximus. Sed nec argumenti tenuitas,

convalescit argumento, quod pro salutaris clausula ultimo loco allegare solent : *Quod tandem aliquando tamen ad eum venire hominem debeant qui primo creatus est* : est, consequenter ab auctore aliquo. Non eo capit pondus, argumentum tenue : Siquidem & tum eodem argumento sequi deberet, ab aliquo iterum Deum esse. Namque & Deus est. Ut videas, non illud argumentum probare quod a re creata, vel ab innocenti particula : est : sine aliis admittendis defumunt. Nisi ita fortecan argumenter : Quoniam ergo omnes res quas concipere possumus, esse necessario debent ab aliquo, sic consequenter ergo, aliquid esse debeat, quod non ab aliquo iterum sit. Quoniam alias prius falsum esset, vel rerum illarum creator non esset. Sed manet quod antecedens, dubium ; quod aliunde id prius ergo probari debeat. Ex particula, est, id vero probari non posse, vidimus. Quoniam & Deus est. Vis dicere, creata res, est in EFFECTU ; Deus est ut CREANS ; Sed unde utrumque illud probaverim ? Dixerim enim, eodem modo, eodem fundamento, creatam rem, ut creantem, a se ipsomet esse, quibus dicimus Deum a se ipsomet esse. Vel, eodem modo, Deum, in effectu esse, quemadmodum res alias dicitur in effectu esse. Nego enim consequens, aliquid est, ergo est. in EFFECTU ; vel ut CREANS : Quia & Deus est, & aliz res. Malim distinguere, inter res quas creatas esse video & quod creatum esse non video. Malim a mediis modisve creatarum rerum, quibus illæ tales sunt, argumentum defumere. Et quod vidimus ipse S. Spiritus fideliter monet. Conf. sup. p. 16. Malim ab ignorantia argumentari ita quo ad hominem. Nescis v. g. homo, quomodo factus sis talis qualis es homo ; quo modo sapientiam habeas ; quomodo rationem ; quomodo societatem appetas ? Quæ scire deberes tamen ; si tui ipse auctor esses. Vid. sup. p. 20. & 25. Ut ut non dixerim, subsidiis aliis, ita vero, modo aliquo ac tempore, facta omnia, nemo negaverit. Malim, pro existentia Dei ab aliis, v. g. quod mori debeas homo, probationem defumere. Neque enim tua sponte recedis ab humano consortio, sed debes. Ergo, auctorem te compellentem, habes.

Illud (C) argumentum, quod pro existentia Dei ex metu defumunt, est meticulosum sicaris quidem, quoque lepidum, sed non cerebrum habet. Ut Deum quem nosti adesse, metuas, omnino juris est, & valde metuo, sed ex metu argumentari velle, Deum adesse, hoc nihil est. Etenim, si non talem metum iniecerat homini homo, an idem metuendi ipsi animus fuisset, dubitare iterum apud meum animum, haud parum occipio. Idque, vel solo illius *Sancti* (quem dicunt, & patrio more utuntur, ad bonos efficiendos impubes filios), *Nicolai*, exemplo. Cujus tantus metus enim, capiebat puerorum animos, ut quid magis, nesciam. Usque dum aliquando, operariorum matris unam, vapido sub velamento, sanctum illum Nicolaum servasse, animadvertetbam ; indignatusque, de facta contumelia, per capillos, quantum

tum patiebantur vires, ascendendo interrogabam illum : *Num sanctus Nicolaus esset ?* Et sic sancto quidem Nicolao, quæ alias ille, inter fratres sub pœnæ metu præmioque diligentiz, missilia spargeret, sine metu auferens, mihi solus ferebam. *Et memo me illo die lætior ! Iterum posthac tale habiturus eum Nicolais negotium.*

Cæterum : Si verum amamus, disputat Atheus, quoad plurima saltem, non nisi de ipsa voce. Interrogas ; v. g. eum : *Quis te facit mori ? Tu te ipse ? Non ira audet dicere. Quia non tum moreretur. Dicit, ita natura facit ; ita fato est. Sed ecce ; ergo fatum, naturam ; quæ te compellere potest. ergo omnipotens. Idem quod nos de Deo dicimus. Quæro ulterius, quomodo sapientiam habeas, & unde ? quomodo gubernentur homines. ordine & sapienter ? Dicis, hæc naturam facere. Sed ecce denuo : Ergo naturam sapientem agnoscit. Quod iterum nos de Deo dicimus. Sed NB. non vult Atheus, Deum nominare, & existentem Deum dicere ; quare non ? quia non libenter Eum colit, atque inservit. Si enim Deus, ubi honor est ? Non video, peccare, si ita argumenter.*

†

X.

In finem aliquem, ea ita voluisse & fecisse auctorem Deum, sequi debet.

Vidimus enim, memorata illa non nisi a solo Deo fieri potuisse. Oportet, & vidimus, Deus sapientissimus sit. Oportet id eum ob rationem fecisse. Ratio, quia sapiens nihil frustra. Ratio, quia alias sapiens non esset. Non sapiens id quod facit. quare faciat ?

XI.

Qui finis non esse alius potest, quam ut Ejus voluntati satisfiat.

Qui (1.) aliquid vult enim, & sapiens est, ille hoc semper sui causa vult. Quia, licet & aliorum causa aliquando id velit, attamen id propter sui causam, ita vult aliorum causa. Ita ex. gr. causa dominorum, legislator cavet, ne rebus suis illi aburantur. Vid. §. fin. de his q. s. S. vel al. jur. Sed id quare dominorum causa ? Simul scilicet & sui ipsius legislatoris causa. Ut assiduos modo dominos habeat, qui ipsi asses dare, rerum gerendarum nervum illum, conferre possunt. Adde, totam, privati & publici juris, divisionem ita desumptam ab utilitate. Et licet (2.) non ratione proprius peculiaris patrimonii, ita aliquis sui causa, causa alterius, aliquid velit, eo ipso

ipso tamen, sui ipsius causa, ita alterius causa, vult, quia ipse ita vult. quia hæc sua voluntas est. (3.) Deus id alias, quoad se, perperam & sine ratione vellet, si non sui causa voluisset ita, hominum causa. (4.) Deum ita hominum causa non voluisse, constat, quia ita voluit antequam fuere homines. NB. voluit hominem creare, antequam fuit homo.

X I I.

Illud Dei velle, ut exequatur homo, oportet aliquid ipsi naturalis juris præscriptum esse, secundum quod, omnia agat & scire possit, qua Deo grata sunt.

Ratio. Quia, qui vult finem, ille debet velle etiam ad finem media. Vult Deus finem (ut ipsius voluntatem in hoc universo & circa facta illa, exequar), debet etiam velle media ad finem, quibus hanc ipsius voluntatem scire & exequi possim. Neque enim Deus ad impossibilia me obligat. Ideo non, quia sapiens est, & sic nihil perperam facit. Id autem quod faceret si vellet, ut ipsius voluntatem exqueret & media denegasset, quibus voluntatem scire possim. Num. v.g. in hoc universo, homicidia perpetrare, licitum mihi vel vetitum sit; Deum colere, hominem conservare debeam, vel non? Dicis, ex Sacris Bibliis, id scire possim. Recte, sed unde illi, qui Sacra Biblia, nec legunt, nec legere possunt? Unde paganus & in silva educatus homo, scire posset alias, an homicidia perpetrare, vel non debeat? Qui legem non habent natura facere quod legis est. Vid. Rom. II. v. 14. Putasne, creatorem universi, non etiam leges præscripsisse, quibus universum illud atque Oeconomia naturalis illa stare & conservari possit? Attende, cujuscunque, in hoc universo, privati Patris-fam. oeconomiam; quomodo Lares in domo ejus rideant, qui certas ipsi leges præscripsit & ordinem; Contra, Penates illius, cito vacua dominantur in aula, qui sine certa lege & ordine sunt.

X I I I.

Ergo; inter homines, juris aliquid naturalis erit.

Negavit id olim, Dominus Philosophus Carneades, & nescio qui non naturalis juris, obtractatores adhuc hodie. Si bene adhuc autem ego philosophor, dari naturæ jus, volunt argumenta duo in priori canone visa. Ita sane (3.) probant societates naturales illæ, quas, vidimus custodiri inter homines, Deus præcepit, non autem conservari sine jure possunt. Ita, *Vir p. 2.*

Ob

Ob corruptas scil. adeo hominum animas. Quemadmodum agneta enim sine pastore vagabunda errant, ita societas hominum, sine lege & rege non stare potest. conf. *Paul. Rom XIII. v. 1.* Dic, si lex non erat v. g. prohibens homicidia, an hominum societas servari possit? (4.) Adde, quod supra contra vidimus, natura duce, hominem v. g. non occidere. Vid. pag. 24. Antestare (5.) animalia, quæ quasi præscripta lege, ad conservationem sui propagationeive sui generis, feruntur. Antestare (6.) naturam Tuam propriam. Argumentum, inquam, ipsis argumentis rerum obtinens. Dum post commissâ maleficia, homo, te pudeat, quasi fugiens sis, & percutiant te arborum folia. *Θεσμος ουρειδης δ' οφει.*

*Ipsos non quies nocturna, non alius sopor
Solvare curis, aliter & crescit malum.
Vexatque animas nova tempestas.*

Lactantur, cruciantur, agitantur, stimulantur. Adeo, ut nullam mentem animi habeant. Ubi sunt, ibi non sunt.

*Non nox illis alma recessus
Præbet tutos; non curarum
Somnus domitor pectora solvit.*

Id sequi debet. pudeat, propter turpe factum. Debet sequi, in fugam eos deduci ab aliquo. Ab ipsa Natura scilicet, a lege Naturæ accusante illos. Ita debere sequi, probò (α) quoniam propter factum honestum non pudet. Quia (β) non quis fugit, nisi aliquis prosequatur illum. Contra quem inermis defendere se non potest. Non habes transgressor Naturæ legis, quod ad Tui defensionem prætex te possis, contra Naturæ legem persequentem te. Ita vero esse, ut hominem post peccata pudeat, & quali fugiens sit, probavi jam (α) teste natura propria. Haud proletaria. Idem (β) evinco locis Scripturæ Sacræ. Vid. *Gen. IV. v. 9 & 12.* Litem principalem, videlicet, contestari non audet Cain, sed fugam capescere mavult. Adde *abscondentem* se Adamum *Gen. III. v. 8.* Et *propripientes* se apud *Jesch. XXXVII v. ult.* Aut, *an vir qualis Nefchemia, vitta integer & purus sceleris, fugeret?* apud *Nefchem. VI. v. 11.* Adde, ex observatione nostra credo & aliorum, Salvatorem nostrum JESUM Christum, qui non 1. fugit, non calvitur ille non pedem struit; quinimo 2. contra, ad capere volentes. Eum, ipse ivit. apud *Joh. XVII.* In Indicium: se non, sed peccati reos ipsos homines esse. Quod ipso exemplo probant illi ibidem NB. *in terram cadentes* Malefacientium fugere esse, consentiunt (γ) ipsi rei; appellati a Nostris, *fugitivi.* Quod illorum fugere sit. Ut contra actorum est persequi.

(7.) Dari naturæ jus, aperitis verbis Scripturæ Sacræ, esse faciam, vid. *Act. Ap XXVIII. v. 4.* Barbaros, vides, inde, quod serpens Pauli manum arripuerat, conclusisse: *Omnino hic homo homicida est.* Unde? Ex juræ naturæ,

turæ, quod non patitur, maleficia impunita esse, sed debere puniri membrum, quod malefecit. *Serpens*, argumentantur, *manum*, qua solent homicidia peragi, non finit *inultam* esse. Conf. *Oe. Doms. nostra*, ad hunc locum. *An ne natura ipsa se hoc docet, quod viro quidem comatum esse, dedecori sit?* 1. ad Cor. XI. v. 14. Prudentissimus Judex Rex Schelomoh sciebat, jus naturæ non indulgere matri, ut pati posset, prolem scindi, communi dividundo. Ut quidem ego ita iudicium Schelomonis interpretor 1. Reg. III. v. 16. Verba ad Rom. II. v. 14. 27. plana sunt: *Qui legem non habent, faciunt natura quod legis est.* Mitto cætera. Dari Naturæ jus, eo ipso, sequentes canones probabunt, dum significant, quale sit jus naturæ, & quomodo constans. Nec ad rem pertinent præsidia, quibus dissentientes utuntur. v. g. (1.) quod *ab utilitate* defumunt. Quanta utilitate, vid. apud *Vitr.* Ut nec illud: *hominem jus natura ignorare sament.* O argumentulum! Si quis (1.) motum enim aut solis, terræ aut venti non percipiat; Quid? an quidquam inde de ipso naturali aut hujus aut illius motu detrahitur? Vestram fidem, artem mathematicam proficentes. Viri! Juro per vestram pneumaticam antliam. Resp. (1.) Tantum abesse, præfatum argumentum velis, non dari Njus; vel dicam, vulgus scire naturæ jus; ut pro principio juris naturæ statuam potius, sequentem Canonem.

X I V.

Licet illud a vulgari intelligentia remotum sit.

Naturæ juris, non est facilis definitio aut investigatio. Ratio, quia natura dati hominibus igniculi, a corruptela malæ consuetudinis extinguuntur, & oriuntur vitia contraria. *Cic. 1. Leg. 33.* Licet enim Deus T. O. M. mortalibus eam dedit mentis aciem, ut videre possint, quid rectum, quid pravum, turpe quid, quid honestum sit, attamen corruptela malæ consuetudinis, multi hic Talpa cæciores sunt, & tam multis inbuuntur erroribus, ut tam vanitati veritas & opinioni confirmatio ipsa naturæ cedat. *Cic. 3. Tuse. 9. 1.* Quemadmodum, multi torpore impediuntur, quo minus solem viderint, sic & negligentia quidam a jure naturæ aberrant. Et ut alii tenebris assueti, ubi in apricum trahuntur, solem ferre non possunt, sic & plurimi in tenebris scholasticorum educati, ferre veram naturæ faciem nequeunt. Alii contra, uti multa videre nolunt, quæ non satis ex animi sui sententia seu libidine fore putant, ita Epicuri de grege porci, aliique, mentis suæ oculos a naturæ jure ejusque auctore Deo contemplando, vix avertunt, datosque sibi ad hoc igniculos, quasi suffusa frigida extinguunt. Alii, aliis ex causis, a juris naturæ intelligentia sunt remotiores. Argumentum, ergo illud: *Vulgo homi-*

nes.

nes N. jus non sapient : Tantum abest velit, non dari N. Jus, ut contra potius, Canon sequens fluere tanquam principium debeat.

X V.

Ergo ad-intellectum juris Natura tamen ea est hominis facultas, ut illud scire, & ad id, accommodare sua negotia possit.

Quemadmodum enim (1.) a vulgari tantum intelligentia ; (2.) ex dictis rationibus, naturæ jus remorum est ; ita ergo sua sponte sequi debet, quod, illis causis cessantibus, & ipse quoque effectus (Juris Naturæ ignorantia) cessare debeat ; atque Naturæ jus, intelligere homo sapientior possit. Pergis, Naturæ jus definiendo : *Dictamen rectæ rationis esse. Lumen vero naturalis rationis, Adami lapsu, usque adeo obfuscatum esse, ut non scire magis queat homo, quid justum, quid injustum sit.* Lepida est propositio prima ! Dictamen rectæ rationis, est principium cognoscens, quid sit juris Naturæ ; non, ipsum jus naturæ. Sequitur propositio minor : *Lumen humani generis adeo est exiguum ut nihil eo homo percipere queat.* Falsum est, jus naturæ hominem non percipere posse. Si enim Naturæ Jus, Deus præscripsit homini, quis dubitaverit, non insimul tantum luminis homini liquisse Deum, ut percipere eo possit, quid sit Juris Naturæ. Percipere id hominem sapientio-rem posse, cessantibus dictis causis, vidimus. Conclusionem : *Non percipit homo Natura jus, ergo non datur* : dignam risu, jejunam esse, effectam, sine anima & sine spiritu ; ipsa res documento est. Conf. supr. Can. 13. p. 34. v. O Argumentulum.

X V I.

Jus a jubendo dictum.

Juri daturum operam, nosse prius oportet, unde descendat nomen juris ? Ulpiani olim sententia fuit. V. L. i. d. Just. & Jur. Quam, si Justinianus, in Romanæ suæ justitiæ templo (ita fœdētas vocat), suam fecit ; quanta meliori ratione, Naturæ Jus appetiturus, scire debebit, descendat unde nomen juris ? Liceat autem Ulpianus quidem ille noster alias, dixerit, a justitia, jus suum sortiri nomen ; attamen, non hoc ad derivationem Grammaticam pertinere, ex Festo atque Ciceroe constat. Præclare dicente

utroque viro ; antiquos *iusa* dixisse, quod nos *iura* hodie. Ut credibile sit, a *jubendo*, *iusa*; & per apococopen appellatum *iur* sit. Id quod observare, in N. juris studio, operæ pretium esse, sequentes docent Canones.

X V I I

Oportet, sit a Majestate profectum.

Nisi iussum enim a Majestate profectum, non quidem juris nomen illud mereri, sequi debet. Quis enim jubere quid mihi poterit, qui in me imperio caret? Aut quantum obedientiam præbeo, legi laxæ ab hominatione in privatis suis delitescente contuberniis? Quomodo jubebit aliquis, qui non jubere potest? Par in parem, non gaudet imperio.

X V I I I

Ergo, eum obligat, cui datum est.

Quia ab eo profectum, qui Majestate gaudet, & sic potestatem habet, te obligandi. *Infra latius.*

X I X

Ergo falsum id erit: Nihil natura turpe esse.

Conf. (1.) l. 15. *Cond. Inst.* Confule (2.) naturam ipsam, quam, post peccata, turpia facta commissa, pudet. Conf. sup. p. 33. Adde (3.) 1. Cor. XI. v. 14.

X X

Palam, illud Aristotelis: virtutis causam, consuetudinem esse.

X X I

Etiā Galeni illud: Temperamentum huc humorum facere.

Temperemus risum! Sed ne referas illud domine, medicæ, Aesculapio. Cum

Cum Quo quippe non libenter aliquid mihi negotii est. Ne argumentis enim ipsi rerum mecum disputer, vereor. Baculum, tuus Deus ille, nodosum gerit. *Sanctatem Menecrasi!*

XXII.

Jus hoc loco itaque, nihil aliud erit, quam regula, lex, præceptumve, quod adstringit omnes.

NORMA. Licet Deus enim in finem aliquem, creaverit, atque destinaverit omnia, vid. supr. p. 31. non concludere exinde licet tamen, quod relicta creatura sibi, ad destinationem illam, statim componat negotia sua. Quare, dum Deus indidit creaturæ & præscripsit, quomodo, juxta nutum suum ferri debeat, ejusque motus, ad certam ordinem determinat, NORMA, illud appellari potest. Sive, *amussis*, vel *regula*. Metaphora, desumpta ab artificibus, qui, quando recte volunt ædes struere, lapidem aliquem lidium, sive amussim, normam pendentem habere solent, ut juxta hanc recte ædificare possint. Sic & jus, norma est sive amussis, juxta quam, si incedis, recte is. Confer ad hunc sensum, passim in S. S. NB. *rectum facere in oculis Jehovæ*. Et quia præcepit Deus, ut ad hanc normam tua componas negotia, sic itaque PRÆCEPTUM audire potest. Et dum ita præcipit, ut simul quasi ad id. Te liget, saltem obligandi facultatem habet, hinc LEX recte dicitur.

Summam, ecce homo, Dei clementiam : Normam tibi præscripsit, juxta quam, recte agere potes. Non tantum præscripsit, sed simul præcipit, ut agas juxta eam. Imo ut facias, ad eam quasi ligavit te. Instar matris, quæ infirmo adhuc pede innitentem prolem, gressum docere volens, scammum ipsi, cunas, vel quid aliud proponit, juxta quod incedere tuto possit. Ut juxta id eat, vult, præcipit. Ut incedat, hinc ipsamet, prolis manum endojacit in rem illam, ad quam, vult, ut ambulet. Sic & Deus clementissimus, homini, naturam, normam, præscripsit, juxta quam, ire tutus potest. Et ut eat, præcipit, cupit & quasi alligat. Ita vero esse, probo, exemplo omnium legislatorum. Exemplo Sacri Codicis. Leges tibi Deus præscripsit, ut recte juxta eas ire possis. Ut eas, præcipit, pænæ metu, Te obligat. Ita esse, & quoad Naturæ normam, probo teste natura tua. Licet consulere ! Quæro, si de malefaciendo consideras, annon quasi dispertes Tecum ? Quid significas ? Te quasi, Te, a naturæ norma avellere, dissolvere Te a norma cui allegatus quasi fuisti. Consentit ipsa phrasis : hominis *dissoluti* ; a Deo scilicet. Usum habebit Canon, in tollendis dubiis, infra occurrentibus passim. Usum habet magnum in investigando origine peccati : esse, non ratione Dei, sed hominis ipsius. *Videbimus infra.*

XXIII.

Est respectu Dei ipsius, placitum.

Quamvis enim Deus bonum velit ideo, quod sit bonum; Malum vero nolit, propterea, quod sit malum; non tamen hoc pro *norma* quadam, extra Deum, voluntatem divinam determinante, haberi potest. uti male *Grotius in Prolegom.*; sed uti ipse sibi solus exemplar existit, ita nec alia, quam ipse, operationum suarum, norma esse potest. Et libertime agit, etiam si non nisi bene agere possit.

XXIV.

Ergo Ius Natura revera Dei lex est.

XXV.

Ergo errant, qui Ius N. agnoscendum existimant, eis, qui non Deum agnoscunt.

XXVI.

Sed & Deus ex jure Naturali, cognosci poterit.

Licet speciatim & proprius ex verbo suo revelato nobis.

XXVII.

Ergo nec in bruta cadat, sequi debet.

Ratio, quia legem a Deo latam non sapiunt. Neque obst. (1.) Princ. *Inst. de Jur. Nat. Quod jus natura, natura, & animalia doceat.* R. 1. Una quaestio est, an Justinianus ibi ita dixerit? Alia, an recte dixerit? R. 2. docere, per simulum, non per modum rationis. Vid. *Pater meus* 1. Aph. 12. R. 3. praeter vulgatos, Naturam ibi dici docere, tanquam innatam indolem; non tanquam legislatorem, vel sapientem magistrum. Naturam scilicet, ducentem, vel testificantem, docere omnia animalia Jus Naturae, ait. Cui explanationi consentit, quod passim Imperator dicit, naturam *prodere*. scil. ut testem. conf. §. XI. J. d. R. D. & alibi. Ut alias homo testis docet; Ita & natura testis docet. Non obst. (2.) *Lev. XX. v. 15. Exod. XXI. v. 28. Plato. L. 9. d. leg. Conf. G. Pap. q. 238. & Morn. ad C. 1. si quadrup.* Quorum ille, porcum ad laqueum damnatum memorat, ob devoratum puerum; Alter ille, canem ad mortem damnavit, ob devoratum Franciscanum. Quoad rationem, quod lepide Augustinus philosophatur

C. mulier caus. 15. q. 1. illud ego facile transeo. Ad omnia scopum & finem ponarum consideraverim.

X X V I I I.

Neque circa illud, citra causam, ab homine dispensari posse.

A Rg. L. 35. ff. d. Reg. jur. Et.

X X I X.

Sed nec mutabile esse.

Ratio. Quia ipse Auctor Deus immutabilis est. Ut & 1. Finis, conservatio, scilicet, & incrementum rerum. 2. Imperfecti aliquid in Deo significaret etiam, quasi, qui non omnia sciens fuisset, quid statuisset antea, quod nunc mutare deberet, aut veller. Debent etiam vel antiqua, vel nova non valuisse. Neutrum dici potest. Pari felicitate fortean, qua quidam philosophantur, *quare hominem Deus erecte creaverit?* Nolim rationem referre quidem. Faciat id per me licet, *Aristoteles in problemas. pag. m. 5.* Ego illa ibi cancellavi verba, in editione mea. Dicam quid sentio. Puto, talem scribentem, non modo, sed & referentem, negotii talis, debere rationem reddere. Conf. *Obs. crit. mensr. p. 6. in f.* Ubi, & in aliis libris delevi, quoniam non Dei gloriam prædicare, sed diminuere videbantur.

X X X.

Nisi, Primo, in hypothesis.

Ita nimirum, si vulgus recte dixerit. Jus Naturæ scilicet, mutari non posse, apud *Voetium*, cæterosque qui ex eo descripserunt, vides, regulam esse, sed tribus quatuorve exceptionibus obnoxiam. Et 1. quidem ut mutari possit in hypothesis. 2. Pro parte. 3. si mutata natura sit, aliudve juris objectum. 4. Si Naturæ lex permittens sit. Videamus, an firmo pede stent *Votiana* limitationes illæ? Ut virgo urbana. Esther, si recte auguror, quæ ad quodlibet verbum, ajunt, flectebat genua. Ego, in non uno casu, puto, jus naturæ mutari, re inspecta plenius. Quid enim, quoad 1. hypothesis, an illud, jus naturæ mutare, dici potest, quod non nisi Juris Naturæ consequens est; e. g. quod non furioso debeat gladius tradi? Licet enim id contra regulam sit, *Domino jus in res computere*, ast quoniam id aliz

juris,

Juris naturæ regulæ jubent tamen, sic ergo non mutatio juris N. sed justio erit. Ita autem vult juris N. illa regula: *Conservationis*: Ne furiosus scilicet, gladio proprio se jugulet. Adde dictam illam legem, nauci fieri, sine hac lege. Quid enim juvat lex: *Domino jus in res suas competere*: si non magis sit dominus, sed furiosus gladio se interemerit? Quodcumque ergo illam juris Naturæ regulam: *Domino in re suas jus competere*: juvat, illud dici nequit, mutare, illam juris N. legem. Tantum absit, Domino hic auferatur jus domini, ut contra, si subtiliter attendamus, illud ipsi seruetur. Quippe, si gladio brutus se occiderit, nihil ipsi proderit, jus domini. Nec Dominus gladii dici poterit.

X X X I.

Ut & secundo, pro parte.

ITa denuo Doctores. Sed ego nego, pro parte Jus Naturæ mutari posse. Ratio, quia nec pro parte, efficiens causa, Deus, mutari potest. Neque obstat argumentum *Legis 6. ff. d. just. & jur.* quando *JCtus* dicit, *tunc jus civile efficit, si juri N. aliquid addatur, vel detrahatur*, quasi vero ergo jus Naturæ mutari pro parte posset. Argumentum, in Mathematicorum obscura camera, ast sine eorum ardente luce, elaboratum suspicor. (1.) Namque, Justiniano in Naturæ jure erranti, fidem facere quis velit? Sed non (2.) quidem hanc Justiniani sententiam esse, dixerim. Nunquam ille, tam *Scipio* aut *bardus* fuerit. Non ita vult, dictis *JCti* verbis. Quippe differunt, *detrahere* aliquid juri Naturæ, aliquid ei *addere*; & pro parte *mutare* illud. *Detrahere*, *addere*, externum effectum significant. *Mutare* pro parte, *essentiam*. E g. *Ut in tutela aliorum illi sint homines, qui non per aciem ipsi se defendere possunt*; naturalis juris est. Huic, *addit* noster Imperator, quid? *terminationem temporis*; *Ut ad annos 14. sc. habeant tutorem* (hoc est cui potestas & in capite & in bonis data est); ab illo vero tempore, usque ad annos 25. ut habeant *Curatorem* (hoc est in solis eorum bonis, non in capite). Sed quæro, an hoc jus N. *mutare* sit pro parte; illud terminare quod Jus Naturæ non terminaverat? Ulterius. Quia & ipsum enim Jus Naturæ vult & addit, ut *ad illud tempus*, quo se aliquis defendere non potest, tueatur ab aliquo; *ab hoc vero tempore*, quo ipse se defendere possit, ipse tanquam dominus rerum suarum liberrimam administrationem habeat. Tale autem tempus ne incerto sit (cum jura incerta libris ansam dare solent); sed & prædictis temporibus, matura magis ætas, prudentior esse solet, ad personam bonaque tuenda; sic ergo recte Justinianus & juxta ipsius naturæ jus, prædicta tempora certa addidit. Pari modo nunc & res

& res se habet quando Justinianus juri N quid *detrabit*. Sed an hoc ergo est *mutare* N jus pro parte? Quo abis lingua, quo mente, quo calamo? Philosophorum amplissime, si pileum adimam vel abollam Tibi; *Quarto* an pro parte mutavi philosophum? Si Nasum tibi truncum quis amputat, vel mentum largum, jam mutatus eris pro parte; non, si tollat collare tuum.

XXXII.

Vel, tertio. Lex tantum permittens sit.

Ita sc. (3.) Doctores excipiunt casum, quo jus N. mutari possit. Verum est, quoad ipsam rem, contra legem Dei permittentem statui quid aliud posse, & exemplis probo, missis cæteris, in servitute, inducta contra N. jus. *Permittens* sc. non *jubens*, ut aliquis nascatur liber. Aliud; Maria de jure N. ad neminem pertinere dicuntur, sed omnium hominum communia esse. Intellege Naturale Jus, non præcipiens sed permittens. Ut scias, de eodem N. jure, ab occupante *Primum*, numero rerum communium eximi posse. Aliud, apud *Romanos II.* Aliud, apud *Matth XIX. v. 7. & 8.* in verbis sc. *mandavit: permisit.* Ceu quidem præter vulgatos, quos legi, ego observaverim, in verbis illis, omnem decidendi rationem habere S. Spiritum. Confer *Oratio Domin. nostra*, ad dict. locum. Adde, ita Natura honestum esse, fœminas comatas incedere. *1. Corinth XI. v. 14.* *Natura*, intellige, *permittente.* Ut carere liceat, nota ridicula, ad *Can. quacunq. dist. 30.* *Ideo relictos fœminis crines esse, ut viri invenirent in illis, quo trahere illas possint & ligare.* Conf. *Arnif. in Doct. Polit. Lib. 1. cap. 3. pag. 61. & Charif. de for. Consc. cap. 2. 79.* Melius Cl Stryckium fortean admonere dixeris, ubi in questione, *an & quatenus verberibus excipere uxorem marito liceat?* non nimis liberalem, eum, sed nec etiam parcum nimis in verberando esse debere, putat, sed mediam viam ingredi eum potius. *An rem acu tetigisse Virum C.* interpreta- bor? Sed hoc in parenthesi. Ad naturam permittentem nostram redeamus. Contra legem permittentem, aliquid aliud statui posse, verum est, sed id dici posse, legem mutatam esse, non dico. Quippe, qui hucusque tantum permisit, ille nihil adhuc jussit, nihil determinavit. Qui permittit, ille permittit contra id agi posse.

XXXIII.

Nisi, quarto. a Deo (α) natura mutata sit (β.) jurisve objectum aliud.

Tum iterum scilicet, Naturæ jus mutatum dici potest. Inquam, si Nostris fides,

fides. Quoad rem ipsam, iterum consentio. Sed nego, jus Naturæ ita mutari. Quoad rem, videamus antea, ut quoad alterum, pateat veritas. Quid ergo? Possè Deum naturam alterare, aliudve objectum facere, tanquam, humanæ fabricæ suæ opificem liber. imuni, nemo, nisi sit impius, negaverit; Sed & fecisse, ex *Matth XIX. v. 7. & 8.* constat. Conf. *Jerem. XXXVIII.* Et alia. Et per hoc, aliud quoque jus recte facere, negari non poterit. Cum jus, ad facta accommodari oporteat. Sed ego nego, ita Naturæ jus mutari, dici posse. Ratio, quia ut *jus ad factum* (naturam) accommodari debet, ita ergo mutata natura (factove), atque circa illam, alia quoque ut debet constituta lege, jus mutatum dici non potest. Sicuti enim, prima lex, *v. g. conservatiois*, circa factum eo tempore aliud, aliam quoque secundariam legem voluit, ita, circa factum nunc aliud, NB. *eadem* lex, aliud quoque jus desiderat. Ulterius: Ego non naturam quidem mutaram dixerim. Fuit semper talis & est adhuc primogenia indoles, innata natura: *Conservatio*. Loquitur Christus all. loco de *cordis duritie*, non de *Natura*. Sed ulterius: Non quoad ipsum enim cor quidem, aliave, licet diversa sint a prioribus, aliquid tamen, (ex voluntate saltem Dei) NB. mutatum esse dixerim. Est in promptu, veritas. Neque enim Deus, dum jam vult, se postea aliud velle, dici potest, si postea aliud velit, voluntatem priorem mutasse Quoniam, quod jam ita velit, hoc ita, jam tum temporis antea voluit. Dum Deus eo tempore voluit, cordis indolem, *nam*, talem, *postea (nunc)* aliam esse; dici nequit, si postea, nunc, aliam fecerit, voluntatem priorem mutasse. Homo, si tu ambulas, atque jam in illo, mox in alio loco pedem figis, an quid mutas? Atqui, ubi jam pedem habes, ibi antea non habuisti. Aut, dum hoc loco pedem tenes, eum destinans ad locum alium, quæro, si ad alium locum illum perveneris, an voluntatem mutasti? Si tu homo, *v. g. hodie* in hoc loco præsens, vis die crastina, in loco alio esse, quæro, an voluntatem tuam hodiernam mutasti, si die crastina in destinato loco fueris? Nodus scil. in eo est: si hodie NB. voluisses, die crastina te in illo loco NB. non esse, jam, si crastina die, ex voluntate tua in eo loco esses, voluntas tua mutata hætenus dici posset. Argumentum insimul notaverim, pro prædestinatione Dei, non quoad facta quidem, quæ fieri video, quod argumentum Calvinorum sic satis calvum esset, sed quæ fieri video, contra facta priora alia. Aut, enim fateri debes, Deum ejusve voluntatem mutabilem esse; vel Eum, jam antea voluisse, ita nunc esse. Pari modo, nunc & ita se res habet, quoad mutatum objectum, *non confundendum scilicet, cum mutatione juris*. Ita noster, ipsius naturæ scriba, *Grotius*. Sed quare non? Magni viri ratio, satisfacere mihi non potest. Est in diminutivo. Ita ratiocinatur. L. 1. §. 10. N. 6. *Ita si quem Deus occidi præcipiat, si res alicujus auferri, non licitum fiet homicidium aut furtum, qua voces visum involvunt, sed non erit homicidium aut furtum, quod vita & rerum supre-*

mo domino auctore sit. Probat, quod ita Deo liceat, sed non, voluntatem vel legem Naturæ mutatam non esse, quoad hunc hominem. Quare ita ego malim: Aut, occidi talem hominem jubet Deus, quod malum fecerat in oculis Jehovah, & factum est juxta Naturæ jus, Deique voluntatem, *Penas enim ob maleficia solvi, & ita illa tolli e medio, magna ratio suadet;* Aut, a Prædone eum occidi permisit, & mutata Dei lex dici nequit, sed fecit latro, contra Dei legem. Differunt autem, contra legem agere, & mutare legem. Conf. Can. seq.

X X X I V.

Ut tamen, quinto. contra natura jus, agi possit.

E St enim jus Naturæ, norma quidem præscripta, juxta quam homo componas negotia; Eriam quidem præceptum tibi, ut ad id componas negotia; sed & ad id obligatus es; vid. supr. Can. 22. Ast non ita tamen ad id alligatus es, ut non aliter possis, vel ut ita debeas, sed ut ita possis. Sed nec Dei voluntas, aut lex Naturæ per hoc mutata dici potest, si quis contra jus Naturæ agat. Perpetrando v.g. homicidia, de jure naturæ verita. Pari modo, ut nec voluntas Dei vel lex ejus in Decalogis scripta, per hoc mutata dici potest, si quis contra eam homicidia facit. Id quod notare operæ prærium esse, liquet passim.

X X X V.

Natura a nascendo dicta, non tam quod nasci FACIAT omnia, ut dicunt illi, qui accurate parum, inter Naturam & Deum non distinguunt: sed quod SIT innata tam homini, quam animalibus reliquis.

R Atio. Quia, quod natum est, hoc innatum esse debet ab aliquo. Vel a se ipsomet, vel ab alio. A te ipsomet, vel alio homine, tuam naturam non esse, probo; quia nec tu, nec quis alius homo scit, quomodo naturam facere vellet. Natura autem nata omni rei inest.

X X X V I.

Nec quid significat hoc loco aliud, quam innatam, sive a creatore creaturae inditam indolem, qua feruntur ad aliquid.

HOC est. Natura, est cujusque rei creatæ propria indoles. h. e. indita a creatore, qualitas, affectus, vis, veluti, magnetis, ferrum trahere. Consentit (quantum ego interpretor) facer codex *Rom. II. v. 14.* Adstipulatur & hætenus Cicero ubi de Leg. dicit: Natura duce, errari nullo pacto posse. Ratio est, quia quod natura duce fit, fit Deo auctore, & naturæ repugnare, est gigantium rita cum Diis pugnare. Idem in *Cat. Maj.* Accedit hætenus *Augustinus* & *G. Grotius*, qui naturam vocant, operationem Dei, quæ mentibus nostris insedit, cujus ipse Deus auctor est. Proprius autem & commodius dicamus, naturam esse cujusque rei, creatam indolem, id est, insitam a creatore qualitatem. Sic natura magnetis est, ut ferrum trahat, Natura graminum, ut tendant deorsum. Illa autem natura, a qua jus Naturæ appellatur, est primogenia indoles. tum hominum, tum animalium nascentium, tum etiam aliarum rerum, qua feruntur ducunturque ad conservationem, & propagationem sui suique generis. Ut sint divinæ potentæ, sapientiæ & perfectissimæ creationis argumentum. Consentunt re ipsa & tali innatæ Naturæ, Philosophi veteres, quando innatum omni homini in principiis, statuunt tale quid, juxta quod nil prius velit, quam *sui conservationem*. Atque hujus innari auctorem, naturam appellaverunt. Hoc, inde scilicet, quoniam veram causam efficientem (Deum), ulterius infelices rimari non potuerunt. Innatam ergo talem indolem fatentur. Sed & naturam id ipsis fuisse, & audivisse, probò inter alia non tantum ex modo allegato illo *Ciceronis*. Loco de Legibus, sed & ubi de *Natura Deorum* ita dixit: *Namque alii naturam consent esse vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessario. Alii autem vim, participem rationis atque ordinis via progredientem declarantemque quodcujusque causa efficiat, quod sequatur.* Ita scilicet homines illos ego animadverto; Viderunt homini, omni rei, innatam qualitatem vim & affectum. Hujus auctorem (verum Deum h. e. sapientem &c.) quia percipere non potuerunt, hinc naturam appellaverunt. H. e. auctorem aliquem ita efficientem, sed quam ipsi non noscebant. Alii contra ipsam illam innatam indolem, naturam dixere. tanquam innatam a se ipsomet. Ut scilicet natura ipsis fuerit aliquid, quod ita est & ita esse faciat. *De Natura autem* (ait Cicero *Academ. quæst. 1.*) *id dicebant, ut eam dividerent, in res duas. Ut altera esset efficiens, altera hujus quasi se præbens, ea, qua efficeretur aliquid. In eo quod efficeret vim esse*

esse credebant : In eo autem quod efficeretur materiam quandam. NB in utroque
 tamen utriusque. Et quæ sequuntur. Alii ex recentioribus postea distinxerunt,
 inter naturam naturantem, & naturam naturatam. Ipsæ scilicet non sci-
 vere, quid dicerent. Vel quod dicere & sentire voluerunt, id non potue-
 runt. Scilicet omnium ratio est, quod auctorem agnovere quidem; Sed non
 sciebant qualem, non sapientem, intelligentem &c. qualem nos intelligimus.
 Naturam Deum dixerunt, sed non talem intellexerunt, qualem nos. Sente-
 rint, quid velint, in eo conveniunt, quod & primam illam innatam indolem;
 naturam dixerunt, juxta quam nil prius homo vult, quam *sui amorem*. Errat
 itaque Seneca Lib. 4. Benef. 7. 8. alique, qui naturam pro ipso Deo accepe-
 runt. O Deus create! Ego creantem suspicio. Ita, inquam, si Seneca illam
 innatam indolem, per naturam ibi intellexerit. Sed demus hætenus ipsi veni-
 am, & recte hætenus dixit; dum per naturam ibi, innatæ hominum indo-
 lis aliorumve effectuum causam efficientem aliquam (qualem nescivit ipse), in
 mente habuit. In eo, fuit infelix; quod ex solo illo, quod ita faciebat
 omnia, causam efficientem h. e. Deum agnovit. Cave Senex! Annæ precor!
 Senecæ quisquis es imitator adhuc hodie. Sed nec meliori ratione auscultan-
 dus ille Aristoteles erit, 2. Phys. 1. ubi naturam philosophatur principium mo-
 tus & quietis in eo esse, in quo est per se, & non per accidens. Sit hæc tua
 natura per te, Aristoteles, per me liceat, non erit unquam mea tamen, per
 accidens. Etsi quid recte hoc ipso adhuc momento videam, in meo e. g. ho-
 rologio, motus ille, ejusque principium, non erit ab ipso illo horologio,
 sed potius, permittite Philosophorum Pater, ab opifice ejus repetam. Sed rem
 acu tetigisse tamen existimaverit ipse Zeno, ubi naturam describit (amœni-
 mas ingenii): *ignem artificiosissimum esse ad gignendum progredientem via*. Bea-
 tus in Philosopho calor! Nego, naturam tantum aut proprie saltem in igne
 consistere, & ab ipso Zenone excogitatum hoc tempore putem, ubi æstivi
 aeris calor, Philosopho ignem injecit. Nego, naturam non nisi ad gignen-
 dum ferri. Mea saltem & ad conservandum est. Lepida est, an pudenda eor-
 um naturæ significatio, qui membrum illud virile, quod natura celavit,
 pro natura salutarant. Alii adhuc aliter, naturam describunt: describere non
 vacat. Græci φῶσιν vocant. Nihil est aliud, quam illa innata indoles, qua
 homo fertur ad sui, sui que generis conservationem.

X X X V I I

Oportet iterum sit auctore aliquo.

X X X V I I I .

*Quem, cum nec ipsam naturam, nec alium reperio,
oportet denuo, ejus auctor ille Deus sit.*

Vid. supra Canon. IX. Conf. 2. Macc. VII, v. 23. ibi invenit naturam.

X X X I X .

*Ergo impie illi, qui naturam ut pravam accusare non
erubuerunt.*

ITa vulgo est, & quasi proverbium : *Natura tua mala est.* Ita legens aliquando cum familia, Johannem *Arent. X C. 50. p. m. 639.* ratiocinantem Eum jucunde invenio, & ferme rideo : *Über die Natur ist also verkehrt / daß sie auf die Gaben fällt ? wie eine Sau auf einen Dreck / und das Gebät gar nicht achtet.* Sed quod inter nævos Arentianos retuli, non tam, quod naturam accuset, cum & alii id ita dixerunt, sed quod tam S. V. stercoreo modo, & per se lepido alias, naturam describit. Peccare autem quotquot naturam accusant pravam; Probo (a), quia natura est Dei effectus. Quia naturam Deus invenit. Conf. Can. præc. Qualis autem effectus, talis & esse causa efficiens debet. Quid esset ergo, Deum T. O. M. Naturæ causam efficientem pravam accusare, si illud non hoc esset, naturam effectum ejus damnare, malam velle ? *Contremiscit scribens totus homo !* in refellendo, hoc modo, falsum principium. Quid esset Deum aliquid mali invenisse, dicere, si illud non hoc esset, velle dicere malam a Deo inventam naturam esse ? *Decidit dicenti ita per ima ossa quasi sudor gelidus !* Peccare ita dicentes, probo (b) quoniam natura me ad meliora ducit, ad conservationem mei. Si (c) jus Naturæ; a Natura dicis, quomodo naturam pravam dicis ? Atqui jus, debet jus esse. h. e. non pravum. Dic (d) homo, an non maleficia Tuâ, ex voluntate tua procedant ? Sed quare ergo adhuc naturam pravam vis accusare ? Sufficiat unam causam mali accusasse. Temerario plane more, te accusare naturam, inde est (e), quoniam ita Deum originem & auctorem peccati dicis. Ut contra (f) auctorem, qualis est, boni prædicas, si naturam, qualis est, bonam dixeris. *Quæro enim v.g. homo unde est, quod peccando malefacias ? Respondes, ex natura prava mea. Moveretur de loco quasi in alium locum animus !* ad responsum turpissimum, Deum efficientem malam causam agnoscens. Dicis, bene quidem creatam & inventam naturam esse, sed perditam nunc Adami lapsu. Sed contra, post Adami lapsum adhuc a Deo inventam naturam dicit locus

2. Macc.

2. *Macc. VII. v. 23.* Ulterius autem & unde ergo ille Adami lapsus, unde illa natura Adami? Dicis, a malo angelo. Sed unde ille, naturam eam seducentem pravam? NB. Omnia illa *sunt*, ergo, in effectu. Ergo talem quoque efficientem causam deberent habere. Aut ergo, oportet naturam pravam non accusés; Aut Deum Auctorem peccati agnoscas; Vel, semper aliquid etiam malum exitisse, dicere debes. Posterius dicamus, Nostri non volunt, Non debes unum dicere. Sed unde quæris ergo est peccatum?

R. 1. hanc quæstionem aliam esse. Satis enim est, probaverim, naturam esse non posse pravam. Et per hoc dixisse suffecerit, me id nescire, unde origo peccati? Sicuti autem. **2.** ex superioribus, causa in promptu patet, ita etiam dixerim, causam esse voluntatem hominum. Scilicet, supra vidimus; Deum homini normam præscripsisse, juxta quam incedere recte potest. Ut incedat ita, præcipit, & quasi natura ipsa duce, ducit. Instar matris, docentis gressum ad cunas filium. Ducit genetrix ad cunas natam recens pupam, propter infirmum pedem adhuc. Ut juxta eas incedat proles, cupit mater. Ut faciat, hinc ipsam proles manum, cunis injicit. Si ad cunas tenet gressum filius, non in terram labitur. Ubi dimiserit manum, struit pedem tenerum, sed mater tristis est. Sic & Deus clementer cum homine agit. Præscripsit normam homini, indidit naturam bonam ipsi, appetentem sui conservationem. Præcipit, vult, cupit, ut juxta eam incedat, & quasi alligavit ad eam hominem. Vid. supra. C. 12. Saltem, ut ad eam incedere possit homo. Incedis ergo juxta eam, facies quod *rectum* est, & non *laberis*. Si recesseris ab ea, dissolutum ab illa te feceris, prolaberis, contristato Jehovah. Et contra Dei voluntatem feceris, ex tua propria voluntate. Quod dixisse nunc plus satis suffecerit; Sed veritatem conquiramus ulterius, movendo dubium. Tale est, semper mihi feci, quod si ergo Deus, ita hominem creasset, ut ita male velle non posset, sic tum non etiam ita homo ageret. Dum itaque ita Deus hominem creavit, ut ita potuit, sic ergo auctorem quoque peccati esse. Augetur dubium, quod quoniam Deus omnipotens est & facere potuit, quid velit, sic ergo hominem ita creare quoque potuisset, ut nil nisi bene faceret, atque nihil tamen de ipsius perfectione decessisset. Quid dicemus ad hoc? Ita ego semper mecum: silere hic meum ingenium; certior: Deum tamen mali auctorem nec esse, nec esse posse. Quia bonus est. Imo ut magis eo ita mihi satisfacerem, sic ergo id addidi semper: silere ideo, hic mihi meum ingenium: Ut ita nesciens, credam, Eum bonum tamen esse. Ita hucusque; nunc vero tandem re examinata ulterius, Deum recte ita hominem creasse video, ut ex sua voluntate juxta naturam agere ille bene, & non, posset. Quid enim, si ita Deus creasset hominem, ut NB. *deberet* bene homo facere, jam non homo, sed ipse Deus bene faceret. Si homo Deum: NB. *deberet*. laudare, & non posset. aliter, non tum homo

Deum,

Deum, sed Deus se ipse laudaret, & sic dici de Deo posset, quod in vulgato est (*Concussus scribo quatiens!*): propria laus sordet. Id ergo ne dicatur, sic ergo, voluntatem homini liberam liquit, ex qua ipse, sua voluntate benefaciendo laudare Deum possit. Sed qua in parte, sapientiam ipsius videamus ulterius. Neque enim omnino liberam quidem liquit hac in parte voluntatem homini, sed contra magis normam ipsi præscripsit, & quasi ad eam alligavit hominem, ut ex ipsius Dei voluntate ita incedere homo debeat. Ita ut homo, si recedat, id ex sua voluntate faciat. Illud, ideo: ne alias dici posset, hominem ita debere necessario. Et sic ipse Deus se laudaret. Ita ut homo malefaciens non tam id ex sua voluntate, quam ex sua non voluntate, faciat. Non vult bene facere. Dissolutum se facit ipse, ab eo ad quod Deus eum alligaverat. *Optima causa efficiens creator Deus! Optimus effectus, natura innata indoles!* Si quæ autem loca adhuc in contrarium velle videri possent, ac si prava natura esset; ad ea ego respondeo 1. non explicari recte; non hunc sensum habere, ac si natura, sua propria primogenia indole, prava esset, sed hominum voluntatem, eam ita vertere, morari eam, contra eam agere, & hactenus dici pravam naturam esse. Vel 2. naturam alio ibi sensu sumi, non pro ipsa innata, & a creatore indita primogenia indole. Ceu & inter alia, teste Oldendorpio, natura sumitur, pro voluntate ad malum prona. Uno eorum modo, obstantia loca capi debere, probō, quia illa primogenia indoles, sive natura, prava accusari requirit. Ut vidimus. Vis dicere: Me naturam ita non recte significare? erras. Ipse ille dicendi magister eloquentiæ parens, non minor ac Jctus & naturalis juris indagator Cicero, ita dixit, & alii. Aut quid potius *natura nomine significares*, quam illam primam indolem innatam omni rei?

X L.

Multum ergo Deus & natura differt.

Tantum, quantum causa efficiens, & ejus effectus. Inventor, & res ejus inventa. Deus est creator. Natura est, qualitas, vis & affectus, rei creatæ, a Deo inditus.

X L I.

Nullum ergo Natura Ius a Natura tanquam efficiente causa erit profectum.

Ratio. Quia natura ipse effectus est. Non sapiens hactenus.

X L I I.

Sed non aliud natura quam testimonium conferet, Dei Creatoris, quid ut homines faciant Ipse velit.

Sicuti enim (1.) testans *verbis* tibi, significat, se illud velle, quod ea verba dicunt, ita multo magis *facto* aliquis significabit, se tale velle, quale factum illud est. Fortius *facto* enim, quam *verbis* voluntatem significamus. Consentit (2.) Imperator in *pr. Inst. d. Jur. Nat.* ibi *docet*. Ut testis scilicet. vid. *supr. Can. 27.* Ita (3.) jubet sacer textus 2. *Cor. II. v. 14.* ibi *an non natura docet &c.* Quemadmodum etiam mores civium inducere dicuntur, jus non scriptum, ad quod tamen actus illi moresque nihil aliud conferunt, quam quod sint argumentum & testimonium voluntatis populi; sic & natura, id est naturalis hominum qualitas, effectus, vis, ad jus naturæ nihil aliud conferet, quam documentum & testimonium voluntatis Dei, creatoris, qui tales nos creavit & nasci voluit, ut nihil magis appetamus, velimus, quæramus, quam conservationem & propagationem nostri, sive, Divini illius operis, quod ad similitudinem & gloriam sui nominis, æternus ille opifex creavit.

X L I I I.

Debet sequi, jus Natura non recte definiri illud esse: quod natura jubet sive constituit.

Natura enim ipse effectus, jubere nihil potest. Carens auctoritate & intellectu.

X L I V.

Neque etiam, quod dictamen sit rationis rectæ.

UT de *recta* enim ratione non verbum dicam, dic obsecro ex animi sententia, unam cum disciplinam mihi, ita non quæ definiti posset? Vel unam artem, quæ ab eo naturalis juris studio differat?

X L V.

Absit definiri possit, illud esse, quod inter moratiores gentes obtinet.

DE cæteris mox vidimus. Quis autem determinaverit etiam, gens una,

an. morata magis sit præ cæteris? Sinenses, *Se duobus oculis; Europeos uno* videre, *cæteros utroque lumine captos*, affirmant. Quilibet nempe, cupit abundare ingenio suo. Jus Naturæ, non ab eo defumendum esse, quod inter gentes obtinet, ex eo constat, quod justissimus cadat de die septies. Sed & gentes repertæ sunt, apud quas, de jure (quod putant) incestus, adulteria permessa fuerunt. *Lycærgus*, furta nec manifesta, extra legis pœnam esse voluit, ex NB. ratione, ut acueretur ingenium. Ut subtiliter scilicet, quis ita furari disceret, ne in furto deprehenderetur. *Suavis ratio! amana lex!* Germani, extra civitatem publice toleraverunt lupanaria, ex ratione, ne juvenus alias se defidæ dederet. *Cæsar. Lib. 6.* Apud Arabes, consuetudo fuit, ut una omnibus consanguineis uxor esset. Quod exemplo eleganti habet *Verg. inv. rer.* alibi. Apud Nazamones, idem habet, ni fallor, sponsa, prima nocte cum convivis singulis ex more coibat; Sed & in propatulo pecudum modo concubuisse Massagetas. Et qui omnia recenserem, Gentium quarundam absurda jura?

X L V I.

Sed non aliud erit Jus Natura, quam lex a Deo lata: Natura constans. Sive, lex Dei per naturam patefacta nobis.

Sicuti Jus divinum, lex est, à Deo lata, Scriptura constans.

X L V I I.

Itaque, a Philosophia morali, Theologia, sed & ab illo gentium jure, cæterisque differt.

X L V I I I.

Talis autem innata est creatura omni, natura: prona, ad ordinem, ad societatem, ad bibendum, ad edendum, ad venerem, idque alia genus, qua (1.) ad conservationem (2.) incrementumve sui, sed & (3.) ad multiplicationem propagationemve sui generis faciunt.

Probari Canon non debet. Quia, probari nequit. Quia suapte verus est. Enimvero: si cuncta ea ita faciat homo v.g. *edat, bibisque*, ergo, ea fieri, quo-

quomodo alias probare possim, ea ita fieri, quam, quia ita fiunt, si quis alius, ego sane nescio. Sed ordine & decenter videamus cuncta.

I. *Ordine*, cuncta, natura fieri; probo, quia fiunt. Antestare, homo (a) Te ipsum. (b) Animalia. (c) Inanimatas res. Homo, attende Tibi, si quis ordinem a te ordinatum semel, in œconomia privata tua turbet, an non id tibi displicebit? Quid significas? Naturam tuam, ordinem appetere. Aut si pertinaciter contenderis, negando hanc tuam naturam esse, antestabor contra te tum naturam brutorum, inanimatarum etiam creaturarum rerum. Quoad illa enim, confabulare quæso cum omnibus, quemadmodum ordinem servent, atque genus quodlibet, suum genus appetat. Certat v.g. pro æternitate generis sui caballus cum equa, non cum vacca, aut ove. Colloquere, cum avibus; quemadmodum earum quælibet, suos nidos ordine faciant? Quid significant? Naturam ad ordinem ducere. Reddit suo tempore, dulces philomela querelas. Gloriat in tempore, de turri ciconia rostro. &c. Probant naturalem ordinem, ipsæ non animatæ res:

Nam cum dispositi fuisset fœdera mundi.

Et lucis noctisque vices, cuncta ordine rebar.

Terram convenies? Reddit suo tempore fructus. Jam læta arbor. nunc tristis iterum.

Jam ver' egelidos, refert tepores,

Jam Cali furor æquinoctialis

Jucundis Zephyri filescit curis

Jam,

nox humida celo

Præcipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

Vaga celo sidera fulgens

Aurora fugat, surgit Titan.

Radiante coma mundoque diem.

Reddit clarum.

Sed quid hoc? medium diem

Cinxere tenebra. Phœbus obscuro meat.

Sine nube vultu. Quis diem retro fugat,

Agitque in ortus? Unde nox atrum caput,

Ignota profert? Unde tot stella polum?

Implent diurna?

Apud Senec. in Trag. & alibi, de quasi inverso naturali ordine, est mirabilis quæstio. Ira autem natura PRIMO ordinem vult.

II. Appetit societatem. Id quod iterum esse faciam, teste natura tua propria, homo; Teste omni animali; Atque ipsa ratione naturali. Quid enim? Societatem summo opere, desideras. Idque NB, non opera data, sed

ultro, non ante deliberans cogitansque quidem, sed ignorans. Debes homo, quasi societatem velle. Quæ est ergo causa efficiens, te ducens, ad id ut societatem appetas? Nil nisi natura tua, innata Tibi tua indoles. Quæro, si per diem integrum itinerans, vel alias in loco solitarius fuisti, an non lataris statim, ubi obviam è longinquo venientem hominem videas? Aliquid indicas? Non aliud, quam, te gaudere, gavisurum homine socio; Naturam tuam socium appetere. Propone Tibi, Te solum in hoc vasto universo, debere vitam transigere, præter te videre neminem. Quid, an non doleres natura. Intuere nove natas pupas, quemadmodum ex animi sententia, se matri præbenti mammam, totas sponte & libenter associant. Quid probant? se sociam matrem appetere. In idem consentiunt, dum beneficia a nutrice accipiunt. Quippe quæ societatis sunt. Idem, ni fallor, & eo ipso facto probant; dum NB. quasi vi facta, ex utero matris, in diaphanis auras erumpunt, societatem scilicet NB. plurimum hominum desiderantes. Sed &, per lachrymas, fortean, non oculos terendo misere, sed expressas animi sententia, eo tempore, & quasi in illo transitu, ubi *matris societatem relinquunt*, mundum intrant, NB. extinctas statim iterum, quam primum ab *absterge socia* receptæ sunt. Natura natos ad societatem esse, & eo indicant, dum loqui conantur, maxima adhibita sollicitudine. Quippe peculiare inter animantes socios, solet instrumentum esse, sermo. Quis enim usus sermonis tibi extra societatem? Non idem, non tantus certe, quantus in societate. Nullum esse usum sermonis extra societatem, libenter non dixerim. Quid enim negaverim, Deo gratum esse, si voce tua solus psallas Ipsi. Aut quare animalibus sui generis vocem extra societatem dederit? Pittacus suum *χαιρα* didicit. Est usus humanæ vocis extra societatem, verum est, sed non tantus. Aut ergo, fatendum erit, hunc sermonem frustra tibi datum, hætenus, quatenus in societate major alias ejus usus esset. Aut datum tibi ideo esse, quia societatem appetis. Et quale quidem animal homo, qui extra societatem hominum semper esset? Nihil aliud valens, quam sponte natos fructus legere, in deserto edere locustas & mel agreste, in lacuna obvia levare sitim. interpretis juris, ad Pandectarum titulos, de *legenda glande*, & de *riveris*. Societatem naturalem, adhuc hoc fundamento probabo, quo Physici dicunt: *Corpus corpus trahere*. Quidni enim, ergo & spiritus spiritum, homo hominem trahat? Puer cogitavi, quo id quidem modo fieret, & quam ob rem; res quam manu tenui, dimissa manu, in terram cadat? Ratio est, quod trahatur, a corpore, terra. Sed, quare non ergo, & homo trahatur ab homine socio? Rationem enim naturalem, cuncta illa habere & hanc puto, quod creata omnia ab NB. uno eodemque Deo sunt; & sic per naturalem conjunctionem unius ejusdemque creatoris, unum trahatur ab altero. Adde, quod hoc sensu, quantum ego arbi-

arbitror, Jctus dicit : *Naturalem NB. cognationem inter homines omnes naturam NB. conglutinasse.* Naturam, societatem velle, hæc RATIO postulat, quia facultatem homo habet sciendi & agendi secundum præcepta : *Honeste vivere, neminem ledere, tribuero suum cuique.* Ast extra societatem, quorum est nullus usus. Ita, *ὁ μύθος Grotius.* Adde, rationis, RATIONEM : quia hanc facultatem habet a DEO. Ergo a sapientissimo. Ergo, qui id frustra non fecit. Illud enim supra jam, pro fundamento juris Naturæ repetendo ad omnia, monere anteverti. Atque idem visum veteribus, nunc est lego. Ita illi græce : *ὁ φύσις ὕδεν ματην ποιῶν.* h. e. Natura nihil perperam facit. Tu ita de Deo sapiente dicas, & pro fundamento indubitato ; teneas, in investigando Naturæ jure. Conf. supra Can. 10. Societatem, naturam velle, ipsa illa facta naturalia probant, dum in societate, homo *concipitur, creatur, nascitur, servatur.* Aut putas, Deum in societate hæc velle fieri, si natura hominum a societate abhorreret ? Si quis autem negaverit, cuncta illa, homini in societate accidere, oportet pari felicitate contenderit, ac ille quidem qui non sapiens est. *Conceptum* enim hominem, in societate, ipso argumento rei constat, dum non tantum (1.) socio utroque parente, concipitur, sed & (2.) apud matrem sociam socius ipse conservatur. Nasci in societatem hominem, & ita intrare in terrarum orbem, ipso facto denuo constat, dum ab obstetrice *socia*, matre præsentem *socia*, recipitur. Sed & ita in societate hominum servari quis negaverit ; Oportet, cæcutiens & non intelligens socius sit. *Concipi, creari, nasci, servari*, in societate, hominem, illi quatuor effectus, sicuti veri sunt ; ita ergo mirandum erit, a tot tantisque Nat. juris indagatoribus, non omnes eos observatos fuisse. Memorare cuncta, operæ pretium ideo erit, dum inde constat, naturam hominum societate velle, non tantum, sed & societati studere debere hominem. Posterius infra ; Prius, hoc modo jam probavi, quoniam, si non natura hominum societatem veller, ita eum *concipi, nasci &c.* Deus non fecisset. Dicitis, illud inde non concludi posse ; quoniam sine hisce mediis, generare homo non posset. & concedendo, jam non, ubi semel hunc modum generandi, Deus elegit. Sed quæro, an non Deus ab initio absque tali societatis modo, medium, vel, si mavis, subsidium, præcreandi homines, statuere potuisset ?

Vidimus, naturam, ordinem societatemve velle, sequitur suo ordine videamus, & conservationem ; atque multiplicationem, naturam velle, non tantum præsentium, sed & futurorum. Ita velle, probò, quia cui alias fini creatus sis homo, invenire non potes. Sed antestare Te ipsum. Attende tibi. Quæro, annon quid innatum tibi, statim videas, quod vult, ut conservationem tui & incrementum habeas. Attende tibi. Annon omnium Tuorum actuum primum aliquod tibi innatum fundamentum tale sit : *Tui causa?*

Sed clarius. Ita naturam velle probo, quia ita natura vult. Probo, quia homo edit bibitque, aliaque appetit, quæ ad conservationem sui tendunt, ea vero natura omittit, quæ hisce obicem ponunt. Ad hæc, naturam ducere, natura docet, quia ea facit homo inconsulto sapere & non considerans. Conf. supra Can. 9. p. 24. Sed & natura duce, ad augmentum sui quin & futuri generis, duci animal, & id ipsa argumenta rerum probant, dum homo, natura, semper ulteriora speras, appetisque. Consentit illorum doctrina, & quæ hac ratione vera erit, qui dicunt, quod magis superbiant illi homines, qui vel elegantia corporis, vel ingenii virtutumve defectu, aliove modo, præ aliis hominibus perfecti minus. Scilicet, ratio naturalis hæc est; quod dum deest aliquid, sic ergo quovis modo, defectum supplere, sed absurdo impetus intellectu, cupiant. Ut sc. primogenia indoles semper hæc sit: *sui incrementum*; Desiderium sui perficiendi. Et qua ratione, verum esse, etiam poterit (si verum) quod Pater Abraham à S. Clara philosophatur alibi, feminis sapere præ cæteris, potum illum quem vocant, *Ehrenpreiß*. Quasi quæ *honorari & laudari* cupiant. Si verum, dixi, ex ratione tum est, suspicor, quod sexus inferior sit, & sic, quod desit perversa superbia in altum tollere cupiunt. Naturam, augmentum incrementumve rei, quæ est, velle, inde constat, quia si res, v.g. homo, maneret eadem, jam quæ enus eadem maneret, sine ratione talis esset. Id quod de creatore sapientissimo; dici nequit. Ita ratione sui, hominem desiderare natura, augmentum atque multiplicationem. Sed & ratione futuri, sive cujuscunque animalis generis, naturam multiplicationem velle, sic est probo; quia ad venerem prona natura est. Quippe id, quod non esset, si non desiderare alios. Cui si objicias, venerem velle natura animal, non tam ratione multiplicandi generis causa, ac sui quidem ipsius causa, ut ita se oblectetur, scilicet; exaveris. Non tam enim ratione sui, quam quidem ratione futuri humani generis, ita naturam velle, vel velle debere ex Dei consilio, ipsis iterum argumentis rerum probo: quia alias deberet subsequi oblectatio sola, non proles etiam. Dum causa illa veneris, natura aliud sui generis animal prodit, quid significare potest aliud; ac id, ideo ad venerem ducere, ut multiplicetur animalium genus. Animadvertas quæso naturalem illam propagandi industriam, & tramites quasi propagandi naturales illos. In ipsis etiam animalibus brutis, quæ non sapiunt. In certamen venereum v.g. Gallina descendit cum gallo mare, ut ovium modo semen detur. Sed non id unice. Et ad id natura ducit, ut, ubi peperit ova, incubet iis, pullos usque tum inde produxerit; prognatos, ut alis tegat, foveat, conservet, defendat adversus omne, quod nondum se defendere valentibus pullis insidiari putat. Ad pabulum, blande invitat, voce composita, non alias ac si mater saperet. Ad quæ sane non inclinaret natura duce, sed soli actu venereo acquiesceret gallina animal, si ad

venerem natura duxisset, solius ejus oblectamenti causa. Idem in homine: cernis, dum v.g. Pater non coactus sed ultro, libentissime, duce sola natura: liberos alit; educat, eosve NB. præ cæteris omnibus hominibus amat. Omnia- que eis ex voto paramus. Ut Jctus ait in L. 50. d. Bon. Libert. Sapientissimi- mus Schelomoh Rex sciebat, naturam non indulgere, ut mater pati posset, in partes secari prolem. Conf. 1. Reg. II. v. 16. & seq. Futuri-procreandi hu- mani generis causa, ad venerem naturam ducere, vel maxime & inde con- stat; Dum venerem omne animal vult, maxima licet inde Incommoda sen- tiat. Dum in actum descendit, nullum recusans natura, pro æternitate sui- generis, periculum. Dum cuncta ea quæ vidimus, non tantum (quod alias suffecerit) facere videas, sed quod considerandum magis, maximis: cum incommodis etiam, & quæ aliquando pro oblectamenti habent, ea fa- ciant. Ad venerem, vidimus, prona est gallina. Ambit gallum, gratuito: mercem localem (vel, dans ut derur): extrudens. Hic pugnat, exhibitio- filo, tanquam de victoria. Omnia natura duce, sine dubio, ut ovum: modo ira semen habeat; ut genus inde propagari possit. Sed nondum: natura gallinam dimittit. Vult ut ovis quæ peperit, incubet; per justum: aliquod naturæ pacto conventum tempus, non modicum. Maximo cum onere, ac servitutis quasi lege, ipsamet privans se interim spatiandi jure: ubi velit; atque in aliis, libertatis commodo maximo. Id, quod non pro- fecto faceret, sed solo illo actu venereo contenta esset gallina, si ad eum: duxisset natura, solius sui oblectamenti causa. Idem in omni animali. Idem: in homine cernis. In partu enim, non quantus matris dolor? Quis (Paul- lus fortean in L. 10. d. Reg. jur.) non misereatur earum, propter pericula qua: in: partu sentiunt? Cæsareum est, in L. ult. C. qui pot. in pign. Partus matri, ante- quam parit, onerosus est, in partu dolerosus, post eum laboriosus, & tamen: Venerem mater appetit. Educationem prolis, si concernas, quanta ibi solli- citudo patris, quanta non anxietas animi? Et non tamen nudepedalia illa: sacra recusat homo. Quid indicat? Naturam velle, ut propagetur huma- num genus. Consentit, si recte interpretor, A. Gell. 1. 6. Verba describi non: gravabor, quod videntur in hanc rem notabilia. Sunt hæc: *Si sine uxore, quærites possimus esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tra- didit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis nullo modo vivi possit, salutis: perpetua posimus, quam brevi voluptati consulendum.* Sed & idem forte Lutherus: sensit, ubi dixit: *Non duxi uxorem, ut diu viverem, sed ut doctrinam meam: proprio exemplo firmarem.* Doctrinam, dicta naturali ratione fundatam, atque: nullo suo merito, dignam, quisquilius, apud Hunt. Epist. Misc. p. 127:

Quam Luther. est similis Davidis! hic carmina lusit:

In cythera. in nanna. at lusit ille sua.

Expellas Monache, tuam fuisse naturam, tamen usque recurret. Néc in cythera.

cythera semper luisse Adamum, ipsa exempla rerum dicunt. Consentio haecenus hominibus, dum, propter regnum caeleste, si possint, & ita putant, caetibus manent. Sed quod naturam expellere fuste possent, non furca quidem, credo, poterunt. Venerem velle hominem propagandi sui generis causa, non ut ea se oblectetur, inde patet: Quod quibusdam (turpe dictu!) invitis, patris nomen naturale veniat. Naturam, venerem velle, propagandi causa, non tantum ipso rei argumento, ex nata illa prole; sed nec ex nata cum tanto incommodo prole; sed ulterius, ex modis mediisque procreandi, sine dubio dixerim: dum quodlibet animal, non nisi cum suo genere; quodlibet, suo peculiari modo & medio, venerem agit, ut prolem inde producat. Id autem quod non iterum esset, si ratione solius oblectamenti, non causa procreandi generis, ad venerem natura duceret. Quidni enim (absurdus erit, qui sermonem incautum accusaverit, quod non alio possumus), quidni enim alias, modeste interrogo, tum ae aequae libenter, v. g. taurus cum mula, ac quidem cum conjugae sui generis vacca consuescat, si non propagandi generis causa venerem natura velit? Columba (caste exequor cuncta) suae conditionis columbum marem, invitat osculo ad actum. Certat lusorius, ut modo ille acuto pugnet. Hirsutum supercilium, barbamque prolixam fugat ovis. Nam odio est ejus fistula, sui generis femellae. Ut ad venerem invitet, gallus generis sui gallinam, exhibet argumenta honorum ipsi, reverentiam luctante pede probat. Si non comparet e vestigio se subjiciens gallina, compellit illam. jure Naturae. Reliqua animalia, selem v. g. vel anserem &c. non ambit quidem. Equam ubi viderit, in jus vocat caballus, porrecto statim profectio peculio; Vaccam praeterit, quasi non noverit eam. Gaudet mula, sui generis simili: ad olfacientem equum, calcem rejicit. Vid. *L. f. si quadr. paup.* Ita vero genus, suum genus ambit. Ut videas, non solius oblectamenti sed propagandi sui cujuscunque generis causa, velle naturam, venerem. Aut quidni etiam alias tum v. g. taurus ad solvendam Venerem, Priapum inferat, in aliquem alium locum & fortean ad hanc rem ipsi delectabilem magis, ac in suae femellae S.V. genitale foramen quidem? Reliqua loca, non quaerit. *Ex παρρηδεοσι*, praeriat ferris, spe tanquam futurus triumphans. Ratio haec est: quod non solius oblectamenti veneris causa, sed ut propaget genus suum, ad venerem natura ducit animal. Ast quod non alibi quam in solo illo loco, effici potest. Propagandi generis causa, ad venerem, naturam ducere animal, inde adhuc liquet, dum eam respuat statim, ubi foetum concepit. Aut quare alias, statutis illis temporibus (pudet ferme naturali sua voce, quod natura celavit, foramen significare, dicamus). Parenthesin, quare alias statutis temporibus aperiat v. g. canis femella, postea eam claudat iterum; Ubi pullos ferme eductos columba habet, dic, quare tunc iterum, stilo columbi, & non antea, porta patens esto? Dic

natu-

naturalium rerum indagator, caste interrogo? Sed vercundia prohibet, hæc exponere latius. Dicto naturali factò divino illi, consentire opinor, verba a Deo dicta initio, & toties repèta postea: *Crescite & multiplicamini.* Non tantum quoad eo tempore præsentès hominès; sed & ratione humani futurì generis. Ut ipsis argumentis rerum, hominès inde nati probant. Omnia denique in hoc universo consideres, unum quodque quomodo, perficiendi sui teneatur desiderio. Consentit, *apud Agell. Noct. Att. 12. 5.* Taurus Philosophus, qui de dolore atque gemitu ægrotantis ita disseruit: *Natura, inquit, omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri & caritatem: ita prorsus ut nihil quicquam esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi. atque hoc fundamentum rata est conservanda hominum perpetuatis, si unusquisque Nostrum simulatque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum affectionemque cuperet, quæ à veteribus Philosophis, prima secundum naturam appellata sunt.* Adstipulatur Chrysippus apud *Eundem. 6. 1.* qui dignum esse, id quæsi putavit: *Εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νοσοῦντα φύσιν γίνονται?* H. e. an hominum morbi secundum naturam proveniant. Existimavit autem, non fuisse hoc principale naturæ consilium, ut faceret hominès morbis obnoxios. Nunquam enim ait, hoc convenisse Naturæ auctori parentique rerum omnium bonarum. Sed quum multa, inquit, atque magna gigneret pareretque, aprissima & utilissima: alia quoque simul agnata sunt incommoda iis ipsis, quæ faciebat cohærentia: eaque non per naturam, sed per sequelas quasdam necessariis facta, dicit. Verba, quæ Marcus Cicero in *off.* in eandem scripsit sententiam, hæc sunt: *Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, omniaque quæ sunt ad vitam necessaria inquirat & parat: ut pastum, ut laticula, ut alia ejusdem generis. Commune autem omnium animantium est, conjunctionis appetitus, procreandi causa & cura quadam eorum, quæ procreata sunt.* Consentunt & reliqui, hæcenus re ipsa, quod putaverunt primum innatum aliquod esse, quod conservationem velit & incrementum. Quamobrem autem, & ei magis ego nunc acquiescam, quod in investigandis. juribus Naturalibus, & ita semper mecum consideravi. Non memor illorum sententiæ. Sic autem satis probato, ut opinor, *Naturam, societatem, ordinem sui conservationem velle;* sequitur videamus; num argumenta obstem? Videamus ordine.

PRIMO itaque, ei quod de societate vidimus, hanc naturam velle, ei opponunt argumentum vulgo ab infantibus hominibusve in silva educatis desumptum. Nil mutat. Hæc vis argumenti erit: *Homines illos educatos in silva, atque infantes, usque adeo societatem fugere, ut ne hominem intueri velint quidem.* Turbavit, si recte perceperim, in tantum. Juris Naturæ nostrorum Interpretum animos, ut quidam in sententiam contrariam transire maverint,

H

idque

idque societatis principium gratis damnaverint ; Non unus vero omnium , quos vidi , sic solide satis quidem dubium illud sustulit e medio. Quare , rem fecisse existimo , si enervaverim omni tua vi praesidium illud. Quid ergo ? (1.) Non ab infantibus &c. sed ab hominibus etatis matura , jus Naturae sumendum esse , Grotius dixit. Parva , Magni Viri responsio ! In infantibus enim &c. Jam adest natura imo recens talis , qualis nata est. Malim itaque (1.) dicere , argumentum illud , ad societatem naturam esse , probare pulchre tantum absit , ut recte hac in parte opponi possit : Enimvero : eo ipso , dum socium hominem ita evitant , ad societatem se natos , significare , puto. Dum non hominem enim intuentur , id ex metu faciunt ; damni causa ab eo homine inferendi. Eo ipso insimul ergo , sese conservare (ad societatem) velle , indicant. Vel , falsum est , quod hominem intueri nolint ; Sed , eum intueri metunt. Non est verum , quod societatem fastidiant , contra metunt , non audent societati hujus hominis se immiscere. Id sequitur significant , non se societatem effugere velle , si intelligerent , opem se ab homine socio habituros. Pari modo , quo quis ex. gr. itet per mare (propter amantitatem , negotia lucrumve) toto animo appetens , per illud non navigat tamen , quia pericula maris metuit. Simul namque , sibi placere (ob lucrum &c.) navigationem maritimum , indicat. Minuamus controversiam : Non fugiunt mare , sed maris periculum. Ita & recens nati homines illique educari in silva , non fugiunt socium hominem , sed malum periculumque inferendum ab illo quod metunt. Id probant : primogenium indolem esse : sui conservationem.

Non obstat SECUNDO ei , quod de venere dixi , hanc Naturam velle , Paulus 1. ad Cor. VII. quosdam scilicet donum abstinentiae habere. Et enim (1.) quosdam recte , sed a potiori debere denominationem fieri. Neque enim una hirundo , *οὐκ ἓν πτερόν* , ver facit. Sed malim (2.) ad praefata verba , argumentari ita : quoniam quidam donum abstinentiae habent , sic ergo natura legem veneris aliam esse. Abstinentus enim ab aliquo. Venerem alias & in Paulo suas egisse partes , nullus ego dubito. Dicis , atqui tamen sint Eunuchi natura , Et 1. Licet Eunuchi sint , attamen veneris imaginem in illis ludere posse , saltem aliquo modo. Vel , si nullo modo , attamen 2. illis innata esse potest (innata esse potest profecto !) illa indoles : Propagatio humani generis. NB. Differunt enim venus & natura ipsa. Venus , est insidium , quo Te natura ducit , ut propagetur genus. Per eunuchum talem , ulterius propagari genus , Deo non placuit. Ut sic non sequatur : est eunuchus , ergo non habet innatam indolem propagandi genus. Nullo modo ita sequitur. Et quo esse contentus possis. Sed probabo contrarium , & quoad eunuchum eandem naturam esse. Demus , eunuchum videre , hominem unum post alium migrare ad superiores , atque nullum ad hanc lucem redire. Quid videtur , iudica , an non talis contristaretur natura ? Interroga , quod aliquando ego feci ,
cunu-

eunuchum, & respondebit Tibi serio, talem futurum casum sibi tristem fore. Pergis, atqui ipse Paulus matrimonio abstinuit, licet non Eunuchus fuerit. Recte, quia Apostolus Christi erat, ut sic Huic inservire liberius potuerit, absque prole & conjugis molestia. Moves dubium: Apostolum scripsisse tamen, velle se ut omnes donum abstinentiæ haberent, sicut ipse. Morabatur prima fronte Apostolus Paulus paulisper. Loquitur de non contrahendo matrimonio. Ait, se velle, ut omnes essent sicut ipse. H. e. abstinerent a mulieribus. Ast quo pacto propagari humanum genus non posset. Quid dicemus autem Apostolo? *Id enim voluisse, ex primo inquam tantoque desiderio & amore erga Deum, ut omnibus hominibus, idem quidem voveret velle, sed ita jam natura comparatum non esse.* Ita vero putasse Paulum, proba, ex seq. v. *sed unusquisque à Deo. & quæ sequuntur.* Ita Eum existimasse, proba, quia Jus Naturæ ita vult. Ita Eum debere scivisse, proba, quia alias privaretur Deus homine objecto amoris, quo ægravavit fœtme. Conf. *Caus. Cant II.* Vel si dubitare nullo modo in omnibus hisce velis, dic unicam Naturæ legem in unico verbo consistere: *Conserva.* Hoc enim omni homini innatum statim vides, vidimus. HINC, statim habes; omnium hominum unam eandemque primogeniam indolem esse: *conservandi.* HINC erit, ut si possis procreationi studeas. Quia enim lex naturæ est, *conserva*; ideo *Tuum* genus quoque conservare debebis, id autem quod sine procreatione fieri non potest. HINC erit porro, ut contra, a procreationis modis abstineas, si vel eunuchus sis natura, vel propter regnum cœlesti, si possis, præstare talem malueris. Dicis, atqui id fiet tamen *contra naturam*, appetentem propagationem generis. Sic est, quoad hanc Naturæ partem; Non quoad primum illud edictum Naturæ: *sui amoris & conservationis.* Contra, juxta hanc facere ita licebit. Quoniam enim *conservatio & amor sui* prima indoles est, sic ergo licitum erit illi, qui donum abstinentiæ habet præ aliis, matrimonio abstinere, si putet melius se & temporariam & immortalis animæ salutem ita acquirere posse, citra uxoris molestiam & prolis strepitum. Sed de hisce omnibus in tractatu speciali latius.

Non obstat TERTIO etiam ei quod de venere dixi, ac si ergo adulteria aliive vulgivagi complexus venerei liciti essent; quasi vero, ac si ergo illi actus natura ad Venerem duce ita fierent. Nihil dicere melius est, quam ita dicere. Quippe est una quæstio, an ad Venerem ducat natura? Urique! Alia autem est & ab hac dignoscenda bene quæstio, an hoc natura velit ut venere abutatur? Hoc faciet contra Naturam. Sive, quod uteris venere, est secundum Naturam, quod abuteris, est ex sequelis aliis. Quis nescit ita, qui fatigari quidem sed non satiati recesserunt? de Horatio legimus, speculato cubiculo, scortâ habuisse disposita: ut ubique respexisset, ibi imago coitus referretur. Ad res venereas intemperantior erat. Vid. *Suet. in ejus vita.*

Sed, an ita ex primogenia *Horatii* indole? Ex sequelis aliis. *Hor-*
tean quid & obesus venter erat. Qualis in epistola describitur ab Augusto:
Itaque licebit in sextario scribas: quum circumus voluminis Tui sit. ΑΤΗΚΑΥΤΑΤΑΣ.
Sicut est ventriculi Tui. Ut venere utaris naturæ est conveniens, non ut ab-
 utaris. Probo, quia paucis natura contenta est. Usum veneris vult natura,
 non abusum. Probo, quia ut propagationem, ita infimul tamen & **PRIMO**
Tui conservationem natura quærit, *ordinem* &c. Abutendo autem venere, te
 perdis. ordinem turbas. & Amissione seminis, vires corporis enervari, quis
 negaverit? Is, qui tria verba nescit: *Corpora debilitant*, balnea bachus amor.
 Et quo fundamento, ni fallat, Philosophorum doctrina vera erit: *omne ani-*
mal esse post coitum triste. Quod & bruta probant, actis rebus. non quasi ste-
 tisset per illa, abeunt, plane majorum mori, non salute quidem aut vale-
 tudine, femellæ conjugii dicta. Scilicet: suas vires mas animal perdidit.
 Hic jacet virtus funerata pars, qua modo achilles erat. Lugeat, Naturali
 lege, Tantum ergo ablit, immensa consuetudine venerea, hominem incre-
 mento studere, & multiplicationi humani generis, ut non conservet (ipsum
 se) quidem. Id autem quod debet: Lex (nim illa: *Crescite & multiplicar-*
mini: cuiuslibet primo sibi lata est. Si homo *Tibi* injuncta propagatio, ergo
Te conservabis. NB. *Tu* propagabis. Ergo *Te* conserves **PRIMO**. ponit.
 Ut ad prædictum argumentum, ab immodica venere petitum, similiaque,
 illud notari debeat: *Minus officium majori cedere debet: Major lex, minorem*
vincet. Habe ad omnia: *non debet voluntas intellectum præcurrere.* Dicis, to-
 dem argumen o vaque, nec venere modica uti licebit, quoniam, licet mo-
 dice, attamen corpus debilito. 2. Sic satis *Te* *Tui* conservationi studere, &
 non perdere, si semen quod *ad propagationem* habes naturali facto, in eam
 impendas. Hoc scilicet est naturale pactum: conservando *Te* & propagan-
 do, legem habes: *conservationis & incrementi.* Pergis: meretricia con-
 junctiones ergo non tamen vetitæ erunt, si faciam modice. Quinimo contra:
 Melius est, ut quilibet suam propriam conjugem habeat, ait Apostolus
 d. loco. Ratio: quia confusiones natura non vult, sed ordinem. Sed &
 si patres ita in incerto essent, educatio proles cessaret, sic & conservatio.
 Et quæ alia sunt, quæ hac in parte dicimus, ubi de illis, juris naturæ quæ-
 sitionibus, ex professo tractabimus.

Non obstat **QUARTO** omnibus, quod animalia; quæ ratione carent
 (& sic sola pura putaque Natura duce), prona sint, ad turbationem societa-
 tum, conservationumque, bella sibi moventia invicem. Respondebunt 1.
 credo alii, a brutorum natura argumentandum non esse. 2. per bella
 illa, id significare animalia illa, primogeniam eorum indolem esse: *sui con-*
servationis. Qui v. g. enim se defendit Gallus, id natura facit, quærente de-
 fensionem. Qui aggressor primus est, id facit, juris alicujus quærendi causa.

POSTE-

POSTERIUS: ergo, causa inquam querendi jus, ex primogenia indole erit, volente conseruationem & incrementum. PRIUS, quatenus scilicet aggressor est sine causa, bruto impetu, est per sequelas alias. Quodammodo hominum instar delinquentium ita. Sed quibus de nunc latius, movendo dubium, ut veritas pateat.

Non obstat ergo QUINTO: omnibus. Homines quosdam sibi tamen aliisque manus inferre improbas. 1. hanc non esse naturam illorum humanum. Sive id eos non juxta sed contra naturam innatamve auctore Deo indolem, agere. Id quod iterum dixisse, satis est. 2. Ita autem esse, probabo, quia alias natura mala esset; cum contra, inventa & indita a Ter optimo maximo indoles esse bona debeat. Ita esse 3. unde constat, quoniam ita natura homo non facit. vid. sup. Can. 9. p. 24. & 25. Ita non juxta sed contra naturam homines agere, probabo 4. quoniam homines malefaciendo, id ex ratione faciunt, quod putent, eo se sibi bene prospicere. Sic autem significat, primogeniam indolem esse: amoris sui & angustia. Ita enim propitica infestis manus sibi ideo infert, cum, amore erga suum Deum & creatorem; tum, quia melancholia, correptus, tardiove hujus vitæ (ut miseros homines mille fata premunt) fatietatem hujus mundi haud difficulter ceperit, & sic NB. *maliora sperans*, ex vita hac discedere aveat, ceu conviva satur. Quis castam ita Lucretiam, moerore vi passis stupri, se jugulasse, nescit? Quis fortes hactenus ira Imperatores, apud Sueton. ignorat, gladio proprio se interemisse, quasi vero NB. *sui honoris conservandi causa*, quod occisi ab adversario dici nollent. Plinius refert, mortem sibi concivisse Romanos, ex ea ratione NB. *ut operas quas jusserrat Tarquinius Priscus, evitare possent*. Is qui modicum in terra furatus fuerat, in cælis suspensio finire vitam maluit, in L. 3. §. 3. ff. *de hon. eor. qui ante sent. &c.* Ex ratione (fundamentum est JCorum hac in parte) NB. ut actionem furti famosam declinare posset: Conf. L. 8. ff. *fam. ercisc.* Sed quam legem, licet de re modica quidem etiam non minima h. e. præter vulgatos dico) *columbis* in NB. PLURALI numero), *que emitti*: (NB. *CARIORES* scil.) *solent e. columbario*, intellexerim, ita vero etiam actionem furti famosam illam, intelligere (ibi necesse non habes. Ita verba separatim interpretor enim: FURTI (h. e. causa, vel ratione furti; de furto; ut alias, furti agimus) ACTIO (in factum, pecuniaria, non illa, que furti actio audit) COMPETET. Et hoc præter vulgatos. Sed talia sexcenta Ad evitandam actionem furti, suspensio ex diversorio hoc migrare ipse voluit, ille in d. L. 1. §. 3. Sed animus non est exempla omnia *avoxiam* adferre. Unum adhuc addamus, quia non vulgo hanc in rem me legisse allegatum memini; sed &, quod dixi probet, quare sit, manus illicitas sibi dene interdum homines. NB. *Servitutis causam pugnave evitanda cum bestia, ex Germanis unus*, apud Senecam. epist. 79. l. v. *spongia sibi in*

H. 3,

guitati

guttur faciendo mortem s. v. stercoreum eligere malunt. *Αποχρησ* pudendus ?
 Sed quoniam uti incopi exemplo fordido, perseverabo. *Nuper*, narrat Seneca,
unus ex Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus (anxietate fortean, ne alias in ipsas braccas deponeret; vel, ut
 ad dimicandum levior esset, ex prima germani intentione inquam; vel ut
 Seneca putat, quia) *nullum aliud ibi daberetur sine custode secretum. Ibi lignum id,*
quod ad emendanda obscena, adherente spongia positum, totum in guttur torfit.
Et vi praelusis faucibus spiritum elisit. Fatans Germanus! significavit propri-
 cida, se, spe melioris fortunæ, mortem sibi dare maluisse, quam dimicare
 diu ante cum bestia, & trucidari a victore bruto. Probavit, primogeniam
 indolem esse: *sui amoris.* Idem significant, qui alios trucidant. Ideo enim
 id faciunt, cum; ut inimicum tollant e medio; Tum, quod ad NB. hono-
 rem putent; aut vindictæ capite NB. obloquantur, & sic animum pascant.
 Illud ergo semper significant, primogeniam indolem esse: *Sui salutis &*
augmenti. Sed ad quam, negotia non recte trutinantes ex voluntate malefa-
 ciunt. Non debet scilicet voluntas intellectum præcurrere. Sive ut *Apostolus*
 ait, & quod sic insimul, sed obiter hic, ex Jure N. intelligis: *Non debes fa-*
cere statim quod vis. ad *Gal. V. v. 3.* Hoc est debes antea intelligere, antequam
 quid feceris. Ad Naturæ legem: *conservationis:* trutinare antea, num illi
 conveniat. Ita vult lex all. *ad Gal.* Ita vult ratio: quia alias turbares ordinem
 factum a creatore semel. Hic est ordo, ut potiores partes adscripserit intel-
 lectui. H. e. ut supra dixi, in maleficio quolibet bisque terque & amplius
 offendis Deum: Malefacis, dum factum turpe facis illud quod facis. Male-
 facis, dum ita transgredieris Dei legem. Id quod ultro peccatum est. Male-
 facis, dum ita turbas ordinem Dei. Dum voluntas Tua intellectui præcur-
 rit. Et quæ sunt alia, quæ dicimus, ubi ex professio de poenarum & maleficor-
 um gravitate dicimus. Fiunt omnia autem, non secundum, sed contra Na-
 turam. Consentiant denuo, re ipsa hætenus Philosophi Veteres: qui in
 quæstione, supra vidimus, *an hominum acervos natura velit?* Ita putant: non
 hoc esse per naturam, sed per sequelas quasdam necessarias, quod illi appella-
 verant: *κατὰ παρακολούθειν.* H. e. per sequelam. *Hercle*, adhuc Chrylippus,
 ait, *dum virtus hominibus per consilium natura gignitur, vitia ibidem per affinita-*
tem contrariam nata sunt Cicero 1. de Leg. 33. ita habet. *Sequitur igitur ad par-*
ticipandum alium alio, communicandumque inter omnes iustos natura esse factos,
atque hoc in omni disputatione sic intelligi, volo, quod dico naturam esse. Tantam
autem esse corruptelam male consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur
a natura dati exorianturque & confirmantur vitia contraria. Consentiant Phi-
 losophi veteres sententiæ nostræ hætenus, quod dicunt, sui conservationem,
 secundum naturam, per sequelas vitia esse. Sic itaque nunc ad præfatum
 (dico cum posteriori schola latinitatis) argumentum, respondeas, tantum
 abesse

abesse illud velit, Naturam, conservationem incrementumve non velle; ut contra potius strenue probet primogeniam indolem, *talem esse*. Oppugnans; si alia tantum hominum natura est, quomodo ergo contra eam agere poterunt. Est in parvulis. *ne negando consequentiam: homo malefacit, ergo alia esse non potest ejus natura.* Vel, nego, hominem contra naturam agere non posse. Negatur consecutio: *Homo parricida est, ergo ipsius natura homicidia non averfatur*; vel, *ergo natura non vult, homo non esto capital*; Consequentia falsa est. Liceat enim simul componere. Homo hominem morti ducit, Quid? Ergo Sacra scripta lex, non homicidia vetat? Si recte adhuc memini a puero; est lex scripta vetans tamen. Atqui forteam contendis ulterius, Natura est immutabilis. Quomodo ergo, posses quærere, contra Naturam agere homo potest? Morabatur initio, sed aderat in promptu Responsio. Dic: *Differre, Naturam NB. mutata & NB. contra Eam agere.* Pari modo: *Lex scripta est: Homicidium non facias.* Attamen fiunt. Quæro itaque an ergo lex scripta Deum homicidia vetans: mutata per hoc sit, dum quis homicidium facit? Nequid id homo. Sic autem nunc & malefaciendo, legem Naturæ vel naturam non mutas, id quod non potes homo, sed contra Eam facis. Vel, respondere liceat, tales homines malefacientes, Naturæ libero cursui obicem ponere. Pari modo, ut Magnetis quidem, Natura hæc est, versus orientem (vel juxta eam partem, in qua nascitur, ut res quælibet alia, uti quidem ego credo) vergere; ita vero manu ipsi endojecta a Te, ab hoc naturali suo cursu, terrahi potest. Dicis, si ita Natura homo tamen facit, quomodo ergo contra Naturam facere ita hominem, dici potest? Morabatur & hoc initio. Sed non diu etiam *ne enim concedendo totum, sed negando ita hominem natura facere.* Resolutio scilicet argumenti prima fronte difficilis alias, est in unico illo verbo: *Natura.* Dic, concedendo ita hominem facere, sed nego, pernego, Eum ita natura facere. Dic homines ita facere, ex voluntate sua, falso intellectu, vel si mavis dicere, ex mala consuetudine. Non ex Natura primogenia. Non sunt, ut a veteribus id ita dicebatur, *τα πρώτα κατά φύσιν*. h. e. primæ secundum naturam. Ex sequelis aliis, dicebant illi, vitia esse. Scilicet: Est una quæstio, an *Natura* hominis, conservationem appetat? Alia, an *homo* juxta illam Naturam sui conservationem velit? Aut si ita; Alia tum tamen iterum erit quæstio, an *intelligat* semper quæ ad sui conservationem faciant? *ne ad omnia, distinguendo.* (1.) Inter, *contra Naturam facere, & secundum Eam agere.* (2.) Inter *mutare Naturam, & agere contra eam.* 3. Inter *Naturam & voluntatem*, vel si ita putes, inter, *consuetudinem alteram Naturam, & Naturam ipsam primogeniam*, primogenitam indolem. Hæc semper conservationem & incrementum perit. Summa hæc est. Interrogo in jure Naturæ; Respondeas mihi: Annon quidquid facias vel non facias, prima semper Tua intentio vel causa movens sit; ut: *Tibi bene prospicias?*

Sed

Sed non intelligis semper, quæ huc faciunt. Et sic v. 4. ad omnia ejus generis argumenta, quæ a præpiciendis aliisve malefacientibus desumunt, tantum absit velint, naturam conservationem & incrementum non appetere, ut contra ita Naturam velle, egregie probent. Semper enim malefaciens, id facit quod putet, se sibi bene consulere. *Vidimus supra.*

Non obstat SEXTO denique omnibus, quod prima vice turbabat, ac si ergo ex ita dictis sequi deberet, hominum unam eandemque naturam esse. Morabatur initio, vulgatus sermo, quo nullus frequentior, quam ille: *Quanta diversitas inter Naturas hominum.* Re autem nunc pensiculata in melius, veritatem quo nihil potius habeo, atque unam eandemque naturam omnium hominum esse, dicere malim, quam posthac coïnstantis erroris accessorium facere. Omnes enim homines hanc primam innatam indolem, primogeniam naturam habent: *conservationis sui.* Opponis experientiam quotidianam Magistræ, docentem nihil magis quam diversas hominum indoles esse: *Adeo non de eodem singulis luto finxit præcordia Titan.* *Adeo milia hominum sunt species, nec voto vivimus uno.* Ita pugnes, licet, non repugnabo Tibi, quinimo concedam, habeas Tibi, appetitus inclinationesque, varias esse; Primogeniam autem naturam, sive insculptam primam indolem omnium hanc esse, inde dixeris: *ut nihil magis quam sui conservationem velit.* Sicuti ad societatem, ad ordinem, ita & ad conservationem augmentumve, tam præsentium quam futurorum, naturam ducere, probavi ipsis argumentis rerum, & immediate, quia ita Natura facit. Posterior, *conservationem &c. Naturam velle,* & eo ipso per priora probo; quia *societate & ordine,* conservatio adest. Ur & multiplicatio. Fluit principium sequens.

X L I X.

Primum ergo & ante omnia, Natura vult, conservationem & augmentum.

Naturam, societatem ordinem, velle, vidimus. Et DDres consentiunt. Magis autem & in primis, *conservationem & augmentum* velle; ita consequor: Quia illa propter hoc vult. Illa media sunt, quibus conservatio & propagatio esse potest.

L.

Itaque Natura homini testis est, Creatori placere, ut
socie-

societati ordini aliisque studeat, quae ad conservationem incrementumve faciunt.

Veluti enim regulae impositae aedibus, testimonium faciunt; aedificatoris hanc voluntatem esse, ne ventorum praesulis, tempestatumve aliarum injuria, violentur inhabitantes, ita & fabricata natura, tegmen illud: *conservationis & incrementi*: impositum humano generi, sive fabricae illi architecturae cujusque hominis, testimonium faciet, Creatori illius placere, ut conservationi atque incremento studeat. *Haud inquam aliter!* & quid quaevis interest, an Deus testem *dicentem* verbis; an testem, *facta* Ejus voluntatem significantem Tibi dederit? Magis hunc, quam illum testari, vidimus supra.

L I.

Deponeasque testimonium, haud proletarium; sed omni exceptione majus.

Hoc est. Sine aliquo dubio; sine aliqua diffidentia animi sui, sine fraude, in suum animum, inducet statim homo, nullus dubitans, sed ipse quasi videns certior dixerit; Deum velle, ut studeat *societati, ordini, amori, aliisque quae inserviunt conservationi atque incremento*. Qui alteri enim homini, vel duobus etiam testibus fidem facit, de eo quod ipse certior nescit, multo magis ille, ipsi sibi consentiet, sive, innatae tibi indoli. *Qui alterius oculo videt, & aure percipit, quanto non meliori jure proprio suo lumine ille contrectaverit, atque auscultaverit auribus suis?* Ex facto, quod quis tegmina imponit aedibus, colligit, rem constituens extra dubitationis omnem aleam; dominum id velle: ut habitare securus possit. Multo minus ergo, illud Creatoris factum, quo Tibi Ille illam Naturam fecit, *appetentem societatem &c.* Te dubitare sinet, quin ille velit, ut societati ordineve, aliisque studeas, quae ad conservationem & multiplicationem faciunt. *Quid multis? Vidimus enim ita facto constare. Quis dubitare ergo poterit? Quid interest enim, verbis, an factis legislator voluntatem suam significet?* Verba dixi JCTi in L. 31. ff. d. LL. Proposita (non addita responsione) per modum interrogandi. H. e. ut ego puto, quasi responsione non indigentia; quasi ipsa res dixerit, interesse nihil. Sive, ut Pomponius dicit in L. 48. §. 3. *d. ad. ed.* **AMPLIUS esse quid facere, quam pronuntiare.** Et quod iterum fundamentum habet. Quae vero omnia, vel eo magis hic sibi pedem figent, dum non uno facto, sed pluribus, idem Deus significat. *Concipitur, creatur, nascitur, servatur homo, in societate,*
Habet

Habet sermonem ; accipit beneficia ; & reliqua. Quæ omnia sunt societat-
tis. Appetit, & quasi trahitur ad societatem ; & alia, quæ ad sui conserva-
tionem faciunt, incrementumve. *Vidimus supra.* Quis ambigat amplius, eo-
rum effectuum efficientem causam, non illud velle, ut homo studeat societa-
ti aliisque, quæ ad conservationem incrementumve tendunt ? Dubitabit mi-
nus, dum & ea *ordinis societatisve* facta, ad idem illud, *ut sit conservatio*, abe-
unt. Dubitabis nullus, ita Deum velle, dum immediate & statim illud Dei
factum vides : *natura appetentis, conservationem & incrementum.* Dubitare non
poteris, qui non in homine tantum, sed & in animalibus omnibusque creatis
rebus, vides innatam naturam talem, qua ad conservationem & augmentum
feruntur. Quod magis est, cuilibet rei, singularem innatum modum, *se-*
conservandi & propagandi, & ad ea duce Natura duci, vides. Ita v. g. bos,
non, qua minus valet, caudâ, sed, quo potens est, cornu se defendit.
Quis, contra, mulam docuit, ut pede, quo defensionis illa emolumentum
habet, se tueatur. Gallus, rostro, &, quibus pro sicis uritur, calcaribus ni-
dum defendit. Corpus s. v. stercoraceum. h. e. territorium suum. Ad *societa-*
tem, ordinem, conservationem, propagationemve, naturam ducere, ut sine dubio
credas, & id observare liceat : Quodlibet avium genus, proprios suos fabri-
care nidos, pacto veluti inter eas convento animalium jure. Quis Philome-
lam v. g. ; Quis hirundinem docuit ; Quis Pſittacum ; quod ex herbis ille,
alter ex stramine, hic ex terræ gleba, componat ædificia ? Non id unica
attendas. Sed & ; quod diverso modo quælibet, domum suam ædificet.
Pueri, si ad nidum veniunt, ex forma ædificii concludunt, hic philomelam
capiam ; ibi alauda nidificat. Quid probat ? Societatem animalia illa, *ordi-*
nem, conservationem tam sui, quam *propagationem* generis sui, velle. Si quis
de voluntate seria Creatoris præscriptentis homini, *ut conservationi sed & incre-*
mento studeat, adhuc dubitaverit amplius, tantum : id erit quidem, ac si non-
dum observasse dixerit, quomodo ad id omnia animalia prona sint, & quasi
ad id ducantur, debeant ita, cum magnis etiam eorum incommoditatibus.
Urmihî videtur, & quæso attendas, quasi NB. *trahuntur* ad ea. *Vidimus su-*
pra. Non tantum ita propagationem in genere, animalium volunt ; sed &
quodlibet, id cum *suo* genere, in specie, præceptrice Natura, agit. Dic, quis
taurum docuit ; an Tu caballum ; quis asinum ; quod ille vaccam, alter
equam, hic sui generis mulam conscendat ? Intuere ita naturæ jure certantem
pro æternitate sui generis gallinam, gallo suo mari præside. Natura docet,
animal quodlibet, propagare suum genus debere : Similis simili gaudet : Sed
& id attendas, illo modo *ea* id agere, quo agunt, magistra Natura iterum.
Quare non enim v. g. taurus, tam in vaccæ aures, quam in s. v. cunnum,
actum suum venereum proferat alias, si non natura vellet, ut propagaretur
genus. Quod non, in auribus, semen, efficere potest. Columba femina si
colum-

columbo parenthesis aperit, statim ille comma cum puncto addit. Secus si oēs dilater. Utitur ita dulci præsidio maris caballi, equa. Ad omnia ita quasi NB. *trahuntur*. Sed ne relata referamus alias, vide sup. Can. 48. debere hominem studere conservationi & incremento, inde sine dubio constat; quia actum alias esset cito cum humano genere. Res esset, unius ætatis. Quid pluribus? Quid opus est verbis, ubi sunt tot testimonia rerum. Quis fidem denegaverit naturæ, tot tantisque factis testanti, Deo placere; ut *societati ordini aliorve studeat, qua ad conservationem incrementumve faciunt*? Si quis dubitaverit adhuc; dubitaverit oportet, ut sit modo. *Homo absurdus.*

L I I.

Itaque (a.) *ratio docet.* (b) *Natura teste.* (c) *Juris esse:* Conservationi & incremento stude. (d) *Auctore Deo.*

Sed nunc respirandum paulisper? Vidimus, dari Naturæ jus. Etiam; Juris Naturæ illud esse: Ut *ordini, societati, conservationi, incremento*; homo studeat. Sequitur nunc videamus, an, & quid illud sit; unde scire possimus in reliquis, quid juris sit; quid Deo gratum; quid Ipsi placeat? Ad quid Ille: *Ecce*: dicat? Num v.g. Matrem uxorem ducere liceat; Num prolem alere, pater, an mater debeat? Et in reliquis quibuscumque quæstionibus, quid juris sit; quid amœnum in oculis Dei? Hoc est, habeamus oportet, principium Juris Naturæ adæquatum unicum; juxta quod trutinare cuncta possimus. Id quod & DDres, quos lego, volunt. Ast quale illud sit, quale quidem fabricent, mira illos interest, incredibilis, & ferme lepida pugna. Quot corpora, tot animi divortia; Quot pedes, tot eunt vias; Quot capita, tot sensus: Quot in capite cellulæ, tot nugæ (ferme dixeram). Quot dictamina iterum in illa phantastiæ cellula, totidem monstrosa quoque adæquata juris Naturæ principia. Quam multa, tam varia, nove cum Paulo dixerim (conf. Observ. crit. ad L. 3. *Si pars hered. pet.*) Credamus, ita, ut adnumeremus fabulis. Et post tentatas quidem retentatasque ex omni parte, Doctorum, quas audire licuit, conjecturas, placere non mihi aliud potuit, quam immotum illud & omni homini innatum insculptumve primum principium; CONSERVATIONIS atque INCREMENTI. Et ne illud frustra dixisse videar; ecce: Hoc modo, illud probabo. Significabo PRIMO, principium adæquatum unicum, quid sit; & quale Doctores nostri intelligant. Dein SEGUNDO. Rationem omnis dissidii indicabo. Ex quibus intellectis duobus, TERTIO, tum monstrabo aliorum principia falsa; QUARTO, contra vero,

vero, verum esse meum & unicum illud adæquatum constitutum principium. Posterius utrumque, argumentis tum adhuc aliunde desuntis. Sic ordine. Sic decenter. Sic debet fieri. Quoad PRIMUM itaque; quid sit principium adæquatum unicum; quid per hoc Doctores intelligant? Videamus, Illud dicunt esse debere 1. *constitutum*, 2. *unicum*, 3. *tale*, quod homo percipere facile potest; Neque 4. *quod a Scriptura S. alienum est*; Et 5. *propter quod non aliud est*; Ex quo 6. *etiam, juris omnis reliquis decisio fuit*. Hoc est, quoad PRIMUM, non debemus confundere principium *constitutum* cum v. g. *constituente* principio, *cognoscendi* &c. Quoad SECUNDUM; Ex unico illo principio, quod statuis, debent omnia fluere, sine adhibitis aliis. H. e. ut mihi viderur, hac in parte, argumentari possent; est *unicus* Deus; *unicum* universum, constans pluribus partibus; sic ergo & unica sit (constans subalternis pluribus) constituta lex Naturæ, lata ab unico Deo, juxta quam unicum universum illud, componi & conservari possit. Quoad QUINTUM (TERTIUM & QUARTUM, explicatōne non indigent); hoc est, ut in vulgato est, *propter quod unumquodque tale est, illud ipsum magis tale est*. Quoad SEXTUM tandem; debet tale principium esse, ad quod omnia tanquam ad lydium lapidem, trutinari possunt. Et sic satis quidem viso PRIMO capite, quomodo definiatur scilicet principium Juris Naturæ constitutum, adæquatum, unicum; sic ergo transeamus, ad SECUNDUM, unde inquam, ille DDrum dissensus? Et ansam quidem illorum errori dedit, quod non distinxerunt principium, differens tamen, unum ab altero. Rem indicaverunt, ex §. 28. *Inst. de Rer. Div.* Nescis? Ubi de *confusionibus & commixtionibus* agitur. Confundunt, volebam dicere, cælum & terram, rem creatam, cum creatore; & alia. Distinguendum itaque erit, inter *constituens*, vel ut Philosophi loqui amant, *essendi*, & *constitutum* principium. Hoc totum iterum, a *partibus* ejus. Ut & ab eis *cognoscendi*, *obligationis*, sed & *cognoscentibus* principiis. Qui hæc non distinguere didicit, ille ridiculus (an dicam fungus?) erit homo, æque ac ille, qui Romam tendit, vel, si mavis Hierosolyamam, & non distinguit, Romæ conditorem, ab ipsa Roma condita. Nec ipsam integram Romam urbem conditam, à, quibus urbs illa Roma constat, ædificiis ejus. Sed nec, viam Romam tendentem, ab ipsa Roma. Neque ipsum etiam comitem, qui viam, & per viam Romam monstrabit; quin nec Romæ fortitudinem, moenia ejus, ab ipsa Roma, discernit. Absurdum hoc est, ne dicam stultum. Differt *Romulus*, *Roma conditor*, ab ipsa *Roma condita*. Differt principium *constituens*, Dei voluntas, a principio *constituto*. Differt quoque principium *cognoscendi*, ab ipso *constituto* principio. Differt enim *via* Romam tendens, ab ipsa *Roma*. Differt a *via* tendente Romam, *comes* ille, qui per viam illam Te Romam ducit. Differt sic principium *cognoscentis*, ratio tua, a *cognoscendi* principio &c. Sic jam plus satis viso & ALTERO illo capite, juxta quod institueramus

sueramus hunc canonem, sequitur ulterius ~~aut~~ ex iis videamus TERTIUM, & QUARTUM; Falsa esse nimirum, vulgata, verum esse meum Juris Naturæ constitutum adæquatum principium unicum. Docebunt ita sequentes canones. Monstrabunt confudisse DDres, principium differens unum ab altero. Romam conditam cum Conditore; Romam conditam, cum eo, qui Te Romam ducit. Agedum! Eamus visendi Romam Dabo comitem: Parabo viam, per quam ducet ille; Monstrabo ipsam Romæ elegantiam; Romæ conditorem contemplantur; Videbimus tandem ipsam Romam. Ecce: *Conditorum Roma.*

L I I I.

PRINCIPIUM ergo Juris Naturæ CONSTITUENS, sive
Natura Legislator, erit: DEI VOLUNTAS.
Ipseve Deus.

Dixi Nostros, in investigando principio Juris Naturæ adæquato unico, sua opinione falsos Viros esse (sed non ex mea sententia), quod confuderunt principium differens unum ab altero. V. g. cum Roma condita, conditorem Romæ. H. e. Principium Juris Naturæ constitutum cum constituyente; Legem latam, cum auctore ejus. Itaque PRIMO non audiendi illi erunt, qui pro principio Juris Naturæ adæquato constituto unico agnoscunt: *Dei voluntatem* Quid est Romulum confundere, cum Roma condita; Deum constituentem, volentem aliquid, cum ejus constituta lege; cum eo, quod Deus velit? Dei voluntas, principium est *constituens*; non, *constitutum*. Unum est, an Deus velit; Quis sapiens nescit? Aliud, id quid sit, quod velit? Hoc rogo. Hoc queritur. Hoc scire cupio. Opponis argumentum quidem, non alias secus ac si ipsam Romam simul & Babyoniam oppugnare velles, opponis: *Quodcumque tamen Dei voluntati conveniens est, hoc est Juris Naturæ; Contra, pro Jure Naturæ non poterit agnoscere, quod a voluntate Dei alienum est.* Si. Largiendo omnia Tibi. Sed quid sit illud, quod voluntati Dei conveniens est, vel non; hæc est & manet alia quæstio. Hic Rhodus, hic saltus: Hæc est sponsa, circa quam saltamus. Hæc est Caja, quam ducere domum (Romam) volumus. Probat ergo quod præfati sumus argumentum & similia; voluntatem Dei, principium Juris Naturæ esse *constituens*; Non *constitutum*. Conditorem sic itaque Romæ vidimus; Principium Juris N. constituens: *Dei voluntatem*. Videamus quid velit? H. e. Adæcam Romam conditam. Inquiramus comitem, qui Romam ducat nos. *Comes adest.*

L I V.

PRINCIPIUM COGNOSCENS : HOMINUM RATIO.

Ridendi ferme illi sunt Magistri, a limine aberraverunt certe Juris Naturæ illi pepones, qui pro principio illius Naturalis Juris adæquato unico, agnoscunt, *Rectam rationem hominum*. Non equidem invideo, sit illorum hæc recta ingenii ratio, non erit mea unquam tamen, rationem rectam pro principio Juris Naturæ *constituto* adæquato unico agnoscere. Ratio, mihi, principium juris Naturæ est *cognoscens*, non *constitutum* ipsum principium. Est Mytagogus, comes ille, qui per viam me Romam ducit: Non ergo ipsa Roma. Est principium, quo cognosco; quo mecum considero, juris quid sit; quale sit constitutum principium adæquatum unicum? non, ergo ipsum illud sit constitutum principium, sequitur, *Si adhuc bene vales capite!* Consequitur v. g. mea ratio: Video, Deum solis amœnum prospectum, concedere mihi, sed & proximo. Concludit hinc mea ratio; Ergo Deus amat me, non tantum me, sed & proximum meum. Video innatam mihi indolem, quæ ad conservandum vergit. Concludit inde, dicit hinc mihi ratio; Opifici ejus ergo placere, ut conservationi studeam. Consequitur inde ulterius mea ratio, rimatur & docet me: *Ama ne occidito* &c. Differunt autem, ratio *cognoscens* & *ipsum illud, quod cognoscit* ratio. Differunt, si cum sapiente minus disputemus aliquando, ipsa vi, differunt litteris: R. A. T. I. O. C. O. G. N. O. S. C. I. T. &, S. T. V. D. E. C. O. N. S. E. R. V. A. T. I. O. N. I. Vis manu palpare? Ecce: differt liber quem manu percipis, a manu Tua, qua percipis. Differt ratio Tua percipiens, & id quod ratione percipis. Si quid adhuc recte percipio! En nobis comitem, qui nos Romam ducit. Comitem familiarem cognatum & amicum nobis. Comitem fidelem sane, non longinquum a nobis, sed præsentem unicuique nostrum. Qui non etiam per viam asperam atque duram, sed per levem viam, viam dilucidam, per viam rectam, veram viam, stratam delicatis naturalibus lectulis, nos Romam ducit. *Eamus viam.*

L V.

PRINCIPIUM COGNOSCENDI : INNATA NATURA,
FINISVE CREATARUM RERUM.

Haud majori ponderis ratione, auscultandos Aristarchos illos existimem, qui pro principio Naturæ Juris adæquato unico, arripere maluerunt:

Crea-

Creatas res finemve creati mundi. Non sum auctor constituti hujus principii. Ita vero adhuc quidem videtur mihi. PRIMO. Mundum finemve creati mundi &c. non ipsum juris Naturæ principium, *constitutum esse, sed cognoscendi.* Est illa via, qua nos mox ille visus comes, Romam ducit: Video, creata omnia in usumfructum hominum. Concludit *hinc* (hac via) mea ratio: *ergo Deus Te amat & proximums.* Vides Te ratione beaurum: Concludis ob finem aliquem. Et qui non esse alias potest, quam ut Te conserves in Creatoris Tui gloriam. Ita creatæ res finisve earum principium faciunt, quo, (viam, qua) percipio, quid sit juris constituti a Deo. Est via, per quam comes ille, ratio mea, me Romam ducit: Est principium cognoscendi, quo percipio, quale sit constitutum, non ergo (debet sequi) ipsum constitutum principium. Præterquam, quod illa omnia, non viam quidem totam faciunt, non meliorem saltem, quæ Romam tendit, sed viæ partem. Non hoc quidem, sed via remotior est. Esse remotiorem, patet: Quippe non nisi per remotiores consequentias; inde vide is, *erga proximum amorem, conservationem Tui &c.* Meliorem, integram, levem & magis commodam viam, ipsam esse Naturam existimo: Quippe, hic statim primo obtutu, Romam ipsam, ipsam constitutam Dei voluntatem cerno: *Conserva Te. Propaga genus.* Vide enim supra Can. 48. Consentit, ex interpretatione mea Justinianus in *Pr. 7. d. jur. Nat. & 6. 10. d. Rer. div.* Sed & illud hac via, ille mihi comes, mea ratio simul significat: *Romam illam, illam Dei legem me debere sancte servare. Jus illud dicenti, me obtemperare debere.* Ecce: urbis Romæ mœnia. Murum aheneum. naturali tigno erectum alius. *Acedamus propius.*

L. V I.

OBLIGATIONIS: DEI MAJESTAS. EJUSVE VOLUNTAS. Sed & CONSENSUS HOMINIS.

A Romæ janna, est in proverbio, *aberrasse illos,* tenerim, qui pro principio juris adæquato unico, *Dei Majestatem* agnoscunt. Exigua Majestas! Commiscent fortitudinem Romæ, cum ipsa Roma. Legem Juris Naturalis, cum auctoritate ejus. Dic, Majestatem Dei, esse *obligationis principium.* Est fortitudo Romæ: Romæ mœnia sunt, quorum angustias transfiliendo, increpare saltu non aliquis Remus audeat. Differunt autem obligationis principium, principii constituti, ab ipso illo constituto principio. *Ni admodum alucinor graviter!* Tam longe abest ergo, principium Juris Naturæ constitutum esse, vel negaverim principium Juris Naturæ esse; ut Juris Naturæ principium

cipium esse omnino dixerim. Esse autem *obligationis* principium, si qui omiserint, miror. Magis; si nullum plane adduxerint. Parum itaque accuratius, obligationis principium illud erit, unde scis, obligatum Te esse, ut jus dicenti Tibi, obtemperes. Illud esse Dei majestatem, probo duobus modis: *Primo*, ad id Te Deum obligare potuisse; sed & *secundo* ad id Te obligasse revera. Si (quoad *primum*) Deus enim Majestate legis ferendæ gaudet, potestateque omni obligandi hominem, quis negaverit, potestatem ipsi competere, ut obligare recte ad id hominem queat, ut leges ille ipsi ab Eo latas exsequatur. Quis illi jus dicenti refragabitur? Obligasse autem ad id Deum, hominem, atque voluisse, ut ille jus ipsi dicenti obtemperet, sic esse facio, quia alias ita Deus lege cavisset frustra. Vid. sup. Can. 10. Idem probo, Natura Tua propria teste post commissa maleficia, Te accusante. Conf. sup. Can. 9. Sicuti autem Deus vult; ut ita facias; ita ergo hactenus ille sua Majestate Te obligat, & non ulterius. h. e. non eousque, ut ita debeas. Quia alias ipse Deus, & non homo, ita vellet. Conf. sup. Can. 39. Sed aliud adhuc principium obligationis addo; *Voluntatem ipsius hominis se obligantis* scilicet. Ipse enim argumentis rerum, dictæ naturali illi legi; homo consentit, dum v. g. orbem terrarum libenter intrat, atque libentissime in eo manet. Subditus, cum subditus Principis esse vult, in ipsius leges consensisse dicitur & revera consentit. Et hoc est, quod Jctus dicit, *lex est communis civitatis sponso. v. L. i. ff. d. LL.* Homo cave, in legem Dei agas! Grave est fidem fallere. Porrexisti Deo interroganti Tabulam: U. R. Uti Rogas Creator. Cave fidem fallas! Et hoc est, quare, *peccata, debita*, appellavit Salvator JESUS Christus? Sicuti alias promissa non præstans, constituitur debitor. Ipso facto ad omnia homo consentit, dum quod est primum legis facit, h. e. se conservat libenter. Obligatum & recte ad exequendam legem, hominem esse, probo adhuc, ex ipsa legis illius (*ut legem datam exequaris sc.*) æquitate. Dum enim Deus rei suæ moderator est & arbiter, quidni homini legem dare & ad eam eum alligare possit? Id æquirati magis conveniet, dum ipsa illa lege, ad quam obligat hominem, homini benefacit dando ipsi salutem. *Non possum dicere, quantum, hunc legislatorem amem?* Sic & Romæ fortitudinem; Romæ valla, vidimus, muros; portas, cæteraque, quibus valet, & septa est, Romæ mœnia. Intremus ipsam urbem. *Lustremus aedificia quibus constat.*

L V I I.

PARTES *constituti unici adequati principii, sive* PRINCIPIA *constituta* SUBALTERNA, erunt: ORDINIS SOCIE-

SOCIETATIS & RELIQUORUM; quæ ad
conservationem, ad incrementumve faciunt.

IN illuni nocte ambulasse, sine ardente luce, Romam, doctus extasse divinum
 alias & τῶν πᾶν Grosium, aliosve, oportet, quotquot pro principio ad-
 æquato constituto unico, agnoscunt, *ordinem societatem* ejusve custodiam.
 Sunt jura Naturalia constituta, fateor, sed non faciunt, adæquatam unicam.
 Faciunt singula unum Romæ ædificium, non ipsam totam urbem. Princi-
 pium juris Naturæ non absolvunt; Sed pars ejus sunt. Sicut legis constitutæ
 unicæ & primæ, partes, sed non magis, ac illa, *ede, bibe, venere utere, &c.*
 Quæ scilicet omnes partes sunt Legis illius primæ: *conservationis & incrementi.*
 Vel potius; sunt leges secundariæ, inferiores (in scholis dicunt) subalternæ.
 Fluunt scilicet, ex illo: *conservationis & incrementi.* Non facere princi-
 pium constitutum adæquatam unicam, ex memorata jam ejus definitione,
 ita probo, I. quod ex eis cuncta non fluunt. Sed & II. propter aliud finit.
 Videamus omnia. Quomodo v. g. ex illo Tuo *ordinis* principio, probabis
 quod non liceat ex more antiquo, carnem humanam in cibum appo-
 nere? Unde, quod non liceat ex Matris complexu, prolem suscitare? Au-
 dio dici, quoniam Deus semel hunc ordinem fecit, atque Adamo uxorem
suam non matrem dedit. *Digito compeſce labella!* Atqui enim ita argumentans
 magistelle, hoc argumento probabis, & Te incestum committere. Neque
 enim etiam Adamus, Cajam Tuam, uxorem habuit. Non potest Adamus di-
 ci, secundum ordinem, uxorem habuisse non matrem suam, ubi contra ordi-
 nem, matrem uxorem habere non potuerat, ubi mater Adami non aderat.
 Unde probabis, ex *ordinis* Tuo principio, quod amare Te debeam. Et quæ
 sunt alia quæ ex hoc principio decidi non possunt. Ita ergo quoad *Imum.*
 Quoad *Idam*, quare velis, dic obsecro, *ordinis*, illud principium? Quoni-
 am, ais, alias cito cum homine & aliis rebus actum esset; quoniam sine ordi-
 dine, salus universi esse non potest. Sed ecce: dum ergo illud Tuum ordi-
 nis principium, ideo vis, ut conservationis legi satisfieret, eo ipso, id indicas
 utique, illam Tuam *ordinis* legem, propter hanc esse: *Salutis & conservatio-*
nis. Quid significas ergo? Non esse primum Juris Naturæ principium? *Hem!*
ordinis Magistri, in hoc ordine stamus. Est principium fateor, & nemo
 nisi rudis Philosophus confusionumve Pater negare potest. Juris Naturæ esse, ut
 ordinem serves, probavi supra. Sed non adæquatam unicam esse, prædi-
 cta volunt.

Ita autem, & quoad *societatis*, principium, res se habet. Esse juris Na-
 turæ principium, quis negaverit? Fortean talis, cui, quod non societate hu-
 mana gaudet, motum est termino cerebrum. Conf. sup. Can. 48. Et quid

quæso, homo, qui semper extra societatem vixit? Infelix creatura! Bruti instar, valens suum pabulum pastura & latibula quærere, sed nihil præterea. Doctor legens, vidimus supra, ad Tit. ff. de Glande legenda, & de Rivulis, in tenebris ambulans Magister rudis. *Solitarium nihil natura amat*, dixit alibi Cicero, si recte memini. Esse Juris Naturæ principium, probavi supra, & inter sapientes nemo unquam negaverit. in NB. limine sapientiæ spatians forte aliquis ephorus. Fluunt quoque inde multa. Fluit v.g. inde, quod non debeat occidere. quia sic societatem turbas. Fluunt inde fat. multa alia. Sed non tamen omnia. Quo pacto v.g. ex societatis tuo principio, probabis, quod bos alinus tuus, aliquando (die dominico) nullum opus faciet? Ex societate, debes dicere, quam illo die cum eis habeo. Per me licet! Sed unde illud probabis: *prohibitæ esse cum matre nuptias*? Quinimo contra, tantum absit, juxta societatis principium veritum sit, cum Matre matrimonium, ut magis permittat illud, Licet matrem enim habeas mensæ torique sociam, habes tamen sociam, Quis autem nefandas nuptias de jure probaverit? Dissentit S. Sacra, Dissentiunt prudentes. Abominatur natura hominum,

Miscere thalamos Patris & gnati apparatus,

Uteroque prolem capere confusam impio?

Non ipse toto magnus, Oceano Pater,

Tantum expiarit sceleris;

Quomodo, ex dicto Tuo societatis principio, docebis, peccatum esse: *male cogitare de Deo & proximo*? Neque sola quis enim cogitatione, societatem turbat. Argumentum est, quod aliquando, amico, societatis principium tuenti, facere liquit, Neque illud sublatum putabam eo, quod amicus respondebat, quasi ex malis de proximo cogitationibus, ipsius turbata societatis eventus, consequi aliquando posset. Quasi, qui non ita Deum metuens, male de Eo cogitando, & ad maleficia societatis conservationi contraria, descendere tandem posset. Dixi, illud me non movisse. Et quomodo poterat? Quid enim, respondebam Nobilissimo Antagonistæ, si ergo talis de Deo male cogitans homo, eo ipso momento ex hoc humano confortio discedere deberet? Neque enim placere mihi poterat, quod idem ille amicus noster initio sed insubide existimans regerebat: *non ita, male de Deo cogitantem, hominem, erga Deum peccasse*: insubida non arridebat responsio; sed illud accipiebam, quod ad hæc nostra: *Tu modo Deum cave ne ego male de Te cogitans ad aternitatem transeam*: tandem regerebat: *alio principio juris Natura, quoad talia opus esse*, Placebat hætenus, quod consequenter societatis principium pro adæquato unico agnosci non posset. Sed, unde porro, ex illo principio, Dei gloriam cultumque probabo? Neque enim quidquam illa ad societatem humani generis faciunt. Ita quidem olim mihi, societatis principio tanquam adæquato unico adhuc acquiescenti, videbatur, & quod nunc est audio, aliis placuisse olim;

olim: *Quoad reliqua quidem societatis custodiam, pro principio Juris N. agnoscendam; Cultum Dei vero, ad Theologiam referendum esse.* Sed non in fide diu illa sententia. Neque enim impetrare a me adhuc possum, ut putem, Deum, extra Scripturam S. non significasse homini, unde scire posset juris esse: *ut sanctificet Creatorem suum.* Unde illi homines in Testamento Veteri sciverunt, illam erga Deum religionem, *quod leges ipsas exsequi & eis obtemperare deberent?* Atqui non tamen societatis principium, cultum divinum exigit. Quare malim, quod in mentem veniebat hoc modo: *Qui conservationi societatis studebit omni modo, is etiam id eo modoaget, ut ei placeat, qua arte placere possit, qui potest & alias non vult, conservare societatem.* Sed O exigua Dei gloria! O Dei nulla gloria! quam quis ideo exhibet, ut sibi ipsimet bene sit. Valet tamen quod dixi. Quoniam differunt, Deum colere, & Deum colere ideo, ut beneficiat. Sive, Deum colere, ut mihi bene sit, ideo verè & ex puro putoque amore erga Deum, Eum colere; &, ideo, ut mihi bene sit, non ratione Dei, sed ratione solius mei, Eum colere. Et licet posterius credo plurimi faciant, potest tamen & prius homo præstare. Ita ergo liceat hactenus societatis principium defendere, quod & Dei gloria inde manat; At quoniam tamen, ita omnia, quæ facere debeo atque ex voluntate Dei dependent, principium facerent Juris N. constitutum adæquatum unicum; Sed &, innumera alia, ex illo societatis principio non fluunt; Quin & propter aliud, illud: *conservationis*, ita sit: sic non tamen illi *societatis* principio tanquam constituto adæquato unico adhærere possum. Malui semper TERTIO, illi, AMORIS, principio, tanquam adæquato unico, consentire. Ideo; quoniam Dei gloria inde proxime fluit. Ut &, ne de proximo male cogitem. Quod vero magis nunc hoc meum principium ut juris N. constitutum adæq. unicum facere nequeam, me ratio movet: Quod non tamen omnia inde decidi possunt. v. g. prohibita cum parente matrimonia esse. Et licet amor, quem v. g. Matri debeo, in reverentia consistat, reverentia illa quidem etiam non patitur, ut consuecas cum matre; non me tamen hoc movere potest. Quoniam enim, reverentia, id non patitur, sic ergo, ab illa consuetudine cum matre, abstineas, dixerim. Pergis, ita scopo matrimonii non satisfieri, sed procreandam sobolem esse? Significas, primum ergo principium esse, *conservationis humani generis.* Sed &, dum ita volumus reverentiam matri *servandam* esse; sic ergo, eo ipso iterum dicimus, *conservationis*, legem primam esse. Dum ipse etiam amor ad conservationem facit, amando me conservem; dum amorem volumus ideo, ut conservatio adsit: sequi utique debet, non illam *amoris*, sed hanc *conservationis*, magis esse illud principium constitutum adæquatum unicum. Idem judicabis, de aliorum aliis adhuc Juris N. constitutis principiis adæquatis. V. g. PACIS COLENDÆ. QUOD QUISQUE IN ALIUM STATUERIT, UT IPSE EODEM JURE

UTATUR. Sicuti enim prius illud, sic satis quidem pacificum est, sed & posterius probavi præter vulgatos, exemplo, *in Act. Apost. XXVIII. v. 3. & 4. conf. ibi Or. Dom. nostra*; Ita vero utrumque illud iterum tale est, propter illam Juris N. legem: *conservationis & incrementi*. Ergo hoc erit magis tale. Sed nec, ex eorum uno fluunt omnia. Esse principia Juris Naturæ, stultus negat. sed non faciunt adæquatum unicum. Sunt hæc, & omnia, memoravi initio, principii primi partes. Sunt Romæ civitatis, ædificia. Videamus civitatem. Videamus constitutum principium adæquatum unicum.

L V I I I

PRINCIPIUM CONSTITUTUM ADÆQUATUM UNICUM : CONSERVATIONIS & INCREMENTI

ECCE Romam conditam, sic nunc aliquando tandem. Ecce, Naturæ Juris principium constitutum adæquatum unicum : CONSERVATIONIS & INCREMENTI. Esse illud constitutum adæquatum unicum ; sic probare me velle, anteverti dicere ; sic probare jam incepti ; sic inquam contendo : Probando PRIMO, aliorum principia, illud non facere ; Tum SECUNDO, meum illud tamen esse. Utrumque illud, tam ex ipsa definitione principii illius ; quam ratione indicata omnis dissidii ; sed & tum argumentis adhuc aliunde petitis. Quoad aliorum principia, rem ita se habere, præcedentes canones, satis plus jam probaverunt, ni fallor. Quia & alterum, aliquo modo. Sed quod hic nunc fufius.

I. Tale autem adhuc argumentum, quoad alterum illud, præmitto : *Si aliquod principium constitutum adæquatum unicum esse debet, tale vero non faciunt illa, quæ adducunt vulgo, sed nec probari possit aliud, utique sequi debet, meum, illud esse.*

II. Esse illud principium, probavi ex ipsa natura teste statim & propinque. Vid. sup. *Can. 48.* Argumentis innumeris, quæ non repeto.

III. Argumentum pro illo meo adæquato unico principio faciet, ipse sensus, ad quem intelligo. Late significo, de conservatione & augmento, non tantum Tui corporis, homo, sed & ratione meliorum partium Tuarum, animi, animæve. Quia enim natura conservationem & incrementum vult, sic ergo omni modo studebis ei. Et per hoc, non etiam id tantum ratione Tui, sed & aliorum hominum respectu, intellexeris. Sed nec ratione solorum hominum, verum etiam aliarum creaturarum rerum intuitu, tam corporalium etiam, quam incorporalium. v. g. *societatis & reliqua*. Tam late interpretor legem illam, ut ex lege illa, prius, illorum conservationem velim, quæ

pre-

pretiosa magis, & sic conservari magis interest. Eo ipso enim legi *conservationis & incrementi*, satisfacis, non alias, dum id facis, quod *magis* est. Tam late; ut juxta legem eam, illam eandem legem, & ratione proximi mei quidem etiam, sed prius tamen, ratione mei, dein ratione proximi, implere & observare debeam. Sicuti enim prius, ea natura conservationis & incrementi innata mihi, quantum ad me, sic ergo, huic legi conservationis & incrementi satisfaciam, & non alias, si eam primo exsequar, ratione ejus quod prius est h. e. ratione mei. Sed nec proximum conservare poterò, si non antea me ipsum conservem. Dum etiam ita factò est; ut mihi, quàm mihi, sive quoad me habito respectu, hæc lex innata primo, sic ergo & hoc ordine conservato, ratione mei primo hanc legem ego quoque exequar, oportet. Et sic dein, ad exemplum mei, in proximo. Consentit hoc sensu, ut ego puto, facer Codex: *Amabis proximum NB. sicut Te ipsum*. Posito scilicet exemplo in Te, antea. Et quo pacto tueri poteris, conservationem Tui, Tibi licitam esse etiam cum internectione alterius. Cum alias semper Tibi obster regula: *Amas proximum sicut Te ipsum*. Certe, non pari jure amorem ejus trutinaveris cum Tuo, si non vitam sed corpus tantummodo tuum contrectaverat occisus. Dissimile est, ad defensionem corporis sui, alterius mortem velle. Et tamen id concedunt Doctores. Et recte. Sed obstat lex: *Amabis proximum sicut Te ipsum*. Ita eam, ex jure Naturæ, intelligas. Ut (1.) Te prius ames. (2.) Hoc observato, ut tum proximum sicut te diligas. H. e. quoad primum, in exemplis quæ vidimus. Quoad secundum, h. e. ut priori observato, tum eodem modo ames proximum, quo amare Te soles. H. e. si in dictis casibus, sine occisione ejus, me defendere poterò, ad facere debeo. Sicuti enim me jam conservavi, ita consequenter & illum jam conservabo. H. e. etiam, si injuriæ causa aliquis verberare Te velit, tu autem illud citra ejus internectionem evitare non potes; non erit Tibi permessa occisio. Ratio quia factum illud permanens non est. Sic autem Tibi abit nihil. Et per hoc Te conservas. Sic autem & alterum nunc conservare debebis. Secus si v. g. oculus contrectare Tibi voluerat. Quia hoc amisso semel, restitui nequit. Debes autem Te conservare semper & prius quam proximum. Ita vult, dicta juris Naturæ lex, late interpretata ut oportet, *conservationis & incrementi*. Tam late illam legem habeo, ut conservare illud & crescere, de eo solo, per illam eandem legem, intelligendum putem, quod *bonum est & melius*. Neque enim ille, qui conservat quod pejus est, incremento in melius, studet. Tam hæc, sermo dixeram, dictam legem interpretor, ut juxta illam legem, ipsam illam legem, late interpretandam putem. Sed quæ omnia trutinabimus ad dictam Naturæ legem latius, explicando quomodo intelligi debeat, in quem molior, tractatu Juris Naturæ speciali, ad singulos juris Nostri titulos. Hæc obiter, ut legi huic Naturæ, NB. conservationem volenti &

augmentum omnium rerum in melius, consentias modo. Et quis ita non à vestigio ?

IV. Ipsa scripta LEX in Sacro Codice eam probat : CRESCITE & MULTIPLICAMINI.

V. Sed & RATIO. Quid enim præstat, quam conservare & cresceret Quid melius, quam ut conservemus & augeamus, in melius ? Quis accusabit malum, quod melius est ? Aut quomodo, non esse bonum poterit, quod melius est ?

VI. Eo constat principium, quoniam principia *ordinis, societatis, amoris* & reliquæ Naturæ leges, propter hoc sunt. Si enim omnibus illis, hoc constituitur, sive, illæ propter hoc sint, quis negare poterit, hoc unicum esse & adæquatum illud, quo de q æritur ? Vis dicere, illa *conservationis* legem, propter has leges, *societatis* &c esse ? Vis nugari ? Per me liceat. Societatem non sine rebus quarum erit solitas, has tamen sine societate concipere possum. Societas hominum, ponit & requirit, homines esse. Sed non vice versa.

VII. Ita vero esse, atque eodem modo ipsam S. Sacram, principium Nostrum adæquatum unicum probare, sic argumentor : *Non est bonum*, ait Deus, *ut homo solus sit*. Id debet sequi, aliquid adhuc esse aliud, propter quod id esse bonum nequeat, ut homo solus sit. Quid ergo ? Ipse statim subicit : *Crescite & multiplicamini*. In idem Doctores contentiunt, dum illa *societatis* &c. principia, ideo volunt, *ut secure & tranquille homo vivere possit*. Ergo enim *illa* propter hoc erunt. Sive, ergo hoc esse juris principium primum, ponunt.

VIII. Esse adæquatum unicum principium, ex ratione indicanda disfidii omnis, ut nunc probaremus alias, suo ordine sequitur quidem ; sed id quoniam sic satis supra me jam fecisse video, vid. Can. 52. & seqq. sic itaque pergamus ad ipsam definitionem, melius erit.

IX. Ita adhuc dictum meum principium probabo ; quod omnia in hoc vera sunt, quæ de adæquato constituto unico, definiri vulgo solent. Examinemus cuncta Esse. (α) *constitutum*, ipsa res loquitur. conf. supra Can. 52. & 53. Quid (β) autem, quæso, intellectu facilius, quam id percipere quod propria Tibi Tua Natura dicit, testans innata indoles : *salutem te & incrementum appetere* ? Potes & idem in brutis animadvertere. Quin & in ipsis rebus inanimatis. Vide ex. gr. arborem lætam, æstivo tempore abjicientem mœore, tristia folia, profertente luctu furvum suum caput autumnno. Quid discere poteris levius, quam talem Naturæ legem ? Convenit autem γ) etiam hæc Naturæ lex, Scripturæ Sacræ, nominatim ut vidimus. Ita dictum a Deo ab initio statim & repetitum semper postea : *Crescite & multiplicamini*. Quæ vero lex, quomodo ab ea nostra naturæ lege:

lege : *Conservationis & incrementi* : differat ; si quis alius , ego non sane video ? Nisi in hoc fortean , quod illa de sola *propagatione humani generis* , intelligenda sit . Sed sit modo , hæc vulgata aliorum ita interpretatio , ego non adhuc hodie tamen a me impretrare poterò , ut credam , terminis tam angustiis , hanc legem Deum significasse ; Contra potius , ex dicto Naturali jure , latius parum intellexerim . (*♯*) Cuncta ex hoc principio fluunt . Faciamus periculum , Quæro , v. g. an devorare liceat , fato functos parentes ? *Religiosum locum* . (h. e. sepulchrum) , in viventium ventre , habuisse veteres , ad tit. *ff. de Religiosis* , (ut & alias natales priores , sed paucis , ut oportet , meis auditoribus) dicere soleo . Et in re litteraria doctus ignorat nemo , *Apud Gentes* , inquit Petronius , *adhuc legem observare scimus , ut a propinquis suis consumantur defuncti* . Ita ut & ægri objurgarentur , quod carnem suam faciant pejorem . *Massagetae Derbiceses* , solebant affines , & propinques suos , qui jam consenuerant , jugulare , & eorum carnem si 70. annum non exceßerant , epulari . Notum est testamentum illud Eumolphi : *Omnes qui in testamento meo legata habent , prator (convenienter nostro juri civili) liberos meos , hac conditione percipient , qua dedi , si corpus meum in partes conciderint , & adstante populo comederint* . Sed videamus de jure . Qui societatis principium tenent , illis ita licitum erit , si non injunctum , siquidem associando sic defunctum sibi , societati magis student . Non equidem in video epulas profit ! Ast vero mihi tamen , Porcinæ Westphalicæ perinæ , placent magis , quam humana caro . Sed nec id jus Naturæ pati , ita probò : quoniam ita non conservo fato functum . Conservetur in terra , quamdiu per naturale pactum licet , Tibi homini injuncta est conservatio . Injustum ergo prædictum Eumolphi testamentum erit hæc ten . s. (quoad reliqua justum esse nemo jura civilia sapiens negaverit hodie , etiam illi non , qui injustum quod conditionem illud dixerint) , quod legata petere legatarii possunt , licet conditionem non impleverint , h. e. carnem defuncti non comederint . Ecce enim : *Conditio impossibilis adjecta legatario , habetur pro non adjecta* . h. e. legatarius rem legatam petere potest , licet conditionem impossibilem (quia nequit) non impleverit . Conditiones impossibiles , tribus dicuntur modis , *natura , facto , jure* . Quoad posterius , *tria* , iterum verba trado studiosæ juventuti , ex L. 15. *Cond. inst.* h. e. quæ repugnant vel (1.) juri civili , vel (2.) ei gentium , vel 3. denique ei Nature juri . Cui ergo juri illorum trium , conditio repugnat , erit impossibilis . Conf. Tria nostra Juris verba . Tit. *her. Inst.* Sed alia ! A funebri , tristi illo titulo , *de Religiosis* , ad eum , oblectantem iterum animum , titulum qui de *aleatoribus* scriptus est , transeamus . Quæro , an liceat alea ludere ? Negas ? Affirmo . Quia ita pasco animum meum . Et sic conservo totum hominem . Sed & incremento ingenii simul studeo . Quod contra dormiendo parum , & plicando parum manus , inertis defæcatoque otio , perdis

deris. Est ut ferrum ingenium, dixere veteres, aut si in hoc me fallat memoria, ego dixerim, esse, ut ferrum ingenium. Si non uteris adest ferrugo. uteris nimium, adest perniciēs & interitus. Utere ergo, ne ferrugo sit. Non abutaris, ne consumes in totum. Da interdum veniam & lusu v. g. alex utaris simul & oblecteris. Idem videre veteres, qui postquam mandassent terræ defunctum, reduces domum, ad depellendam tristitiam, solebant alex ludere. Et quare, titulo ff. *de Religiosis*, illum *de aleatoribus* esse subjectum, dixeris; si non modo alex lusus odiosus & reprobatus fuisset in ipso eodem toto titulo. *Sed pergamus.* Quæro, an Deus recte diem sabbathi instituerit, ita ut nec v. g. bos tuus quidem eo die operetur? Omnino recte! ut sic ille bos tuus, aliquando requiem habeat. Sic autem conseruetur. Sed & ipse Tu homo, deposito sic aliquando omni quoad laborem bovis tui alias cura & negotio, in Deo solo habere otium possis. & sic conservationem temporariam (pascendo in Deo animum) habeas; quin & æternam acquiras Tibi. Sed hæc & alia latius in juris Naturæ commentario. Dic, an liceat usuras exigere, de jure Naturæ? Misso *Lauserbachii*, haud ex limpido rivo juris nostri, sed ex, quo nescio, turbido fonte, petito, de *portione arithmetica*, argumento, hac ratione inter alias, affirmaverim; quia incremento non studet, qui pecuniam otiosam habet. Vim pecuniæ non conservat quidem. Fluit ex nostro principio, quod alimenta lactis dare mater & non pater debeat. Ut supra jam Can. 2. vidimus latius. Atque ratiocinari eodem ferme modo, *Cl. Wolffium* in sua *Polis*. sed non tamen ad idem, neque per eadem quæ allegavi argumenta, nunc est audio. Viri magni libros legere hucusque non licuit. nescio qua invidente fortuna. Disputavit de eadem re & ante me *A. Gellius*. Sed etiam ad diversa. & per argumenta, quæ non mea facio. Ex dicto meo principio, & aliis, probō: lactis alimenta debere matrem dare. H. e. non cogi patrem posse, ut matri, nolenti præbere ubera proli, suis impensis nutricem quærat. Quæro adhuc, An liceat juxta naturæ juris regulam, viro forti juveni robusto ætate, matrimonium contrahere, cum decrepita & rugosæ frontis vetula? Non erit vetitum, ex principio illo *societatis* &c. At contra tamen potius tenuerim. Peccas conjux, contra, *conservationis* jus. Peccas & contra alteram Naturæ legem: *Propagationis humani generis*. Contra utramque edicti Naturæ partem turpiter tacis. *Perdis, non conservas*, si semen recens & valens, in veterem & lagenam inaneam effi deris. Non *propagationi* incumbere poteris, cum succa & enervata vetula. Sed an non idem te Natura docet; An idem ille tibi appetitus esset quoad vetulam?

Offertur Nympha, Seneca & Juvenalis, ut Ipsa,

Eligat & dicat: Tu mihi rite places.

Hæc, misso Seneca, Juvenalem legit & inquit:

Huc juvenis venias. An fugiasque tenex.

Conf. *Observ. Crit.* ad L. 7. ff. d. *Capivo. v. impubes nupsi*, & quæ sequuntur. Sed & vetula (anagramma dicit) *Tu vale!* Et quæ sunt adhuc quæ alibi dicimus, matrimonia talia non permilla esse. Nisi ex ratione fortean, ut caleant pedes. Etc. Fluit autem porro ex dicto principio nostro, quod non audeam matrem uxorem domum ducere. Ideo non; quoniam, non ita conservarem reverentiam matri debitam. Sed nec incremento meæ familiæ studeo, si non extranea potius eam augeam. Est etiam locus ibi, qui me genuit; Ergo non ad eum redire debeo. quia hoc non est incremento studere. Effet & hoc non conservare sed turbare ordinem, a Deo semel institutum. Neque prolem generare debeo, in loco quo generatus ipse fui. Miscere & thalamos, patris mei, gnatique mei; non ipse totus magnus Oceano Pater, tantum expiarit sceleris. Quia ita non conservarem ordinem. Sicuti juris Naturæ etiam est, propagatio generis; Ita vero, cum matre non eam propagationi studere possum. Cum, ob provectiorem ætatem illius, tum, quod non ille appetitus sit consuescendi cum genetrice. Cui posteriori, scio quidem opponi exempla contraria, & recte hactenus. Quis ignorat enim *Psolomæos Philomætorios*? Quem latet illud: *nasca- tur magus ex matre & gnato*. Quis gentes nescit, in quibus & nato genetrix, & nata parenti jungitur, ut pietas geminata crescat amore. Cui gentes incognitæ, quæ incestum permisit ex lege? Conf. Patris mei Aphor. 1. 12. Et Orat. de jure N. Adde *Vergil. de invent. rer.* Sed ad quæ omnia, ego respondeo (1.) probari ita quidem, licita fuisse talia matrimonia; non vero, an *scientes habuerint*; Neque (2.) id quæri, an ex tali matrimonio sit suscepta proles, sed an tantus appetitus fuerit? *Oedipus* apud *Senecam in Traged.* ex complexu matris suscepit prolem, sed ignorans imprudensque & quis scit an tanto appetitu. Sed & NB. tragædia fuit. Quid enim? Delphico monitu de vitio convictus *Oedipus*,

Scrutatur avidus manibus uncis lumina.
Radice ab ima funditus vulfos sibi,
Evolvit orbes.

Quid *Jocasta*? ultore gladio, in se insurgit.

Facet perempta vulneri immoritura manus.
Ferrumque suum nimius ejecit cœnor.

Quidquid tandem sit, facit contra naturam, matrimonium tale contrahens. Conf. sup. Can. 34. Probo, quia homines plures saltem, facto naturali averfantur. Duxa autem ita natura Deus fecit, ut cœitu n talem homo aversetur, quid intererit, an facto hoc, an, verbis, legislator ille, legem significaverit: *inter parentem & prolem matrimonium prohibisum est?* Vid. sup. Can. 31. Fluit autem porro & statim ex meo principio, quod amare debeam. Quoniam amando me conservo. Sequitur inde, quod non debeam male cogi-

tare quidem de proximo. Ratio, quia sic me torqueo, animo meo non valeo. Sic autem me perdo. contra eam injunctam mihi: *conservationis*, legem. Quæro, an *αυτοχρηια* prohibita, an impias sibi manus inferre, licitum vel non sit? Non ita scire cupio de jure civili. Id quod jam annos 17, erat ætatis meæ anno 16to, certior sine qua diffidentia mei animi memoria tenens in Patria docui, atque, haud ita pridem est, trutinatum ex omni parte hic & ubi vis conversum in omnem angulum habeo. Ut non raro alias, ita & hic tria iterum quatuorve verba observo, num *ob tedium vitæ, dolorem animi, valetudinem corporis*, vel tandem *criminis causa*, se occiderit. Quoad, *hoc*, tria iterum; num crimen commissum, cujus causa se interemit, penam alias secum ferat, *vita, bonorum, vel fama*? Dicendum autem, habet Marcianus in L. 3. *bon. eor. qui ant. sent.* quod conscientia mortem sibi consciverint, si rei postulati vel in scelere deprehensi fuerint. Papinianus tamen (Jugula hoc verbum apud Ruffardum. Pessime! Quod ipse Marcianus per *to vel* habet, illud addit, ut dubites, minus, Papinianus tamen (speciatim) libro Responsorum putat, postulatum fuisse, sufficere. Et quæ sunt alia quæ hac in parte, & alibi, in jure civili, pubes deposui apud memoriam, & quare de Hoc magis non quæro, sed de jure Naturæ interrogo, num tædio vitæ & amore erga Deum se interficere liceat? Fluit autem prono alveo ex principio meo, *αυτοχρηια* peccatum esse. Debet enim illud conservari, quod est. Et factum naturaliter, sui conservatio. Non debet ergo homo, contra legem Dei factotali indicatam, sua voluntate se occidere. Membrorum suorum nemo est dominus. habet Jctus in L. 13. ad L. Aq. & hoc verum est. Sunt enim illa in patrimonio sociorum hominum. Debes miles, *manu* stringere gladium pro salute Reipublicæ, non pollice Te orbare, poltron. conf. L. 31. *c. loc.* Debes causarum Patrone, gloriosa voce tua, laborantium viram, spem atque posteros defendere. L. 14. *C. advoc. Imo.* Utilia & nihil perperam te proficere (ut ita ego §. 3. *Proæm* dico) nuncupante lingua, *auribus* suis appetere debent cupidi legum juvenes. Ut tandem respública eis credi possit. Debes totum hominem societati. Conserva ergo huic, jus ipsi quæsitum in Te. Quod creatori tuo adhuc placeat, ut adsis, *probo*, quia ades. Progrediuntur ex principio meo, *leges; Societatis, ordinis, amoris.* Aliæque omnes. Cum proxime, tum remote, intercedentibus illis. Dependet catena inde, quod sanctificare & colere debeam, Deum, Creatorem & Dominum meum. Quia, sic me conservo. Cum, eo ipso statim & e vestigio, quod Deus amem. Actu enim amoris me conservo. Sed & hoc modo, amando Deum, me conservo: quod non tam facile alias salutem ille mihi dare velit. Quis etiam negaverit, Deum hanc conservationis legem in sui gloriam voluisse. Conf. sup. Can. 10. & seq. Movet dubium: Quoniam ergo, dicis; illa conversationis & incrementi lex est in Dei gloriam, sic consequenter hanc

hanc, *Dei gloria*, non illam *conservationis*, primum esse constitutum principium adæquatum unicum Habeas antecedens Tibi, sed negatur consequens. Quoniam, ex ipsa illa lege *quod Deum sanctificare debes* : non sequitur, quod Deum sanctificare debes. Doctores autem tale volunt principium *constitutum*, unde fluit, sic unde probare possum, sicuti reliqua, ita & Dei gloriam. Sed & alia quæstio est, an Dei gloria, juris naturæ sit, alia longe est quæstio, unde sciam quæ sint illa, quæ ad Dei gloriam faciunt ? Quæ sunt illa, quæ Ille vult, ut faciam ? Ita quidem ego rem in omnem angulum converti. PRIMO. Juris Naturæ omnino esse : ut Deum colas. atque omnia facias in Dei gloriam. Ita (1.) Te docet, tua natura testis. Quæro enim, an non natura amet eum qui te amat, qui ex animi sententia benefacit Tibi ? Vis negare opera data denuo, hanc naturam tuam indolem esse ? producam testimonia contra te, hæud præleraria, omnium hominum. Nulla enim unquam gens fuit tam absurda, tam barbara, tam færa, tam immanis, quæ non numen aliquod superius coluit, benefactorem & conservatorem suum. Conf. Cl. Otto de diis Vial. c. 1. Antestare naturam animalium brutorum, canis v. g. dominum præbentem sibi pabulum, defendentis, adulantis, arte qua placere modo possit, placere studentis. Juris Naturæ esse, ut Deum colas, ita (2.) sequitur, quoniam qui vult ut Te conserves omni modo, is hoc etiam vult eo modo, ut eum sanctifices. Ita vult. 3. ratio. Quid enim melius quam ut eum sanctifices, qui Te conservat, & quem sanctificando, Te conservas ? Ita vult (4.) beneficii gratitudinisque ratio. Idque (5.) vel eo magis, dum eodem illo gratitudinis modo, bene Tibi consulas. Ita vult (6.) quod ille, qui vult, id semper sui causa vult. etiam si aliorum causa velit. Conf. supr. Can. 11. Ita vult (7.) quod alias Deus, ratione sui, voluisset perperam, *conservationis & incrementi* legem. Conf. supr. Can. 10. Ita vult (8.) statim, lex nostra, *conservationis & incrementi*, quoniam Deum sanctificare, animo volupe est. In Deo otari, otium est, tranquillitas animi. Et sic conservatio non animi tantum, sed & corporis simul, h. e. totius hominis. Et ita hæctenus. Sed quoniam, SECUNDO. itaque Dei cultus ex illo *conservationis* principio manat, sic ergo illud iterum pro principio adæquato unico retinendum erit. TERTIO. mutat iterum ; quod & ex Dei cultu, illa lex *conservationis* fluit. Si Deum enim colere debeam, ergo & me conservabo, atque incremento studebo in opificis mei gloriam. At quoniam tamen, QUARTO. ex illo *conservationis & incrementi* principio, scire debeo & possum ; illa quænam sunt, quæ ad Dei gloriam faciunt ; ut & reliquæ leges ad eam trutinari possunt ; Quin & immediate natura teste, cuilibet constat statim & in propatulo est ; Sed & DDres principium adæquatum constitutum aliquod volunt, unde Dei gloriam scire possum & reliqua ; QUINTO. contra iterum tamen, *conservationis* lex illa sit, in & propter Dei gloriam ;

X. Sic omnibus collatis ergo, ita nunc tenuerim, atque iterum principium meum unicum probaverim. Ita teneo: Primam legem & supremam juris Naturæ hanc esse: COLE DEUM. Principium autem constitutum adæquatum unicum, unde illam, *Dei gloria*, reliquasque leges; quæque illa sint quæ ad Dei gloriam faciunt, scite queam, esse illud: CONSERVATIONIS & INCREMENTI. Hoc est ergo Deum sanctificabis. H. e. cum; proxime vel (ut loqui amant) immediate, Eum amando, magnificando; Tum etiam exequendo Ipsius voluntatem in reliquis, h. e. leges quas Tibi præscripsit. Utrumque, quod facere debeas, probat principium nostrum constitutum adæquatum unicum, *conservationis & incrementi*. Utrumque, quomodo exsequeris, probat etiam. H. e. quoad PRIUS, amabis, veneraberis, metues, fidem ipsi facies, pura mente & immediate, nullo habito respectu ad res alias. Hoc est, v. g. ut opinor præcari oportet: Deus linque & auge, metum erga Te. Metum, cum fide junctum; Fidem, cum amore; Amorem, cum reverentia junctum, Sic Deum colis, simul ac Te conservas NB. *metuendo* Eum, sed NB. *cum fide*. NB. *amando laudando* illum. H. e. ulterius: Deum adorabis, sed non prius Tui causa. Credo me hic multorum hominum tetigisse animos, qui si Deum præcantur, id sui causa faciunt, propter quotidianam salutem; Aut si Deum etiam amant reverentur ex animi quoque sententia immediate, id sui causa ita tamen peragunt. Ut ipsis modo bene sit. Ut conserventur modo. Male! Injuncta homo, tibi tui conservatio, ideo; ut præceris Deum colasque. Non vice versa, præces Tibi injunctæ Deique sanctificatio, ideo; ut modo Tu conservaris. H. e. ulterius, dum Deum colis, amas. &c. ut amando &c. ita Te conserves, hoc tamen tali animo facies, ut Deum sanctifices. Credo, paucos recte præcari. Ita quoad prius. Quoad POSTERIUS; H. e. non occides v. g. societatem custodies &c. Sed hæc omnia laus in tractatu speciali. Summa ergo rei erit hisce omnibus auditis: Deum reverere, cum, immediate (& hæc suprema lex esto); tum mediate (lex secunda erit); exequendo reliqua præcepta Ejus. Et hoc totum hominis est. Quod utrumque ex antedictis constat.

XI. Sed & ratione. Quid præstat enim, quam ut conservetur quod bonum est, atque crescat in melius; ut diligas Eum, quem diligendo, eo ipso non nisi Te conservare potes? Aut quid melius, quam ut is ametur, sanctificetur, qui hac lege ita benefacit exequenti legem, conservat eum? Optima lege! Optimo jure! Legislator Deus.

XII. Quid multis? Utrumque nominatim habet S Sacra. Iphis verbis dicam: Potius inquam ex istis admonitis sumus. (1.) DEUM IPSUM REVERERE & (2.) PRÆCEPTA EJUS, OBSERVA. Hoc totum hominis est. Nam omne opus Deus adducet ipse in judicium cum omni re occulta. Sive bonum sive malum. Ecclesiast, in fine. H. e. SUPREMA lex erit: Deum

reuerere. H. e. *immediate Eum coles, & nullo habitu respectu ad alia.* Fluit ex nostro principio; sed & quomodo coles. Lex ALTERA: *Præcepta reliqua Eius observa.* Fluit ex nostro principio, quod præcepta reliqua observabis & quæ sint. Est ergo tamen & manet principium adæquatum unicum: CONSERVATIO & INCREMENTUM. Prima ergo lex est: *Deum sanctifica.* Principium adæquatum unicum, unde scis, quod sanctificare illum debeas, & quomodo, quæque velit in reliquis, ut faciās, erit: *conservatio & incrementum.*

XIII. Per trames quas legitimos semel, catenatas quasdam, ut de reliquis una Tibi iudicium sit, dependentes ex illo nostro principio leges, sic vero adæquatum unicum esse, probemus. Prima ergo lex, & quasi omnium patens hæc esto.

I.

CONSERVATIO & INCREMENTUM.

PRogrediuntur inde e vestigio tres aliz, filias dixeris,

II.

AMOR, SOCIETAS, ORDO.

Ratio, quia sine *societate, amore & ordine*, conservationem & incrementum habere non potes. Descendunt autem ex tribus legibus illis, innumeræ aliz iterum, Neptes appellaveris fortean, v. g.

III.

NON OCCIDES. NON FACIES FURTUM. NON COMMITTES ADULTERIUM &c.

FLuunt, dixi, illæ alizque leges omnes ex illis: *Societatis ordinis & amoris.* Quippe, occidendo &c. societatem turbas, evertis ordinem, non amas etiam. Et sic quidem intercedentibus illis, *amoris &c.* legibus, reliquæ fluunt ex unico nostro illo: *Conservationis & incrementi.* Sed & nulla interveniente alia lege, inde descendunt. Neque enim v. g. occidendo, conservas, sed perdis. Vel, si mavis, suprema lex esto.

I.

DEI GLORIA.

A Dæquata prima constituta unica lex,

II.

III.

I I.

CONSERVATIO & INCREMENTUM.

A Lter inde fluentes ,

I I I.

AMA. SOCIETATEM SERVA & ORDINEM.

I V.

NON OCCIDES &c.

V El denique, si ita putes, Prima lex constituta adæquata unica hæc esto,

I.

CONSERVATIO & INCREMENTUM.

I I.

A Ltera inde manans duplex hæc sit, una & PRIMARIA : DEI GLORIA. Altera & SECUNDARIA : CONSERVATIO & INCREMENTUM, quoad præcepta reliqua. H. e. inde fluunt v. g.

I I I.

SOCIETAS. AMOR. ORDO.

I TA esse probo, & finio, cum S. Spiritu: *Potius inquam ex istis admoniti sumus. faciendi libros nullus est finis & lectio multorum fatigationi est carni. Summa rei est, his omnibus auditis. 1. DEUM IPSUM REVERERE. 2. ET PRÆCEPTA EJUS OBSERVA. Quia hoc totum est hominis. Vid. Ecclesiast. in fin.* Ipsi ita argumentis rerum constat; Ipsi argumentis rerum constabit ulterius, illud *Conservationi & incrementi principium adæquatum unicum esse, si, quem scribere nondum vacat, speciali Juris Naturæ tractatu, probaverim, probabo ut opinor, omnia reliqua, ad hoc, tanquam ad lydium lapidem trutinari posse. De generalibus & Juris Naturæ principiis,*

T A N T U M !

Menda, observata, per J. W. Winterum. Clar. Auctoris Auditorem & Amanuensem. Pag. 13. lin. 16. loco *vestitutum* lege *vestium*. p. 14. lin. ante fin. 4. loco, *solvissse, solere*. p. 16. lin. ante fin. 2. loco *includebant, concludebant*. p. 28. lin. ante fin. 11. loco *suspicerint, suspexerunt*. p. 33. lin. ante fin. 8. post. v. *volentes* deleatur punctum. p. 37. lin. 5. loco *regula, norma*. p. 61. lin. 11. pro *unde, inde*, substitue. Ibid. 25. pro *calis, calis*. p. 62. lin. 1. *stercoram*. p. 63. lin. 15. *nequit*. p. 64. lin. 15. *millo*. p. 65. lin. 12. *deponensque*. p. 67. lin. ante fin. 11. *phantasia*. Si quæ alia forsitan adhuc occurrant, pauca erunt, saltem non tam enormia, ut morari lectorem possint. Imputanda erunt omnia, vel typographo, vel Amanuensium calamo, vel certe Auctoris negotiis quæ in cathedra tam, quam in foro tantum, ut Amanuensium (haud raro plurium) calamo, quæ foris dare cupit committere, tape debeat.

QUIDAM,

DISPUTATIONE JURIDICA
INAUGURALI

PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN UTRO-
QUE JURE HONORIBUS CONSEQUENDIS

A. D. DIEM V. DECEMB. MDCCXVI.

PUBLICO EXAMINE SUBMISSI,

A. B.

ERNST ALEXANDER PAGENSTECHEER.
GRONINGAE.



EDITIO ALTERA AUCTA ET EMENDATA.

HERBORNÆ NASSAVIORUM

TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREAE,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUAE. 1731.



L. S.

R Ara, dicis, & inusitata Disputatio : **QUIDAM**. Fateor, sed mirari defines, ubi penitus inspexeris. Id enim ago, ut nonnullas **Juris Controversias** delibem, quas ipse **Legislator** indigitavit, dum **QUOSDAM** ita, **QUOSDAM** contra sentire dicit. Si Tu alio quam quo ego destinaueram detorques, hoc apud Te volo, maneat. Si non, his mecum fruere & vale. Groningæ. Iplis Cal. Dec. MDCCXVI.

THE.



T H E S I S I.

§. 34. Inst. de Rer. Div.

Si quis in aliena tabula pinxerit, QUIDAM putant tabulam pictura cedere; Aliis videtur picturam qualiscunque sit tabula cedere. Sed nobis videtur melius esse; tabulam pictura cedere. Ridiculum est enim, picturam Apellis vel Parrhasii in accessionem vilissimæ tabula cedere.

Fuit agitata olim, nec ex asse adhuc quod sciam hodie dissoluta juris quaestio: An, si quis in aliena tabula pinxit, tabula pictura, an contra pictura tabula cedat? Sub hoc intellectu, quod in utroque casu, alter alterum indemnem in pretio servare debeat. Quidam, ita ait textus, putant tabulam picturae cedere; Aliis videtur picturam debere tabulae cedere. Justinianus autem pro iis decidit, qui putabant tabulam debere picturae cedere. Hunc audio. Atque de jure puto: *Tabulam debere pictura cedere.* Ita 1. per d. §. 34. Cui 2. consentit nominatim Cajus in L. 9. §. 2. d. Acq. rer. dom. Accedit 3. Paulus in L. 23. §. 3. de R. Vind. v. licet de pictura. *Quidam contra senserint propter pretium picturae.* Ubi & 4. insimul ratio. In maximo pretio olim habuisse pictoriam artem, quis nescit? Sed quæ hæc ratio? An ergo scriptæ res eruditæ, in minori pretio quam ars pictoria? Hanc ergo rationem dixeris; quod scriptas res, eisdem litteris eadem facilitate describere earum auctor potest, si eas cupit; Contra in picta imagine. Facit pro dicta sententia, ratio hæc.

Dissentiunt tamen alii 1. per L. 23. §. 1. ff. d. Rei Vind. Ipsa verba describi non gravabor, quoniam tot dissensus inter Nostros peperit. Hæc sunt: *Sed & id quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur, statim meum fit. Licet de pictura quidam contra senserint propter pretium picturae. Sed necesse est ei rei cedi quod sine illa esse non potest.* Quid respondebimus? Sunt (a) qui dicunt, legem fidei abrogatam esse, per dictum §phum 34. Instit. de Rer. div. Frustraneo

omnino conatu ! Postquam ex Patris mei sententia eruditi sumus, in *1da* (ubi d. L. 23. apparet) & *3tia* parte fideiatarum, nullum defuetum nullum inutile occurrere. Vid. *Eum lib. 1. a. 2.* Præterquam, quod non legem abrogaram unam per aliam dicere debemus, nisi inter se contrariæ sint. Quale vero diffidium inter dictos duos textus an sit, videamus ? Et ita quidem 2. quidam, pacem inter dictos duos textus conquirunt, ut d. *§phum 34.* de pictura *pretiosa*, all. *Legem 23.* de pictura *viliori* agere existiment, idque arg. v. in d. §. 34. *Apollis vel Parrhasii* Et recte hæctenus. Quis ignorat enim, duos illos Viros duxisse inter pictores familiam. Quis nescit Apellem unica lineola vicisse Protog-nem ; Parrhasium, cortina Zeuxin ? Ille, imaginem Aulici Regii capitis ita fecit pictura, ut cognitus inde fuerit. Hic non animalia modo sed & hominem pictorem fefellit pictoria arte. Sed res nota est. Ita autem liceat ; ast non tamen placet ita conciliare textus. Tamen enim, de Parrhasio quidem ac Apelle mentionem faciat d. *§phus*, attamen id ex ratione fit, ad indicandam artis laudem & captandam benevolentiam in inducenda lege. Quod enim alias de qualicumque in genere pictura agat, probat verbum ibi : *qualiscunque.* Ipsam etiam d. L. 23. de pictura *pretiosa* agere, colligo, ex v. ibi *pretium.* Quid est ergo incivile respondere, hoc est, lege tota non inspecta, si non illud hoc est, dicere velle, d. *§phum* de sola pictura *pretiosa*, d. *legem 23.* de pictura *viliori* agere ? vid. L. 17. ff. d. LL. Dicam itaque potius (c) dictam L. 23. eandem sententiam probare, quam Imperator in d. §. 34. dicit sibi meliorem videri. Vox enim illa in d. L. 23. : *licet* : non aliud notat, quam exceptionem, refertque se ad hunc *§phum 34.* Conf. Patris Præf. Rect. 3. p. 16. Clare patet, si verba illa : *licet de pictura quidam contra senserint* : *εἰ παρρησιον* (ita licere, fungus negat) legeris. Sed & absque parenthesi, idem sensus aderit, si in v. seq. To: *εἰ ἀνεγκυε* scriptum a Jcto, de ea re, charta, intellexeris. Hoc modo : *Sed & id quod in charta mea scribitur aut in tabula pingitur, statim meum fit. Licet de pictura quidam contra senserint. Sed necesse est ei rei (charta) cedere, quod sine illa esse non potest.* Aliter adhuc (d) *ungepaur* dictos textus conciliat. Alii adhuc aliter. quod in charta scripserunt. statim illorum sit. Ita vero (e) jam venit in mentem mihi, ita videtur substitui posse, loco : *Sed necesse est : Sed nec esset.* Neque id perperam, aut sine fundamento. Sicuti (a.) enim id a stilo veterum non alienum est ; Ita vero (β.) loco : *necesse est, nec esset*, irrepsisse in nostrum Juris corpus, observasse Taurelium lego in præfatione ad digesta. Ut sic nunc (γ.) Paulus ille Griphorum Magister simul ac studiosus brevitatis, non modo sententiam esse controversam dixerit, sed insimul allata ratione decidendi, rejectaque dubitandi ratione, deciderit. Juxta hunc, ni fallor, legitimum verborum sensum : *Sed & id quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur statim meum fit* (juxta regulam nimirum, jurisve analogiam). *Licet de pictura*

qui-

quidam contra seferint propter pretium pictura. Sed nec esset ei rei cedi (propterea, ideo), quod sine illa esse non potest. Pretium scilicet quo de praximit, picturae, vincit illud aliorum argumentum : quod sine illa (tabula), esse non potest (pictura). Magis obest l. 9. §. 34. Inst. d. Rer. div. circa finem. Sed & hunc textum inspiciamus penitus, & per tramites suos, ut veritas pateat. Primo, dubium esto tale, quod dicat, domino tabularum utilem actionem dari, contra eum qui pinxit, si hic tabulas possidet. 2. Per *utilem actionem*, debere intelligi illam, quae datur ad indemnitatem recuperandam. Sed obstat, quod statim subjicitur, agentem hanc utili actione dominum tabulae, debere impensam picturae solvere. Absurdum esset, illum indemnitatem suae tabulae actione utili recuperare, & domino picturae, debere impensam imaginis reddere. Quid tum recuperaret? Atqui pictor, ita locupletaretur cum damno, domini tabulae. Impensa ergo imaginis reddenda pictori, significat, alterum ad ipsas tabulas agere. Ad ipsas tabulas tendere illam actionem utilem, refundendo pictori pretium imaginis, inde constat, quod statim subjicit, absque refusione impensae imaginis, posse, actione in rem sc., tabulas repeti, si lucrandi animo pictor tabulas contrectaverat. Verbis scriptis idem dicit L. 9. §. 2. *acq. rer. dom.* Quid dicemus? 3. Cl. Stryckius in notis ad d. §. 34. supponendum (in viro magno haesitatio linguarum. Supponit enim, quidem mea operaria gallinis ova; Ast Juri, ponunt, esse faciunt) casum, ubi pingens imaginem non cupit. Sed ad quid etiam, Vir Clar. tum opus est, actionem dare, tramitem illum compellentem legitimum, ad tabulas a pictore recuperandas, si ipse eas dominus ultro dare velit? Sed quomodo ergo dictum § phum in verbis illis interpretabimur? Non dissimulo, me hic morari. Verba illa d. § phi volunt, dominum tabulae ad hanc recuperandam, contra possessorem pictorem agere posse. Ne autem ita sentiam, volunt decreta juris liquida. Omnibus collatis itaque, mediam hanc sententiam teneo: *Domino tabulae*, ad recuperandas tabulas, *actionem utilem*; *Domino picturae vero*, *vindicationem directam* competere. Quae duae actiones differunt: *Hac*, agit pictor oblato pretio tabulae, nulla prorsus ipsi obmovenda exceptione. *Illae*, agit quidem etiam dominus tabulae efficaciter, oblato imaginis pretio, sed opponere ipsi exceptionem pictor poterit, rem ad se pertinere; se male dare pretium. Ita ut si dominus pictor, hanc exceptionem non moveat, pro domino tabulae judicari debeat. Quia scil. juxta regulam dominus tabulae, jure accessionis debet dominus imaginis esse, sed & in altero casu indemnitas servari, sic ergo utilem in r. m. actionem ipsi accommodat Justinianus. Utrique scil. ita uno pacto Justinianus satisfacere voluit. Dando actionem utilem: Ut pictor vel ipsas tabulas restituat, vel earum pretium. Ita clare, d. L. 9. ibi *utilis. directa*. Ita vult Juris analogia. Sunt adhuc argumenta alia, quae praefatae sententiae opponi vulgo solent, sed piget minutias prosequi. Ita de jure civili. Ita de moribus. Vid. Stryck. Us. Mod. 41. 1. 9. De Jure Naturae, Vid. Grot. d. jur. B. & P. 8.

Cæterum : quod furti actionem competere dicat noster §. 3. 4. ob surreptas tabulas, id videtur sententiam firmare eorum, qui putant, etiam ob rem minimam, actionem furti competere. Sicuti enim, de tabulis hic agi vilissimis vides in pr. hujus §phi, ita vero nec ipsæ tabulæ in quibus olim pinxerunt, maximi momenti fuerunt. Nisi contra fortean verbum, *vilissimas* quod de in pr. §phi, in fine omisisset, sed & in plurali *tabulas*, ibidem NB. bis repetiisset. Justinianum, ideo dixeris, ut significaret, ob tabulam *unam vilissimam*, rem minimam, surreptam, furti actionem non competere?

Sed & illud observemus, quod sicuti in tempore *presenti* Justinianus dicit, quosdam ita, alios contra *putare*, ipse autem illorum disputationem decidat, sic itaque necessaria consequentia, Institutiones fidei prævalere debeant.

I I.

L. 4. §. 1. & 2. de in jus voc.

Prætor ait. Parentem, Patronum, Patronam, liberos, parentes, patroni, patrona, in jus sine permissu meo ne quis vocet. Parentem hic utriusque sexus accipe. Sed an in infinitum, quaritur? QUIDAM parentem usque ad tritavum appellari ajunt: superiores, majores dici. Hoc veteres existimasse, Pomponius refert. Sed Gajus Cassius, omnes in infinitum parentes dicit: quod & honestius est, & merito obtinuit.

PROponit Prætor edictum: Ne quis parentem &c. in jus vocet, sine venia impetrata antea. Aut ut alias vocans §o. solidorum pœna multetur. Hoc verum est etiam titoni. Querit JCtus in L. 4. §. 2. de quibus parentibus edictum sit intelligendum? *Quidam*, ait, dicunt, ad tritavos esse restringendum. Sed *Gajus Cassius* omnes in infinitum parentes dicit. Hæc ubi sum primum meditatatus, statim censei, legem hanc, illarum numero adscribendam esse, quæ de rebus raris non tantum, sed & rarissimis loquuntur. Quin, casum ferme impossibilem continere. Enimvero: quis unquam tritavum suum; imo NB. ultra tritavum parentes suos; NB. in infinitum viderit; &, quod profecto plus est, NB. in jus vocaverit?

Sed quid hoc est, quod Prætor habet, *Patronum, patronamve*? Quasi vero,

NON

non ex nostri juris Grammatica, sub potiori masculino vocabulo, simul etiam comprehenderentur feminæ, vid. L. 1. d. V. S. ? Quasi vero (huic convenienter), sub vocabulo *Patroni*, non simul & *Patrona* veniret, Vid. L. 52. ibid ? Illud notari meretur : Quod liceat ex nostri juris regula quidem, masculinum verbum, & inferiorem sexum sub se comprehendat, ut contra exemplo pessimum esset, sub feminina voce mares comprehendendi d. L. 1. junct. L. 45. de *Leg. 2do.* ita vero non illud tamen perpetuum esse. conf. L. 80. *Reg. 7.* Tum saltem, femininum genus nominativum significare, opus erit, quoties, num sub eo virili, comprehendatur, dubitari posset ? v. g. An, edictum : *quod cum eo qui in alterius potestate esset negotium gestum erit, tam filium quam etiam filiam*, ex suo negotio, obligantem patrem dicat, contra juris civilis ordinariam illam regulam, qua nemo ex contractu alterius obligatur, vid. L. 1. §. 3. *pec.* junct. L. 63. *Re jud.* ? Item, An in L. 4. §. 1. *Cod. d. Her. & Manich.* severitas & odium quibus persequitur *Manichæus* legislator, & *Manichæus* persequatur, contra *L. pen. ff. d. per.* ? Dubitare ita etiam poterat, in casu legis nostræ *4te.*, an privilegium datum *patrono*, etiam *patrone* datum ceteri debeat ? Dubium esse poterat, quod privilegia extra personas nominatas egredi non debent. v. L. 14. d. *LL § 6. Jur. N.*

Sed quid ergo hoc sibi vult, id quod ex sua interpretatione addit Jctus, & nullum habere dubium potest, de utroque parente intelligendum, id quod ipse Prætor, de parente indistincte proposuerat. Atqui res hæc habere dubium nequit. Atquin enim vox parentis sine distinctione posita, indistincte parentem utrumque significare debet. v. L. 51. ff. de *V. S.* Et quod fundamentum habet. Non quidem quasi uterque simili modo (ut male hucusque DDros explicuerunt *phum sum f. de Exber.*), sed simili lege Juris Naturæ, in procreanda sobole fungantur. Duo, textus dicit : non tantum, quod uterque sexus ad procreationem sobolis conferat, sed & natura duce, quasi nolentes etiam, ita debeant facere. Est ita juris Naturæ. Usque adeo autem, vel ex sola juris nostri analogia verum est : *Parentis nomine utrumque venire*; ut & in ipsi pœnalibus ita obtineat. Conf. Bald. in L. 5. C. ad L. 7. *Maj.* Sed ad quid ergo, Jcti admonitorio in illo juris articulo opus est, ubi nulla esse dubitatio potest ? Illud accipiamus : privilegium illud, quo de prætor proposuit, non debere ad alios extendi, quam quibus illud nominativum ille concessit, & Jcti ex mente Ejus. Quemadmodum enim, natura privilegiorum extensionem non patitur ; ita vero tam Prætor, quam Jcti, illud Te hic observare debere, atque interpretationem omnino strictam præscripsisse, subtiliter quidem, est non adeo obscure tamen, ita indicant : dum quod de *Patrono* dixerat Prætor, de *Patrona* repetit. Id ponit : Lectorem alias id ad patronum potuisse restringere. At ex quo juris fundamento ? Ex non alio, quam hoc, quod privilegium *Patrono* datum, ad *Patronum* restringi, & non ad *Patronam* extendi debeat. Cum alias enim

obtinere regula deberet : *ubi par ratio ibi par jus*. Sed & præter hanc parilis rationis regulam, valere deberet, juris Grammatica : *Verbum; quis : tam masculos quam feminas comprehendit*. L. 1. V. S. *Vocabulo Patroni & Patronæ audit*. L. 52. *ibid*. Dum autem ita Prætor ponit posse Lectorem concludere, utique & secum antea ita esse fecit : *interpretationem omnino strictam hic obtinere*. Probat autem hanc Prætoris sententiam magis, JCrus, dum quod nullum dubium habere potest, *num sub parentis vocabulo uterque sexus veniat*, tamen dubium facere posse, putat, sed ex illo solo juris fundamento : *quod in materiis privilegiorum debeamus interpretari stricte*. Id ponit, tam Prætor quam JCrus, non aliis personis dandum illud privilegium, quam quibus nominatum illud concessum. Videamus controversiam. Illud quæritur : *Num privilegium datum parenti, patrono &c.* ne sine impetrata venia in jus vocentur, & ad v. g. *Patrem affinem, præceptorem aliosve extendere liceat, in quibus eadem ratio obtinere videtur* ? Nunquam a me impetrare potui, ut ita dicerem. Retraxit me semper (1.) illud decretum juris liquidum : *Ne Privilegia personas nominatas, quibus data sunt, egrediantur*. v. §. 6. *Jur. N. L. 14. LL.* Et recte. Ita enim (2.) vult ipsa privilegii vox & indoles. Licet enim vulgus quidem *privilegium* ita significet, quasi, quod aliquid commodi alicui adferre deberet, ast contra tamen potius, *privilegium*, quasi *privam privatam*, vel *privis legem*, & sic privilegia ut favorabilia, ita & stibilia dixerim, quæ in *alicujus* odium *privatim* constituta sunt. Non debet ergo ex lege privata, lex communis fieri. Non debet lex privatim data *parenti patrono &c.* lex Iplis communis evadere cum *Virrico, Præceptore &c.* Id autem quod (3.) hoc casu, vel eo minus feceris, quod ut privilegium illud favorabile est, ratione *parentum &c.* ita vero ratione *liberorum &c.* Imperatorem illud ut *pœnale* indicare, collige ex §. 12. *act.* ibi *pœnas*. Pœnalia autem restringi oportet L. *pen. d. pœn.* (4.) Ne pœnale hoc, vel ratione parentum favorabile privilegium, extendas ad alios, ad liquidum jam probavi, arg. Leg. n. 412. Habet (5.) hæc sententia & rationem maximam. Sicuti enim jura nostra civilia certa sint oportet, evitandæque rationes cerebrinæ quæ parere solent reipublicæ errores perniciosos conf. L. 51. V. O. ; Ita vero, si a reverentiæ rationis paritate, hic argumentari velles, dubiam semper & incerto patre natam, vagam vagabundorum haberes jurisprudentiam, cum mox *Virricus*, jam *Præceptor Tuus*, tum *senes* iterum, & nescio qui non eandem sibi reverentiæ rationem præterdere vellent. Ut contra tamen (6.) si verum amamus, diversa plane in iis omnibus ratio obtinet. Rationem enim habet Imperator positam in reverentia. Vid. L. 6. *in jus voc.* h. e. in sanctitate qua de in L. 9. *obseq.* H. e. sita, in rationis illa ratione, quod sicuti a parente, vitam naturalem, ita a patrono vitam civilem habent; libertatem, rem inæstimabilem, præferendam rebus omnibus aliis, & sine qua

qua vivere non intelliguntur. v. §. ult. don. §. 1. de eo cui lib. c. bon. add. L. 32. §. 209. Reg. jur. Nauci sit argumentum dissentientium oportet, quod ita fabricant: In Virrico &c. eandem tamen rationem esse, qua obtinet in parente &c. Ubi autem par ratio, ibi & par jus esse debere. Tiro non pluris argumentum feci, quam ancillam quæ latinam lavat. Non vix pubes quidem publica refutatione dignum putavi; nisi quod nunc a nostris Magistrellis talibus adhuc hodie pugnari videam. Absurdum est. &c. 1. ad propositionem primam, negando eandem rationem esse, ut vidimus. Sed habes eandem, quin majorem rationem esse. Quid? &c. enim 2: ad propositionem alteram, argumentum a paritate rationis procedere quidem in jure communi, at non tamen in materiis privilegiorum. v. L. 14. LL. Pergis fortean, Ipsum Jctum, a paritate rationis hic consecutionem inducere in L. 13. in jus voc. Perperam omnino, & citra legis intellectum! Neque enim Jctus a paritate rationis id extendit ad alios, sed inter eas personas id generaliter obtinere dixit, inter quas dictum eandem reverentiam servandam esse. Est in diminutivo argumentum: soctum &c. parentes audire, & locum eorum obtinere. L. 16. Sol. matr. &c. O argumentulum! Quis pepo enim Jctus, a dici, ad esse, argumentari in nostro jure audet? vid. §. 8. obl. q. ex del. nasc. &c. conf. Patris Aph. 1. 46. Sunt loco parentum, non parentes. Parentum locum obtinent, quoad effectus, ubi id leges dicunt. Certe non, in materia privilegiorum, si leges tacent: Illud constat: Absurdum esse, ne dicam ineptum: Soluta matrimonio inter te & uxorem tuam, adhuc illud privilegium concedere, uxoris tuæ olim, patri. Est turpe dictum! Quemadmodum enim, affinitas inter te & uxoris tuæ patrem, per contractum a te cum ea matrimonium colligata est, sic ergo hoc soluto matrimonio, dissoluta quoque affinitas erit. Nihil tam naturale est. conf. L. 35. Reg. jur. Ita, ut tum pater tuus affinis non magis sit quidem, tantum absit vindicare sibi dictum privilegium possit. Quibus ut semper acquievi juris principiis, ita & Facultas nostra Herborenensis, me referente, respondit, nullo modo edictum prætoris locum habere, soluta affinitate per solum matrimonium. in causa, Soest contra Müller.

Sed quid est disputemus, num pater affinis, ratione violati hujus edicti prætoris agere queat, cum non ipsum naturalem patrem agere contra suum filium posse, videas. v. §. 11. Obl. q. ex del. Neque enim valet aliorum responsio: d. solum, de filiis illis, qui in nexu patris potestatis constituti sunt, Prætoris hoc edictum vero, de illis solis filiis agere, qui a manu patris liberati sunt; impingit hoc in Prætoris intentionem v. L. 4. §. 3. L. 8. in jus voc. &c. Dic, dictum solum de actione furti similibusve agere & nihil ad edictum prætoris pertinere.

Sed cui usui omnis hæc tam de civili, quam illo hodierno jure, disputatio, si decisum moribus: Non ad ipsum patrem naturalem quidem magis pertinet

vere dictum privilegium ; Si totum, cesset hodie illud prætoris edictum ? Adhuc obtrudere hodie, vult arg. L. 16. §. 12. in jus voc L. 27. C. Test. Non obst. argumentum Hoppii ad §. 11. d. Act. ob violentam scil. in jus vocationem, qua oborto collo olim in jus rapiebantur, dictum privilegium parenti Sc. datum jure civili fuisse. Hodie vero ejusmodi in jus vocationem violentam cessare. Quanti quidem a. ini Te faciet argumentum Hoppii grave (ferme ut lupulus) ? Prodit Hoppius ignorantiam civilis juris. Cum & Justiniani tempore, violenta illa in jus vocatio jam cessavit.

I I I.

L. 2. ff. Com. Præd.

De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda vel si quis servitutem castello imposuerit, QUIDAM dubitaverunt, ne hæ servitutes non essent: Sed rescripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adjicitur, licet servitus jure non valuit, si tamen hac lege comparavit, seu alio quocumque legitimo modo sibi hoc jus adquisivit, tuendum esse qui hoc jus possedit.

Disputatum olim memini, nec minor adhuc hodie contentio est ; An in servitutibus, necessario requiratur *causa perpetua*, id est, talis quæ naturaliter præsto est, & manu non fit, ita ut alias servitus non dici possit ? Negantium opinioni consensu semper. Tameñ (1.) enim, ut ait lex nostra, *quidam dubitaverint, ne hæ* (quæ causam perpetuam non habent) *servitutes non sint*, attamen, *rescripto Imperatoris ad Antoninum decisum est aliter*. Quod (2.) probant, innumeræ servitutum species, ex. gr. *oneris ferendi, altius tollendi* &c. quæ omnes manu fiunt, & sic, causam perpetuam non habent. Consentiunt Jcti in L. 38. *Præc.* L. 34. seq. S. P. R. & maxime in L. 9 *ibid. & hodie*. Quasi, dicere velir, olim Quidam contra putaverunt, sed hodie alio jure utimur. Ita vult ipsa servitutum indoles. quæ enim sicuti in utilitate consistit, ita vero, siue causa perpetua siue non sit, præstari poterit. Dissentiunt tamen plurimi. Vid. *Parlador. 1. Rer. Quot. 1.* In primis per L. 38. ff. d. S. P. V. Alorum responsionibus ommissis, uico, legem hanc addi

addi posse iis legibus quæ cum nostra sententiâ faciunt. Tantum abest, obstat, ut magis nostram sententiam probet, in verbo ibi: *placuit*. Notum magis est Pauli Griphorum magistri, scribendi obscurum genus, quam ut hic reperi debeat. Puto, in d. L. 28. Paulum, etsi subobscuri sensu, iudicasse, quod reprobet sententiam illorum, qui olim causam perpetuam requirebant. In verbo (dixi): *placuit*. scil. olim quibusdam. Cui tum addi debet, lex supra alleg. *noma. v. hodie. & Lex nostra 2da ibi: quidam*. Si enixe tamen contenderis, Paulum in d. L. 28. a nobis dissentire, dissentiat, per me licet; Respondebo enim (2.) quod tum Paulus sit *Quidam*, sive quod referendus sit inter *Quosdam* Illos, de quibus d. L. nostra *2da*. Hoc volo: legem illam *28vam*, si obest, continere non nisi jus antiquarum. *Quid?* dum p. 90. supra dixi, in *2da & 3tia* parte ffectarum, nihil juris antiquati occurrere; in hac autem lege, ceu in secunda digestorum parte posita, tale quid contineri contendo, an non mihi videor obloqui? Stultum esset. Sciendum: in *2da* quidem & *3tia* ffectarum parte, nihil esse juris inutilis, sed id quod ex ipso textu *const. omnem §. 3.* explicandum est: *nisi quod nova luce sit inumbratum.*

I V.

L. pen. C. d. Testam. Milit.

Ne QUIDAM putarent, in omni tempore licere militibus, testamenta quocumque modo voluerint, componere: sancimus his solis qui in expeditionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa ultimas voluntates conficiendas beneficium.

VIndicat hæc lex locum sibi, in celebri illa controversia, qua Nostri inter se disputant: *An milites stationarii, testamentum condere possint, jure militari, h. e. nulla adhibita solemnitate, H. e. An v. g. in pulvere vel in vagina litera sanguine rutilante scripta, testamenta faciant*, Conf. L. 15. C. d. *Mil. Test.*? Affirmant, S. Finckelthaus. *Observ. Pract. 4^o, n. 21. seqq. Haucedoes. Exerc. Imper. II. 14.* Negant *Connan. Comment. Jur. Civil. C. 5. n. 9. Forster. Dissp. 12. Th. 10.* & alii, quos vide apud Proavum meum *7. Pagenstecher, Discuss. Testament. part. 2. q. 2.* Horum castra, ut sequar, vult, Lex illa *pen C d Test. milit.* qua frontispicium hujus capituli insignivi. Mens enim Imp. ratoris videtur hæc esse, quod tamen alias satis constet, testamentum (in scholis dicunt) privilegiatum, milites stationarios condere non posse, se tamen id velle per

N

legem

legem aliquam decidere : Ne forsan sit *Quidam* unus vel alter, qui id posset putare. Et qua in parte, ut videas, legislatoris restringentem voluntatem, sic est, verba addidit : *his NB. solis.* Ceu alias enim, hoc omisso, ipsa illius privilegii indoles, sic satis significasset, ad solos illos id restringi debere. Idem probat, dum scripsit, non, *qui in expeditione sunt* ; sed, *qui in expeditione NB. occupati sunt.*

Ad solos in expeditione occupatos milites, dictum pertinere privilegium, faciunt, cum ; textus adhuc aperti innumeri ; tum, juris regulæ, & argumenta. Sed quæ quoniam ab aliis jam allegata video, & nihil mihi quoad illa præcipui in mentem venit, sic ergo ea scribere nunc non placet. Videamus, num quid præter vulgatos dicere liceat, ad dubia moveri vulgo solita?

Primum tale est : ubi par ratio est, ibi par jus esse debet, L. 9. ad L. *Aquil.* In militibus autem stationariis, eadem imperitiæ (quam Imperator habet in pr. 7. *Mil. Test.*) ratio esse poterit, quæ locum habere potest, in iis qui sunt in expeditione occupati. Cum ut *hi*, sic & *illi* milites, ignorare litteras possent. Deprehendi miserum est ! *Et* ad argumentum, 1. Milites in expeditione occupatos, ita testari *ex privilegio.* v. pr. 7. *Mil. Test.* In materiis autem privilegiorum, argumentum a paritate rationis non valere. Quoniam hoc princeps non vult. v. 6. 6. *Jur. Nas.* Conf. sup. p. 95. *Et* 2. negando eandem rationem esse. Dic *imperitia* rationem, unam esse & minus principalem, alteram vero & principalem rationem, hujus inducti privilegii, esse, *periculorum gravitatem & varietatem.* v. L. un. ff. *bon. poss. ex test. mil.* Sed quæ, quæso, periculorum varietas, stationario militi, qui in ædibus suis degere, ad ipsum focum sedere potest ? Idem Justinianum significare tacite putô, dum toties de eis scribit, notante calamo : *in suis ædibus eos degere.* v. pr. 7. *Mil. Test.* *Et* Tam longe absit itaque, eandem rationem obtinere, in stationariis militibus, ut contra, ratio principalis in iis cesset. Et sic valere debeat ; cessante ratione privilegii cessat ipsum privilegium. C. *Abbathe* in fine d. V. S. *Et* 3. adhuc ad dictum argumentum, præter vulgatos quos legi negando & quoad ipsam quidem rationem *imperitia*, eandem in milite stationario obtinere, quæ in iis sibi locum vindicat, qui in expeditione occupati sunt. Sicuti, enim illam imperitiæ, de ignorantia constitutionum solemniumve de jure adhibendarum in ordinandis testamentis, ego quidem intelligo ; ita vero, quare non miles stationarius qui in ædibus deget, in solennitates inquirere, & scire eas posset ; vel Jcti salt. m. alicujus copia ? Tam longe ergo absit iterum, ut ex parili imperitiæ ratione, idem privilegium, vindicare sibi stationarii milites possent, ut contra potius, & ratione illa in iis cessante cessare quoque iterum ipsum privilegium debeat. Sed, habeant sibi dissentientes, eandem rationem in stationariis militibus obtinere ; non enim ramen valere consequens, ergo *Et idem jus illis competat*, materia & indoles privilegii, vidimus, non paritur.

Secun-

Secundum argumentum, pro dissentientibus ego facio ex §. 1. *7 d. Mil Test.* Sicuti enim ibi de privilegio testandi competente militibus agitur, ita vero de milite in expeditione occupato non agere, sic argumentor: quia de eo loquitur milite, qui jocando aliquid sermone dicit. Id autem quod de milite, pugnaturum cum hoste, præsumi non potest. *Hanc merito expeditionem nominare majores, quia mens devota præliis, non debet aliis cogitationibus occupari.* Cassiodorus. 1. Var. 17. Quid ad hoc autem dicemus. Non omnem in expeditione occupatum militem, tam pie cogitare semper. Et liceat, pericula experiri quidem soleant occupati in expeditione; non semper tamen præsens tantum periculum est. Tiro pallefcit ad suspensionem vulnæris. Veteranus & fortis miles sanguinem audacter spectat, qui scit se post cruorem vicisse sapius. Sed & in ipso præsentè periculo, jocando sæpe quid ideo homines dicere solent, ut anxietatem dissimulent. cum aliud sane interior cura condidit angulo.

Sunt adhuc alia quidem quæ opponi solent, sed quæ quoniam allata sunt & refutata ab aliis; cum repulsam ob levitatem eorum non patiantur quidem; certe non mercantur: sic ergo, eis etiam hodie supersedeo.

Verant leges; Verat utraque ratio, cum periculorum, tum imperitiæ; Verat Juris reliqui analogia, ne privilegiato modo testari stationarii possent. *Ne Quidam putent, id Illos posse! L. pen. c. Test. Mil.*

V.

L. 101. ff. d. *Verb. Sign.*

Inter stuprum & adulterium hoc interesse QUIDAM putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committatur, sed Lex Julia de Adulteriis hoc verbo indifferenter utitur.

AN cum *nupta* tantum, an contra potius, & cum *soluta* committatur adulterium, antiqua disputatio est; sed & hodie adhuc divortia animi sunt: Putaverunt, dicit textus, *Quidam*, stuprum in solutam committi; adulterium tantum in conjunctam. **QUIDAM?** Papinianus instar omnium sit. *Adulterium*, ait is in L. 6. §. 1. d. *adult. proprie in nuptam committitur, stuprum vero in virginem vel viduam.* Putaverunt idem & anterioris & hujus ævi quidam viri jurium celeberrimi: Egregius *Cujacius*, & *Azo ad Tit Cod. d. adult. Jul. Clar. Lib. 5. sent. §. Adulterium* in 2. ibique *Joh Baptista Bagardus in notis. Hækelman. 24. illustr. qq. 16. in 6. Ludwell. Giphon.* Alique ad §. 4.

Inst. d. Publ. Jud. Sed quibus omnibus unicum nos ex nostro textu umbonem opponimus : *Lex Julia de adulteriis, hoc* (quod mox processit : adulteriis) *verbo, indifferenter utitur.* Quidquid ergo *Quidam* putant, & putando errent, *Lex* putat, etiam in solutam adulterium committi. Conf. Hon. parens. 4. a. 133. Consentiant alii. Consentiant & Theologi, de quibus vid. Proavum meum *J. Pagenstecher ad L. Jul. d. Adult. ab. 21.* Adde Menoch. A. J. Q. 1. 2. C. 420. n. 106. Jac Rigos a Malosco, ad hanc legem. Consentiant Pontifices vid. C. 4. c. 11. c. 32. q. 4. Consentiant mores, testante Bockelmanno, *de differ. jur. civ. can. & hod. C. 48. N. 4. seqq.* Quid si dixerim, nec ipsum Papinianum in d. L. 6. à Nobis dissentire? Ita putamus : *Adulterium esse, licet cum soluta maritus congreduatur.* H. e. maritum ut adulterum, ratione uxoris suæ conveniri posse. Non hoc mutant verba dictæ *Legis sextæ.* Neque enim negant : ratione mariti *ejusve uxoris,* adulterium esse. Dic ergo, non adulterium dici, ratione *solutæ femine.* Idque iterum scilicet, quoad maritum Ut inquam ille, ratione *solutæ* adulter non sit. Ut, nimirum ille quidem ratione 1. *uxoris suæ* adulter sit ; At non tamen ratione 2. *solutæ,* ut adulterii reus animadverti possit. ut adulter v. g. occidi in opere. Hanc utramque sententiam probant. a. ipsa verba dictæ *Legis.* Neque enim habet : NB. cum *virgine solutava adulterium non committi,* sed NB. in *eam non committi.* Quæ duo si nostri non confudissent, non aliter unquam etiam de jure dixissent. In eam non committitur adulterium. H. e. in eam, ut adulter, non peccat. Ratione ejus, ut adulter notari non potest. Ab hac utraque sententia stat. b. ipsa ratio. Sive enim quod *primam,* maritus agens, cum soluta sive cum nupta, consuecat, violat tamen suæ uxoris matrimonium. Et quid, loquamur semel sapientium more, id ad uxoris injuriam passæ, jus facit, num altera persona soluta, vel maritata fuerit? Aut quomodo, hoc uxori jus aliquod auferre poterit, quod altera persona maritata non sit? Nunquam credo tam stultos fuisse nostros JCtos ; tam absurde quid dixisse. Aut quare unitatem carnis quam cum uxore sua habet maritus, minus ille sumpit, si cum soluta, quam si cum nupta, illam sumpat? Alia adhuc, ab adempto tantus adjutorio, defumata paritatis ratione, probat *Parens, 4. a. 133.* adulterium esse, tam, si quis cum soluta, quam si cum nupta consuecat. Ut contra omnes rationes illæ volunt, agentem illum, ratione solutæ h. e. in eam, adulterium non commisisse. Videamus vocis etymon. *Adulterium,* Papinianus dicit in d. L. 6. propter partum *ex altero* conceptum. Alii. 2. *adulterium* ita dicunt, quasi ad *alterius torum* accessum. Vel ut. 3. Festus habet : quod maritus *ad alteram* (quæ sua uxor non est), vel uxor, *ad alterum* (non suum maritum) se conferat. Et quas duas posteriores vocum originationes, licet a quibusdam confundi lego, differre tamen ex mente auctorum posse, ipsa res loquitur. Dum, quoad illum *Aliorum* originem ; quis ad *alterius torum* accedere potest, licet ipse torum aliquem non habeat ; cum

contra

contra ad alteram uxorem transire quis non potest, nisi ipse suam habeat. Sed & illam Aliorum originationem probat Justinianus in §. 4. l. d. Publ. jud. verbis, quæ de temerariis alienarum uuptiarum habet. Quemadmodum, Festi natales vocis hujus, suos fecisse Justinianum, me observasse quoque memini. Dic, ut posterior sola illa originatio adulterii vocis sufficiat alias quidem ad omnem decidendum casum, ita vero, ut ex arena & in promtu magis sine vel aliquo dubio quilibet, tiro etiam, quemvis obvenientem casum decidere queat, sic & primum illud ut & alterum etymon, Justinianum probasse. Faciamus periculum, quoad dictam utramque illam sententiam. Ratione suæ uxoris enim, sive cum soluta, sive cum nupta congregiatur, transgreditur tamen ad alterum (quæ sua non est); ut contra, illam solutam, ipsius hoc facto, ad alterum ivisse ex altero concepisse, non dici potest, quia suum maritum non habuit. Ut consequenter in eam adulterium commississe non; sed quidem eam corruptisse, recte Papinianus dixerit in d. L. 6.

Consentit præfatæ primæ sententiæ simul & alteri, adhuc arg. L. 225. V. S. junct. L. 6. d. Adult. Argumentum tale est: *suprum* habet L. 6. in virginem committitur viduamve. quod greci φθορα appellant. id est, corruptionem. Adulter, significat L. 225. V. S. est qui matrem suam corrumpit. Ut corrumpere ergo ratione solutarum dicitur, ita qui corrumpere dicitur, simul tamen adulter audit.

Non obest. primæ sententiæ, quasi ex altero illa soluta partum non concepit, & per hoc nec adulterium dici posset, juxta Papiniani etymon in d. L. 6. 2. 1. Etymologiam hanc unam esse Papiniani. Dic. 2. concedendo totum Id enim inde sequitur tantum, non commississe virum adulteriam ratione illius, sive in illam non. Magis obest. 2. sententiæ huic alteri, quod in L. 101. dicitur: *sed Lex Julia hoc verbo indifferenter utitur.* Id enim sequitur, si illa sententia vera esset, Legem Juliam approbasse, id quod absurdum esset: *adulterium* & ratione ipsius soluta esse. Ita ergo videbatur 1. Legem Juliam, modo reprobandi, hic memorari a Modestino Jcto. Sicuti nominatim a Papiniano refutatam legem hac in parte legis, in d. L. 6. Ast contra tamen potius dixerim: *Quorundam illorum sententiam a Modestino hic ut damnatam recenseri.* Ita (a) arg. notionis illius: NB. Sed. *Quidam*, habet, ita putant. NB. *Sed Lex Julia indifferenter hoc verbo utitur.* Cui adde (b) illud verbum: *Lex.* Erubescendum scilicet est, Quibusdam illis sine lege loquentibus. Ut est in Nov. 18. C. 5. Idem (c) indicat Modestinus, dum ita quosdam tantum, putare dicit. Ita vero (d) vel eo magis Modestini Quosdam illos refutantem intentionem significaverim, quod & alias mutuam subinde Jctorum nostrum antiquorum hanc ambitionem & æmulationem observaverim. Conf. *Observ. Justin. Leg. ad L. 7. §. de injur.* Sed & (e) illud me movet, quod hæc lex posita sit, in titulo fideiætarum qui de Verborum significatione expresse scriptus est. Ut verosimile sit,

Justinianum hic, Modestini aliorumve, existimantium cum lege Julia, sententiam, contra quosdam alios, quid verbum *adulterii* significat, suam fecisse. Ita ergo cum veniebat in mentem 1. ; Tam, d. *dicta Lege 6ta* quam & illa 101., JCros quosdam negare, in solutam adulterium committi, non quidem ad illum sensum ut vulgo dicunt, acsi maritus cum soluta congruens ratione *sua uxoris* ut adulterans conveniri non posset ; sed, quod ratione *soluta*, adn tertium non sit. h. e. cum ; ad illum sensum quem dicere jam anteverti, ut scil. ratione solutz ille tanquam adulter animadverti non possit ; sed & principaliter, quod nunc addo, ad hunc sensum, ut nec ipsa soluta quidem ut adultera dici possit. Hanc autem quorundam sententiam in d. L. 101. per Juliam Legem damnatam recenseri. Sane, ex quorundam in d. L. 6. sententia, solutam ut adulteram dici non posse, ipsa verba probant. Neque enim soluta ex *altero* partum concepit dici potest, cum *suum* non habuit. Hactenus sine dubio. Sed hoc iterum moratur, quod non sa is commode expressum videtur : *Solutam ut adulteram conveniri non posse* ; id ita significare velle : *in solutam adulterium non committi*. Nisi fortean eo modo hoc admiseris, atque ideo ita JCros locutos fuisse, tenueris : ut significarent, NB. nullo modo, nec ratione solutz, nec etiam quidem ratione mariti, quoad solutam scil., adulterium esse. Vel ita oportet dixeris ; Vel, tantum id quidem erit alias, acsi præfatam absurdam sententiam : *maritum ratione soluta adulterium commississe* ; contra quosdam, cum Lege Julia, in d. Lege 101. probaveris ; Vel tandem quod stultum est, quosdam JCros putasse, tenueris : *acsi maritus cum soluta consuescens, non quidem ratione uxoris sua adulterium commississet* ; acsi, genialis tori sacrilegus non esset. Absurdum esset, ne dicam ineptum. Aut, si Quidam illi ita putaverint, certe tum in d. L. 101ma damnatos Eos suo merito per Legem Juliam, legeris.

Senserint quid velint, QUIDAM. Ita ego tenco. I. Adulterium esse, non tantum si maritus cum nupta ; Aut II. cum nupta solutus ; Sed & III. si maritus cum soluta congruitur ; idque iterum non tantum ratione *sua uxoris* ; Sed & IV. ratione *soluta* hactenus, et & *ipsa* tanquam adulterii rea conveniri possit ; Non autem V. ut & ipse maritus, ratione solutz hujus, ut adulter animadvertatur. *Posteriorem* questionem a nostris tactam non memini. Puto tamen quemadmodum dixi, obtinere. Sed & propositam decisamque a JCris in d. L. 6ta. *Prima & secunda*, dubio inter nostros caret. Secundum *3tam*, de Jure consultus respondi sæpius. Sed & *4ta* sententia auctor sum. Omnes 5. illæ, ex dictis fundamentis sunt. De reliquis vidimus. Trutinemus ad illa, & *quartam* illam. Hæc est sententia animi : *Solutam cum marito congruentem, adulterii ream, & ita puniendam esse. Sed mitigando penam, tamen.* Neque hoc sine fundamentis. Ita puto (2) arg. §. 4. Publ. ind. ibi *temeriores* NB. *alienarum nuptiarum.* (3) per L. 4. *adult.*

adult. ibi Vidus. (γ) Quoniam, *ad alterius* torum it. Aut si (δ) latius adulterare pro corrumpere, dicere velis cum *Matthæo*; quia ita alterius torum corrumpit. Idque (ε) facit, ut maritus *ad alteram* iverit. (η) Quoniam *mattimonium solvit*. Demus: Titium cum Caja vinculo aliquo ferreo, ligatum fuisse. Titius hoc vinculum solvi cupit. Sed quod solus non potest. Juvat illum, Sempronia. Quæro, an non revera Sempronia, vinculum illud rupit, quod Titium cum Caja ligaverat? Sic autem & soluta, cum marito congregiendi, revera ipsamet vinculum matrimonii solvit, quod alias inter Titium & ipsius Cajam uxorem fuit. Matrimonium illud revera rumpit. Aut si non ut ipsa adulterans, animadverti poterit hæctenus, quod, non ipsa hoc vinculo ligata fuerat, quia tamen hoc vinculo maritus ligatus fuit, idque, ut rumpere, maritum juvit, & ipsa rupit, sic certe ut *adulterii rea*, accusari poterit. Et quoniam non ipsa tamen hoc vinculo ligata fuerat, nec unitatem quam cum alio habuit, rupit, vel fidem datam laceraverat, sic itaque fas erit, leniendam ipsi pœnam dicamus. Ut & ita speciem *adam* capio. Si non de jure civili; attemen. ex æquo & bono h. e. de ipso jure, ita dixisse non pœnitet.

Cæterum: quod, quoad priores tres illas sententias, DDres nonnulli, gravius puniendam *primam* illam adulterii speciem, quam secundam, putant; sed & *adam* graviori ira persequantur, quam *3tio* maritum, qui cum soluta congregitur: Hoc præbo. Quoad *primam* enim speciem, ipsa res loquitur: quia utrumque sequens maleficium simul in se continet. Cui utrique, cum uterque anam dat, par est, ut graviori pœna etiam puniantur. Uterque etiam, & proprium & alterius torum, violat. Quoad *adam* & *3tiam* speciem, rationem hanc teneo: quod in *2do* casu simul & extraneus falsusve partus in alterius familiam inducatur, quod secus in *3tio* casu, ubi maritus cum soluta certaverit. Est adhuc ratio: Quod magis marito ad tœdium & hæcæam esse debeat, si uxor consuecat cum alio, quam quidem uxori, si maritus rem habuerit cum alia. Quoad mariti uxorem enim: Hærebit semper aliquid. Contra, quoad maritum. Sed & magis videtur ad infamiam mariti esse, si uxor ejus adultera sit, quam contra quidem si maritus adulterium faciat. Ut enim marito honorem majorem uxor debet, quam quidem vice versa; ita & hoc minus honoris puto, dum adultera succumbens inferior suspicere alium, & pati ab illo debeat; quam quidem, si adulterans maritus contemtim ita aliam subjectam sibi habeat. Aut an Lector B. dubitas, ex hoc naturali facto, in procreando ipsum hominem superiores partes mari tribuente, concludere; Et alias priores partes mari competere, & suspicere eum, uxorem debere? Sicuti autem hæ rationes volunt, *adam* speciem graviorem pœnam manere, quam *3tiam*; ita vero eadem rationes evincunt, ut præter vulg. mihi videtur, in ipsa etiam prima adulterii specie, graviorem pœnam ab adultera uxore, quam adulterante marito, exigi posse. Sed

ego totam hanc nostram observationem, in editionem hanc alteram, ita inserui, ut debent & solent illi (forte ita pauci solent), qui inter actorum forensium moram non patientium acervos medii, mox in iis folium legunt, tum iterum unam schedulam ad typographum mittunt. Ubi reliqua non adhuc venerant in mentem quidem, ablit in charta scripserint. Debeo ita autem sæpius, si quæ videntur, velim communicare cum publico.

V I.

L. 238. ff. d. Verb. Sign.

Pignus appellatum a pugno: quia res, qua pignori dantur, manu traduntur. Unde etiam potest videri verum esse; Quod QUIDAM putant, pignus proprie in re mobili consistere.


PENitanti nuper mihi signata hæc JCTi verba : *Quod Quidam putant:* in L. 238. § 2. ff. d. V. S. nescio quomodo occurrit inveteratus quidam (ita loqui liceat) Doctorum Nostrum quorundam neglectus , Qui constanter ex dictis verbis jus dixerunt : Pignus esse tantum rei mobilis. Hem mirificos Romanarum legum interpretes, si pro vestro lubitu liceat, de jure statim dicere, id quod Quidam putant. Ita legem hanc significo : Justinianum non dicere, *inde videri verum esse illud quod illi Quidam putant.* Sed : *inde videri verum esse, quod ita Quidam putaverunt.* Non probat, id quod illi Quidam putaverunt, sed narrat, inde videri verum, verosimile esse, ita quosdam putasse. Alio adhuc modo, verba non nisi narrativa d. Legem continere, probat Parens 3. aph. 83. Quid ? si adhuc ita dixerim: *to videri* scriptum a JCTo diligenter esse sive exacte, ad indicandum; rei *veritate inspecta* aliter esse. Ceu ita passim verbo *videtur*, lusitare ex more nostros, observaverim. Conf. Observ. ad L. 35. d. Stat. Lib. Et ita hic lusitasse JCTum optima ratione, dixeris. Pignus enim eo sensu a pugno deductum dicere velle, quod manu tradatur, nimis quam ineptum est, cum nec jumenta, quæ tamen sunt res mobiles, in pignus ita dari possent. Potest *videri verum esse*, quod Quidam inde putant, pignus proprie rei mobilis consistere ; Sed rei *veritas* ideo deleta non est. Consentit *Jacob Guserus de jure Mœnium Lib. 36. cap. 2. §. F. Balchaj Pract. Resol. tit. 16. resp. 4. n. 3. Giphani. Lib. 3. Disp. 25. 17.* Et alii. Dissentit, *Rigos a Mallosco. in h. l. v. 9. Phil. Bugnyon, Livre trois. des loix abrogées q. 101. ibique Christyn. in notis. Kremberge ad §. 7. d. act. Aliique plures modo boni. Adde Mart. cum rogo Te nummos &c. 12. epigr. 35. Conf. Juv. Sat. 6. v. 17.*

E. A. PA.

E. A. P A G E N S T E C H E R,
UTRIUSQUE IURIS DOCTORIS, IN ACADEMIA HERBORNENSI
PROFESSORIS ORDINARIJ ET SYNDICI.

OBSERVATIONUM
LEGUM JUSTINIANEARUM
IN FORO ADHUC HODIE
OBTINENTIUM,
LIBER SINGULARIS.


NON OBSERVATA VULGO, IN PRIMIS, QUID
SIT JURIS, SIGNIFICANS. TAM IN THEO-
RIA QUAM IN FORO.



EDITIO ALTERA AUCTA ET EMENDATA.

HERBORNÆ NASSAVIORUM

TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREAE,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUAE. 1732.



OBSERVATIO I

Ad Tit. de Nuptiis.



AN non vulgata Nostrum eruditio, aliquando studiosam juventutem, tarde, & sæpe cum diffidentia eorum animi, pro dolor! ad id deducat, ad quod leviori alias via & sine magno labore pervenire potuissent; quin & ipsos nostros causarum Patronos Judicesve extra Juris pomeria habeat; Subdubitare nuper aliquando iterum apud meum animum occipi, ad varias scil. Illorum regulas, quas, *An matrimonia ab cognationem prohibita vel non sint*, præscripserunt. Cum contra unica potius regula, ex arena decidi omnia posse, haud ita pridem observaverim. Sed qua in parte, ut tempori parcam, inferam totum, quemadmodum ex auditoribus meis aliquis, jam publice in disputatione, auditorio meo acceptum illud retulit. Ita habet.

An, & quando nuptia propter cognationis vinculum prohibita vel non sint? DDres nostri, hucusque studiosam juventutem, per regulas quatuor & limitationem unam, docuerunt, fideli, an contra infidelissimo potius dixerim Professorum Consilio; Tuum L. iudicium esto. Dum unico juris fundamento, sive Regula, non modo quatuor illorum regulæ, sed & earum exceptiones, comprehendi possunt, Hac:

QUOTIES UNUS VEL UTERQUE CONTRAHENTIUM STIPITI VEL GENERANTI COMMUNI PROXIMO IMMEDIATE SUBEST, TOTIES PROHIBITUM MATRIMONIUM ERIT; QUOTIES CONTRAHENTIUM NEUTER STIPITI COMMUNI PROXIMO IMMEDIATE SUBEST, TOTIES MATRIMONIUM LICITUM ERIT.

Sed quod trutinem, oportet, & omnia dixerim. Ad quid enim, studiosorum infirmum animum & memoriam per se satis labilem, supervacuis, innumeris regulis exceptionibusve, nec certa quidem ex eis, fabricata Jurisprudencia, onerare, si certam omnino contra, jurisprudentiam, unica juris regula, appetere liceat? Faciamus periculum! Cum filia neptive &c. Matre Aviave, ulteriorisve gradus ascendente, prohibitum matrimonium esse, Doctores, ut studiosæ juventuti significant, regulam hanc habent.

(1.) *In linea recta nuptia sunt prohibita in infinitum.*

„ Recte, haftenus. Idem autem fuit ex regulæ memoratæ noſtræ prima
 „ parte : *Quotiens unus vel uterque, ſtipiti vel generanti communi proximo imme-*
 „ *diatè ſubeſt, toties prohibitum matrimonium eſt.* Si enim v. gr. Pater quærit,
 „ num cum filia inire matrimonium poſſit, oberit ipſi, quod ipſe (unus
 „ contrahentium) ſtipiti communi proximo (Patri ſuo, filia-avo) immediatè
 „ ſubeſt. Aviam ducere ideo non poterò, quia & illa generanti communi
 „ proximo (Patri ejus, proavo meo) immediatè ſubeſt. Sed hæc nondum
 „ tanti ! Ut ſciamus, inter fratres ſororesque, cum matertera amitave, nu-
 „ ptias prohibitas eſſe, Doctores hac regula fulcant memoriã.

(2.) *Quicumque ſunt in linea collateralis gradu ſecundo vel tertio,
 nuptias inire prohibentur.*

„ Sed ad quid iterum, hæc regula 2da adhuc gravare memoriã, cum idem ex
 „ unica unaque illa præfata regula fluat. Siquidem, quoad fratres ſororesque,
 „ veluti contrahens uterque generanti communi proximo (Patri) immediatè
 „ ſubeſt ; Ita cum matertera amitave, juxta unicam noſtram regulam, præ-
 „ hibitum matrimonium ideo erit ; quod hæc illave (altera contrahens)
 „ ſtipiti ſive generanti communi proximo (Patri ejus, avo meo) imme-
 „ diatè ſubeſt. Porro, Profeſſores noſtri, ut doceant, cum patruſ ami-
 „ tave filia, interdictum mihi matrimonium non eſſe, hac regula oppugnant
 „ memoriã,

(3.) *Qui ſunt quarto quinto, vel ulteriori gradu, nuptiis copulari poſſunt.*

„ Idem, ex dictæ regulæ unicæ parte altera, prono alveo fluat. Siquidem quoad
 „ fratrum filios filiaſve, eorum neuter generanti communi proximo (avo) NB.
 „ immediatè, ſed NB. mediatè, interveniente utròque parente, ſubſunt. *Quo-*
 „ *ties autem, altera pars eſt unicæ dictæ regulæ, non unus contrahentium imme-*
 „ *diatè ſtipiti communi proximo ſubeſt, toties matrimonium permiſſum eſt.*
 „ Ulterius autem & nemo dubitaverit, credo amplius, de amplectenda uni-
 „ cã illa Cl Profeſſoris mei juris regula. Scilicet : tertiam Doctorum eam
 „ mox viſam regulam, ut certam modo Illi, quaſi vero, jurisprudentiam
 „ noſtram faciant, hanc exceptionem habere, addunt :

(4.) *Niſi quis alter contrahentium alterius Thius ſit.*

„ Excipe, ajunt (præfaram regulam ſc. tertiam) quoad patrum amitavæ
 „ magnam, cum quibus enim, licet gradu quarto a ſe invicem diſtent, ma-
 „ trimonium tamen inire permiſſum non eſt. De jure rectè haftenus qui-
 „ dem ; ſed ad quid quaſo iterum, tali quarto canone, ſive exceptione
 „ enervare memoriã ? Idem enim è veſtigio & ſine moleſtia, ſine qua diſſi-
 „ dentia animi ſui, ſtudioſus juris ex regula propoſita unica, ſcire poteſt.
 „ Stipes enim mihi cum amita mea magna, materterave, communis eſt. ab-
 „ avus meus, ipſius, amitæ magnæ, Pater. Huic vero illa (altera contra-
 „ hens)

hens) immediate subest. Quoties vero uterque vel unus saltem contrahentium stipiti communi proximo immediate subest, toties matrimonium prohibitum est. Quid itaque nunc obsecro opus est, tot, tantisque regulis, & per se non firmis quidem, sed exceptionibus obnoxiiis, non certam etiam, sed vagam vagabundamque (ire cum vagabundo magistro ex Auditorio Pagenstecheri liceat!) jurisprudentiam, significantibus, studiosæ juventutis memoriam, invadere; Cum cuncta eadem ex unica præfata regula, cum omnibus exceptionibus suis, & certo modo, leniter fluant: Ira, quoad hunc prohibendarum permittendarumve nuptiarum, juris articulum; Ira quoad quæstiones omnes, ut eas ex arena decidere possit studiosus juris, solet Cl. Doctor meus. Usque adeo etiam verum est, quod ipse in Auditoriis suis, tam veritatis causa, quam, credo, etiam ad excitandos alacrius Auditorum animos pro more dicit. *Ecce: vide: studiose juris, artem nostram Romanam illam, sic satis facilem esse, modo ad eam methodum, & eo quo oportet & potest Consilio à Professoribus tuis, exhibeatur tibi.* Et hoc verum est.

I. I.

Ad §. 4. Inst. de Nupt.

Duorum autem fratrum, vel sororum liberi, vel fratris & sororis, conjungi possunt.

Decisionem sphi 4ti Inst. de Nupt. Inter fratrum videlicet liberos, permittitur matrimonium esse, citra inspectionem textus ejus, ex sola nostra unica in Obs. præc. dicta regula, sine dubio, quis tenuerit. Ut & reliquas omnes, in prohibitarum permittendarumve nuptiarum articulo, in Legibus nostris decisas quæstiones, citra legum earum evolutionem, & commentariorum opem, ex unica illa nostra observata regula, in promptu quis habeat. Videamus, num quid observare ulterius liceat, ad probandum de ipso jure, hunc 4tum sphum, aliosve hac in parte juris nostri civilis textus? Exemplum autem norabile observare liceat nostri sphi, contracti, inquam, in quarto gradu lineæ collateralis, Matrimonii, in Salvatoris nostri JESU CHRISTI parentibus. *Nathan genuit Jacobum & Hel. Ille, Mariam. Hic, Josephum.* Exemplum allegatum in meis Commentariis non lego. Credo tamen adduci in auditoriis. Debet enim & cuilibet notum esse; illustrat, & gaudere talibus studentium memoria solet. Illud autem exemplo hoc observo ulterius, fortean præter vulgatos: Licita de ipso jure, matrimonia esse in 4to, per consequens & ulteriori, gradu, lineæ hujus collateralis. Aut putas Salvatorem, legislatorem Ter

Optimum Maximum, ex matrimonio procreatum de jure turpi; Matrem habuisse, quæ in incestu vixerit? Non sum adeo quidem ineptus, ut dixerim, Josephum Mariamve, veros Salvatoris parentes fuisse; *Quid enim ipsi cum hac muliere quidem?* Illud tamen etiam verum est: Maria, Eum procreatum fuisse, quæ in matrimonio vixit cum Josepho. Neuter fuit parens, uterque tamen parentis nomine. At quis dixerit, tales Salvatori parentes audivisse, qui in incestu vixerunt; ex fœmina illum natum fuisse, quæ incestum commiserat? Dum itaque Salvator factio naturali tali, talia, in 4to, & multo magis ulteriori, ejus lineæ gradu, matrimonia permittit, dum, volebam dicere, ea in 4to illo gradu tanquam NB *prima* permittit, utique in simul reliqua prohibita mansisse, simul significat. Ipsi argumentis rerum ni fallor! Quanta itaque felicitate nunc quidam nostri, O pecculantes-critici! *spum* hunc nostrum negative interpungant, loco *conjugi possunt, conjugis non possunt?* Ipsi viderint. Ut dicas, inter fratrum liberos, permittit matrimonium esse, vult (1.) Lex generalis illa: *Crescite & multiplicamini.* Sed & (2.) illud inde statim sequens, Juris Naturæ principium: *Regulariter matrimonium permittit esse.* Consule quæ dixi de *Jur. Nat. Can. III.* Permittunt, tale matrimonium. (3.) Leges nostræ apertæ. vid. h. *spum* nostrum. adde L. 3. ff. & L. 19. C. *Ibid.* Acquievit (4.) tali matrimonio, Jacob. Qui Laban, avunculi sui filiam, uxorem habuit. *Gen. 29.* Permisere Leges divinæ scriptæ. Vid. *Gen. 8. Num 36.* Consenserunt. (5.) in tale matrimonium, Salvatoris pii parentes. Probavit (6.) id ipsum ipse JESUS CHRISTUS. *Optima Lex! Optimo jure! Justinianus Casar.* Servemus Viri, in curiis nostris hodie, hac in parte, nostra jura civilia, quæ Ipse probavit, Deus simul & homo. Acquiesco Ipsi, facile. Causæ burfali, Pontificii. & mores alicubi. Non vetant enim, ut vetent, sed, ut dispensatione (Lege 1. §. 20. d. *quæst. 5. Reipublica nervos*) impetrata permittant. Eadem hac Lege *nervosa*, valeat, quod in Belgio alibi factum memini. Quid? Anabaptistarum virgo, dolo bono per Responsum juris, inducebatur, ut a nuptiis, consobrini non sic faris divitis, abstineret, quasi vero ita Christianorum juri esset conveniens. Sed vera decidendi ratio erat: quoniam consobrino erat domi curta supellex. Referente ita, meo Patre alibi.

Est & aliud in *spum* nostro observemus. Illud: de *fororum* liberis, textum repetere, id quod de *fratrum* liberis, jam dixerat. Observemus, observationem illam nostram, quam supra vidimus, veram esse: Quod liceat, ex titulo nostro de verborum significatione, alias, verbum: *Quis*: tam masculos, quam etiam fœminas comprehendat L. 1. V. S. H. e. sub potiori alias nostro vocabulo, etiam comprehendantur fœminæ, aliquando tamen & *sceminarum* nominatim repetitionem fieri, opus esse. Conf. sup. QUIDAM, p. 93. Id autem quod magis in hoc *spum* animadvertamus. Siquidem

alias

alias enim illa juris regula : Verbo *masculino* & *fœmina* comprehenduntur : usque adeo obtinet, ut non tantum, sub verbo *maris*, & *fœmina*, sub verbo *mariti* & *uxor*, sub verbo *fratris*, & *soror* veniat, sed & cum ipso fœminino genere *fratris* verbum *sorori* tribuatur, & sic *frater* (h. e. *soror*) *Tua* dici possit. vid. L. 38. *Pat.* Toties scil. ex nostra observatione fœminarum nomina repetamus opus erit, quoties, an sub masculino vocabulo veniant, dubitari poterat. Sed quæ ergo hic dubitandi ratio? Quod scio, nemo hoc etiam dixit. Hæc autem quidem mihi videtur : quia de jure *anteriori* talia consobrinorum matrimonia prohibita fuerunt. vid. L. 29. *Cod. d. Nups.* Sic enim nunc dubitare poterat, nam, jus hoc mutatum, quoad *fratrum* liberos, etiam quoad liberos *sorum*, mutatum dici posse? Ratio dubitandi esse hæc poterat : quod jura correctoria debeamus interpretari stricte. *Quod mutatum non est* (in *sorum* etiam liberis) *cur hoc stare prohibebitur* ? argumentari poterat, ex L. 27. *C. Test.* L. 32. in fin. *C. appell.* Poterat & alia Tibi esse dubitandi ratio, in §. *prac. tertio.* Dubium esse tale poterat : In dicto §pho 3. vides regulam esse : *Cujus filiam quis ducere non potest, nec ejus nepotem ducere poterit.* Juxta hanc regulam, debebas ita argumentari : quoniam avi mei filii filiarque, h. e. patris mei matrisque meæ, fratres sororesque, h. e. thii mei, jungi mihi matrimonio non possunt ; Ergo, nec avi mei nepotes, nepotesque ; h. e. thiorum illorum filii filiarque, h. e. consobrini mei meæve, juxta illam regulam, matrimonio jungi mihi poterunt. Si itaque nunc ab illa regula, Imperator in d. §pho 4. excepisset nominatim vel solummodo, Tui *Patris* ejusque *fratris* (h. e. duorum *fratrum*) liberos, ut illi scil. matrimonio sibi jungi tamen possent ; Quæro, an non ratione aliqua dubitare aliquis posset, num eadem exceptio & ad *sorum*, *fratris* & *sororis* liberos pertineat ? An non contra potius dubium esse ipsi tale posset : exceptio unius casus (quoad *fratrum* liberos) firmare regulam debet, in reliquis (*sorum*, *fratris* & *sororis* liberorum) casibus non exceptis. Ut est in L. 12. §. 43. *d. inst. inst. leg.*

Nondum, sine observatione adhuc alia *§phum* dimittere debemus. Ita vero postquam illa scripsi, in mentem venit : Jus illud *§phi nostri* licitum esse *inter fratrum filios matrimonium* : Imperatorem dicere in d. L. 19. *C. Nups.* Se NB. *revocasse.* Quid ? Ergo debet & antea obtinuisse, postea abrogatum, & sic nunc ab Eo revocatum fuisse. Ita est. Medio tempore talia prohibita fuisse matrimonia, constat. Vid. *Vinn.* ad d. §. 4. Sed quid nunc ulterius ? Continet hic *§phus* noster exemplum ejus quod habet *§phus 5. Inst. in Proœmio* : *In Institutionum hoc libello expositum esse, NB. & quod antea obtinuit, & quod postea defœtudinè inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est.* Antea obtinuit, matrimonia talia permittenda fuisse ; Postea defœtudinè id inumbratum ; Nunc vero iterum imperiali remedio illud illuminatum est. Quantam autem fru-

frugem ille §phus 5. Inst. Proem. ita explicitus adferat textui in pr. Inst. Quib. mod. int. finit. aliisve innumeris, suis locis videbimus.

I I I.

Ad L. 12. § 2. ff. d. Accusat.

Lege Julia judiciorum Publicorum, cavetur, ne eodem tempore de DUOBUS reis quis quereretur, nisi suarum injuriarum causa.

Quoniam, suspicor, tres ante oculos digitos, quibus crisin scribendo parabat, Cujacius viderit; Qua enim alias ratione non percipio, in L. 12. §. 2. de Accusat. loco, DUOBUS, ipse TRIBUS substituit. Itane sane mi Cujaci? Sed quid esset ordinarias nostri juris civilis regulas evertere, si non illud hoc esset? Per hanc enim Venuleji hic sententiam, *ordinaria legis judiciorum regula* indicatur: *Non posse, videlicet, aliquem uno eodemque tempore, duos simul publicorum criminum reos deferre, atque ita de eis conqueri.* Regulam hanc proposuisse, probant ipsa verba ad liquidum; Sed & (2.) ipsa illa subjecta exceptio: *Nisi suarum injuriarum causa.* Quid est enim *exceptionem*, consequenter, a *regula*, significare, si illud non hoc est? Regulam esse: *Ne quis duos simul accuset*; Haud in πλαται probo (3.) L. 8. C. ad L. Jul. de Adult. Idem colligo (4.) atq. *Legis 8va ibid.* Item ait ibi Macer, *accusare prohibentur alii propter turpem questum, ut qui duo judicia adversus reos subscripta habent, nummosve ob accusandum vel non accusandum acceperunt.* Aut putas *Macrum* in illis verbis tertiam accusationem ibi prohibuisse, & duo illa rata habuisse? *Macrum* sic factis profecto *Macri* juris Responsum! eis accusationibus indulgere, quas ob turpe lucrum, quis instituit. Hoc esset, *Macrum* approbare accusatores, quos ob turpem questum notare voluerat. (5.) Regulam esse: *Ne quis duos simul accuset publicorum criminum*; ipsa præscripta inscriptionis libelli formula probat, in L. 3. v. *se Mæviam* ff. h. t. Debet talis esse, NB. *Se Mæviam Lege Julia de adulterius ream facere.* NB. *Mæviam*, in singulari numero. Ut scias plures quam unam accusari non posse. Ita debere libellum concipi, hanc esse formulam, proba, ex verbo ibi: *conceptio*: item ex verbo NB. *talis*. Stat (6) pro hac sententia palam L. 1. §. 10. ad Turp. Verba hæc sunt: *Atquin idem scribit, non posse aliquem duos eodem tempore adulterii accusare, marem & fæminam.* Habet & (7.) regula illa *binarii* reorum numeri, rationem & fundamentum maximum; In singulari tum temporis Romanorum politica situm arbitror. *Hujus* quippe

nume-

numeri egressus, tacitam turpis questus notam, ex fictione juris in accusatore praesumi faciebat. Ceu 8. hac ratione motos fuisse Jctos nostros, observo d. L. 8. ff. h. t. v. alii propter turpem questum, ut qui duo judicia adversus duos reos subscripta habent. Id ponit Jctus, cum qui duo judicia contra quem suscepit, id propter turpem questum facere. 9. Rationem probat, ipsa illa regulæ exceptio: nisi suam suarumque injurias prosequantur. Neque enim illos turpis questus causa accusare, poni potest, qui id faciunt, ad vindicandas injurias suas. 10. Rationem illam, esse facit, quod ex Quintiliano aliisve constat, propter præmia olim, judicia publica contra alios suscepta fuisse. Huic consentit 11. assidua illa præter scholam vulgarem, quam observamus, Principis Nostri industria, ad diminuendam in Republica intolerabilem turpem hominum avaritiam, tanquam rei summæ pestem perniciosissimam. Conf. L. 1. ff. de interd. & releg. ibi avaritia. Et ibi notata nostra. Potest autem 12. & alia ratione adhuc motum fuisse Legislatorem, ad inducendam dictam regulam: Ne multitudine litium scilicet, judicia confundantur, sed cuncta ordine fiant. Sicuti alias enim, ob eandem rationem prohibitorum, plures actiones uno libello coacervari v. L. 6. excepti rei jud. Ita vero in specie, & in hoc nostro accusationum articulo, ita interpretor d. L. 8. C. de adult. v. to ordine. Et in Proem. Inst. in pr. v. NB tramites.

Nihil itaque moror, Cujacii, Gotofredi, aliorumque Leges. Dum enim Lex nostra 12. NB: regulam continet, oportet utique, Leges quæ contrarium velle videntur, de calibus exceptis agere, dicas. Conf. L. 1. ff. de Reg. Jur. Inspiciamus omnes. Ex gr (1.) Legem 7. in fine de adult. Et (2.) quæ eadem verba habet, Legem 19. in fin. ibid. Ita in utroque textu legis: Incesti crimen adversus duos simul intentari potest. Ad oppositas leges, quis risum tenebit? Ubi enim (a) habes, adversus duos crimen intentari posse, ab NB. uno. Adversus plures crimen intentari posse, non negamus. sed a diversis. vid. L. 17. §. 6. ff. ibid. junct. L. 26. ff. d. Legib. Vel (b) si pertinaciter contenderis, Leges dicere (quod non dicunt), ab eodem posse adversus duos crimen simul intentari, scias tum oportet, Marcianum in d. L. 7. Papiniani in d. L. 39. sententiam, retulisse, non ut probaret, sed ut refutaret. Notavit, non probavit Papiniani sententiam. Ita Marcianus in d. L. 7. habet: in libro 2do de adulteris Papiniani, Marcianus notat: Incesti commune crimen adversus duos simul intentari potest. Ita notasse nostros Jctos, observavit Pater meus. Admont. 3. 111. Et quod probo, mutua illos inter observata a nobis æmulatione. vid. sup. p. 101. Videamus, quam (2.) objiciunt Legem 6. in fine de adult. Marius, habet ibi Jctus, etsi duos reos ex alio crimine habeat, poterit jure viri tertium accusare. quoniam ea causa non cadit in numerum aliarum &c. dictum exceptum casum continere, ubi quis duos habet ad vindicandam suam injuriam. h. e. ratione commissi adulterii. Ita vult nostri juris regula: quod unam legem (hanc) ex alia (ex L. 11. act. &c.),

supplere debeas L. 16. LL. Ita significat, *¶* NB: *alio crimine*, adulterii scilicet. Conf. L. 8. C. *d. adult.* Ita jubet in d. L. 7. *ta. maritus.* Maritus enim quā maritus, duos reos habere nequit, nisi causa adulterii. Ita arg. v. *Jure Viri.* Jure viri, & *tertium* vult accusare, & duos jam habet. *Jure viri.* h. e. ad vindicandam suam injuriam. Quoniam autem Jctus dicit, illud ibi speciale esse, ideo, quoniam ea causa in cæterarum numerum non cadat, quid sequitur? Alias non licere duos, minus multo, tres accusatores habere. Sequitur tandem (3.) quam in frontispicio collocant L. 16. C. *de his qui accus.* lidem, *Dioclet & Maxim.* ita rescripserunt: *Cum rationibus juris congruis desiderium tuum, postulantis, accusationem tertiam ei, qui duos reos delatos habet, non permitti, contra Legum præscripta (præcepta), alii vöolunt.* Frustra! arg. L. 5. C. *Fin. Reg.*) *nisi suas suorumque injurias quis prosequatur.* Cum quibus rationibus juris, hanc legem vulgo opponunt, dicitæ Legi 12. &c. ? unica exceptio probabit. Eundem casum exceptum habet, quem eximit mox visa L. 7. *de adult.* atque ipsi regulæ statim subjicit Jctus in d. L. 12. §. 1. *d. Accus.* *Ubi quis suam suorumve injuriam prosequatur.* Quod ipsa illa ibi prolata verba finalia indicant: *Nisi suas suorumque injurias prosequatur.* Sunt alia adhuc in hac juris civilis quæstione, quæ habemus, sed quoniam, postquam hæc Typographus jam habet, in mentem venit, Leges promississe in foro adhuc obtinentes, hæc autem materia hodie tantum usum magis non habet, sic est, reliqua *Angeronia litch.*

I V.

Ad L. 31. §. 1. ff. *d. Hered. Pet.*

Sed si PRÆDONI ALIQUID debebatur, hoc deducere nequit, MAXIME si id fuit debitum quod natura debebatur.

Dubius nescio quis, Ulpianæ locutionis sensus, extra juris nostri pomeria, quosdam Nostros deduxisse visus est; dum ex L. 31. §. 1. *de Hered. pet.* constanter ita de jure profitentur; *Mala fidei possessorem, non deducere posse, id quod defunctus ipsi debebat. Sive etiam id fuit naturale tantum, sive civile debitum.* Non accurate sic satis, Humanissimi Viri! Cum enim (1.) regula sit juris nostri generalis: *id quod per actionem peti potest, per exceptionem deduci magis posse.* L. 18. §. *fin ff. Commod.* Eademque regula (2.) in solo deposito fallat, ut habet §. 30. *Inst. de Act.* Sic est, non video, in hereditatis petitione, quomodo admitti exceptio etiam possit? Cum (3.) contra potius, exceptio unius (depositi) casus, firmare regulam debeat, *ir-*
cæte-

care is casibus non exceptis. v. L. 12. §. 43. d. *Inst. Instr. leg.* Nihil huiusce facit d. L. 31.

I. Non de *omni* enim, in genere, *mala fidei* possessore, sed de solo NB. *Pradone*, texum agere, video. Vis *Pradonem*, cum *mala fidei possessore*, confundere? Ast contra tamen potius, ita tenuerim: Omnem *pradonem* quidem etiam *mala fidei* possessorem esse; sed non vice versa. *Mala fidei* possessor omnis ille est, qui *mala fide* h. e. non *bona fide* possidet. *Prædo* autem etiam in specie ille dicitur, qui hereditatem ad se non pertinentem, invadit. Vid. L. 25. §. 3. ff. *her. pet.* De illis, qui alterius hereditatem invadunt, in hunc modum rescripsit Imperator in L. ult. C. de *Compens. in fine*: *Possessionem autem alienam perperam occupantibus, compensatio non datur.* Quid vero, obsecro, nunc dilucidius, quam de tali quoque *pradone* dictam L. nostram 31. agere? Conf. L. 26. ff. d. LL & §. pen. *Inst. ad Leg. Aquil.* Ita teneo, ita de jure omnino existimo: *Pradonem invadentem ad se non pertinentem hereditatem, non: mala fidei possessorem tamen, deducere posse, si quid ipsi defunctis acbuerat.* Dicam compendio quoad utrumque. Quoad *posterius*; ita putem, faciunt allegati ante textus in L. 18. §. fin. ff. *Commod. §. 30. d. act. L. 12. §. 43. Instr. Inst. Leg.* Ipsam autem adhuc veritatem, qua potius haberi nihil oportet, antestemur. Dic, *mala fides*, quid est? Ubi quis nescit, rem ad se pertinere, vel si *maius*, ubi quis scit, rem ad se non pertinere. Dic jam, quid possessori imputari potest, quod sciat rem ad alterum pertinere? Aut, quo juris fonte, ab illo exigerem, ut hereditatem quam scit ad alium pertinere, ultro ipsi cederet, qua de, juris regulæ ipsi permittunt, ut deducere possit, si quid vicissim ipsi debebatur. Si qui textus videntur (nullus talis mihi videtur) aliud velle, ad eos habe, agere de illo *mala fidei* possessore, qui *prædo* est. Ita quoad *mala fidei* possessorem, paucis. Alia, ubi opus est. Quoad *Pradonem* vero; ne dixerim illum deducere posse de hereditate si quid vicissim ipsi debebatur, me movent, verba liquida in d. L. ult. C. de *Comp. in fine*. Si non vis & de eodem *pradone* idem dixisse, Legem nostram 31 *maius de her. pet.* Ut dicam de jure: *Pradonem* deducere non posse si quid ipsi debeatur, a me ita impetrat, Doctrina JCr in L. 176. de *Reg. jur.* *Non est privatus concedendum, quod per Magistratum publice potest fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.* In hanc ergo legem peccans (*invadens hereditatem propria sua auctoritate*), frustra expectabit privilegium (*ut deducere queat quod sibi debebatur*) a lege (d. 18. *Commod*), qui dum invocat legem, peccat erga legem. ut recte dixit JCr in L. 37. in fine. de *Min.* Neque enim maleficiis hominum indulgendum est. L. 38. R. V. &c. Ne *Pradoni* concedam ut deducere possit, id quod ipsi debebatur, vult vulgatum illud: *Spoliatus restituendus ante omnia.* Conf. *Forn. 2. Sel. 14.* Si qui autem textus (certe ratio nulla) in contrarium velle videantur (quales autem nullos ego novi); ad eos Respon-

deo, debere intelligi, de malæ fidei possessore, simplici illo, qui bonâ non invaserat dolo, sciens illa ad se non pertinere. Et ita quidem in primis mihi videtur, dictam L. 31. intelligi commode posse; saltem ita de jure profiteor, mediam tenens sententiam, distinguendo inter malæ fidei possessorem in genere, & illum in specie, qui prædo est. Si vero summa ope contenderis, *Legem & de illo malæ fidei possessore agere, qui simul bona non invasit;*

II. Malim tum cum Fulgoscio ad hanc L. distinguere, inter *compensare & deducere*; ita ut *mala fidei possessor*, non quidem deducere attamen compensare possit, si quid vicissim ipsi debeatur; sub hoc diversi effectus discrimine; ut *deducere* in rebus etiam illiquidis, *compensare*, in debitis liquidis tantum locum habeat; Ita malim cum Fulgoscio dicere, quam vulgatam illam sententiam meam facere, quasi vero malæ fidei possessor ille, qui non simul invasor fuit, *compensando* non deducere possit, si quid liquido debeatur vicissim ipsi. Sed dixi, ita me malle, quam prædictam illam vulgatam sententiam probare; Quominus enim alias nec eam Fulgoscii ratam habeam, facit, non tantum, quod textum agere vides, de eo quod *debetur* ad liquidum; sed nec quidem etiam bonæ fidei possessorem deducere statim posse existimem, si quid sibi deberi dicat.

III. Dixerim itaque, si adhuc perseveres, dictam L. 31. de malæ fidei possessore omni in genere, loqui, *to maxime*, hunc sensum habere; ut non implicet scilicet, sed extenuet, non id significet, ac si alias & idem obtineret, si debitum civile esset, non ita, sed, quod alias idem non sit. Hoc dixerit tantummodo, id Prædonem deducere non posse, si quid ipsi non jure civili, sed sola obligatione naturali inefficaci debebatur. Sæpius ita verbum: *maxime*, in nostro juris corpore, capi, Vid. ex. gr. L. 1. ff. de *Concub.* L. 37. §. 3. leg. 3. L. 2. §. 2. *hered. vend.* Idem dixit, dicendi magister ille Cicero, ubi pro Rosc. 57. ita verba fecit: *Vos autem maxime* (h. e. tantum unice) *in eas impetum debetis facere, qui me-*

IV. Quid? si legem hanc, de debito simul rei *minima* intellexerim. arg. *¶. aliquid.* H. e. *quid* sive *exiguum*. Quemadmodum enim, ipsæ illæ notiones: *aliquid, quid*, per se ab hoc non alienæ sunt, ut *non multum* significant, sed *parum, exiguum, aliquid*; Ita vero ad hunc sensum, *to aliquid, quid*, cum emphasi, h. e. pro, *re minima*. Nostros significasse, una adhuc vel alia quæ scribenti in mentem venit, observatio docebit. Non sine ratione autem, & ita *to aliquid*, JCrus. in hac Lege sumserit. Ut exemplum nimirum ejus sit, quomodo minima in jure non spectare debemus. Conf. L. 9. *dol. mal.* L. 4. *Rest. in integ.* Ut alias non, ita vero quanto minus, quoad *minimam* rem deducendam *universali*, hereditati. conf. L. 24. V. S. Ita vero *to aliquid* in hac lege nostra 31. capi debere, sine aliqua dissidentia mei animi dixerim, si de malæ fidei possessore illo etiam simplici, JCrus. ibi. egerit.

Ita.

Ita vero *to* aliquid significare posse, sequentes adhuc observationes, probant.

V.

Ad §. 1. *Instit. de Jur. Persf.*

Es libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas ejus quod cuique facere lubet, nisi si QUID vi aut jure prohibeatur.

Tiro, memini, dubium in disputatione publica feci, juris alicui candidato (ipse putabat) strenuo, circa definitionem, quam ex institutis bona fide descriperat, *libertatis*. Dubium tale erat: quod juxta definitionem illam, nulla discriminis ratio esset, *libertatem* inter, atque, *servitutem*. Sicuti enim libertatis illa definitio haec est: *Facultas ejus quod cuique facere lubet*, NB. *nisi si quid vi aut jure prohibeatur*; Ita vero & homo servus facere posset, quod vellet, si non id ipsi prohibitum esset. Dominus candidatus, ad dubium, respondebat ex Tacito. Ita vero semper mihi visum fuit: *to quid* in dicta *libertatis* definitione negligenter valde, superficialiter ita Nostros relegere; cum contra potius scriptum cum emphasi animadverti oporteat. Hic sensus est: *Homini libero, quid (pauca, aliquid) prohibitum est. Ut contra, servo multa prohibita sunt. Imo omnia regulariter. Comparatur enim mortalitati, servus. L. 32. 209. de Reg. Jur. H. e. ut ipsum jus, ex observatione nostra, sapias nunc; de homine libero argumentaberis ita, & concludes affirmative: Licetum ipsi esse; nisi prohibitum esse ipsi aliquid, probari possit. In servo contra; Negative ita in dubio dices: Licetum ipsi non esse, nisi permissum esse aliquid ipsi, probari possit. Quot casus non decisos ex arena, quantam non juris Sapientiam, ex utraque illa juris regula ita habes?*

Sed & illud, *to quid* in dicta *libertatis* definitione, observatum cum emphasi, docebit: In omnibus illis quae contra libertatem sunt, argumentari nos debere, striete: *Panca*, Te debere dicere, *quid, aliquid*, prohibitum, exemptum esse. Vid. ex. gr. quae dixi de Jure Nat. Can. &c. Ita etiam, illam publici juris quaestionem decido: *Quale bellum intelligendum sit, si convenerit, ne foederatorum unus sine jussu alterius bellum suscipiat? Dic, bellum offensivum tantum, pacto tali, non etiam defensivum prohibitum esse uni, sine jussu alterius. Ratio, quia sicuti pactum tale, obicem ponit libertati, & juri faciendi quod lubet; ita vero in casibus ejusmodi, argumentari debemus striete, quid (solum bellum offensivum), non multum (bellum etiam defensivum),*

siuum), prohibuit esse. Consentit, in ipsa re Grotius 2. 15. Sed non, quod dixi, argumento.

V L.

Ad §. 9. *Inst. d. Usucap.*

Edicto Divi Marci cavetur, eum, qui a fisco rem alienam emit, si post venditionem, quinquennium praterierit, posse Dominum rei exceptione repellere. Constitutio Divae memoriae Zenonis bene prospexit iis, qui a fisco per venditionem, aut donationem vel alium titulum, accipiunt ALIQUID, ut ipsi quidem securi fiant statim, & victores existant, sive experiantur sive conveniantur.

Numquid, Legem 17. ff. d. LL. insigniter offenderit, optime meritis alias de re litteraria Arnold Vinnius, dum ad §. 9. *Inst. d. Usucap.* huic, contrariam Legem 13. §. 9. ff. de *Hered. Pet.* existimat, Tuum B. L. iudicium esto? Moverur, ni fallor, quod, sicuti emitorem statim securum esse, si quis a fisco aliquid emit, §. 9. hic in *Inst.* habet, ita vero, contra eum, qui a fisco hereditatem emit, actionem utilem competere, in *d. Lege 13.* Jctus respondit. Sed quid inde? An hoc est, legem unam discrepare ab alia? At vero mihi contra potius, non perceptam juris Nostri Grammaticam, extra verum ejusdem nostri juris civilis tramitem, abripuisse Vinnium, haud ita pridem paruit. Cum alias enim, vel ex solo illo verbo, in *d. §. 9.* NB. *aliquid*, dicere debuisset, ibi de re *exigua*, in *d. L. 13.* vero, de re *majoris* momenti, agi. Quemadmodum enim nostros Jctos *res aliquid* ita significare, jam vidimus, & per hoc, ad conciliandos dictos textus, dictam *L. 13.* de re *majoris* indaginis, agere, concludere debuisset, juxta praescriptum Legis 26. ff. d. LL.; Ita vero, de re *universali*, de *hereditate* dictam *L. 13.* agere, ipsa rubrica, quin & ipsa Lex verbis probat. Ita textus concilio; Ita ex illis de jure puto: Si quis *aliquid, rem singularem* a fisco emerit, jam securus statim erit emtor; Contra, si *hereditatem* rem universalem a fisco acceperat. Ita, existimo, per dictas leges. Et habet haec sententia, rationem maximam. Neque enim universum patrimonium auferre alicui debemus tam cito, quam quidem rem singularem aliquam. Cum, universa bona auferens, ipsam quasi vitam auferre alicui cen-

conferetur. Conf. Grot. 2. 1. Ita, legenti in auditorio Patris dictum §. videbatur, cum conciliari commode posse, cum dicta L. g. 13. Ita, & alios sentire ipse Pater statim dicebat, & postea apud Accursium vidi. An dicta ratione? adhuc hodie non scio. Sed, an non de Jure Codicis in Leg. 2. C. de quad. prescript. dicendum aliter; omnem scilicet differentiam inter actiones tam singulares scilicet quam universales, sublatam esse, argumento verbi initialis: *quascunque, quocunque* Jure. Non ita videtur, propter verba ibidem initialia, *tam mobiles, quam immobiles*. Siquidem hæc mobilium & immobilium divisio, tantum est rerum *corporalium*, hæreditas autem ad res *incorporales* pertinet. vid. §. un. de reb. corp. & incorp. Cætera dictæ Legis 2. verba, memoria non teneo, nec evolvere etiam nunc licet. Hæc autem in ipso prandio, inter alia occupatus, amanuensi ad calamum dixi, pro festinante Typographo. Sed & illud ita addo, quod adhuc in mentem venit: malle nimirum me *to cum* in L. 13. ad ipsum *§. cum* referre, quam antinomyam inter legem illam, & dict. §. *phum* 11. agnoscere.

V I I.

Ad §. 1. Inst. de Exhered. Lib:

Posthumi quoque Liberi &c. Sed feminini quidem sexus persona, vel nominatim vel inter cæteros exheredari solebant, dum tamen si inter cæteros exheredarentur ALIQUID eis legaretur. ne viderentur præterita esse per oblivionem &c.

Nervum plane ipsius Legislatoris non attigisse mihi hucusque crediti Nostri sunt in §. 1. *Inst. de Exher. Lib.* Dum pace bona, sine ulteriori habita ad textum observatione, eum ita relegunt: *inter cæteros, filias exheredari posse modo aliquid eis pralegetur.* Pater meus, in tractatu quem de *jure ventris* scripsit, accurate & melius, in hoc *§. pho* observat, legata esse *damnosa* posse. Sicuti enim inter cæteros, filiaz exheredari non possunt, nisi aliquid eis legati nomine relictum sit, vel ut alias testamentum totum nullum dicere queant; Sic itaque, in casu ubi hereditas ampla est, vel quoties major illarum portio hereditaria fuisset quam legati nomine eis relictum est, toties legatum inter cæteros exhereditatis relictum, *damnosum* erit. Quoniam, si

exhe-

exhereditatis ita ipsis legatum nihil fuisset, totum tum testamentum nullum dicere, & sic cum aliis liberis, parenti ab intestato succedere in universum potuissent. Cui contra, orbatæ hereditaria majori parte, contentæ cum eo esse debent, quod legati nomine ipsis relictum est. Legatum utique damnosum ! Docet porro Pater meus, usum hujus observationis, circa intellectum *Legis 17. ff. d. Leg. 1.* Videamus eam ab initio, ab ovo ad malum. Ut est in proverbio.

Quæro, an in legatis, venter pro nato habeatur ? Quid hoc sit, intelligunt tirones primi, qui Auditoriorum juris limina salutaverunt vel è longinquo. Itaque explicationi talium supersedeo. In quæstione autem affirmo. Propter, vel solam illam juris regulam : *Venter habetur pro nato, quoties de ipsius commodo agitur. L. 7. ff. d. Stat. hom.* Legatum autem capere, cum sit donatio, ni fallor, commodum est. Conf. §. 1. *Inst. d. Legat.* Dissentit tamen in dicta quæstione *Vinnius*, seductus dicta *Lege 17. de Legat. 1.* Dic, legem agere, de legato ventri *damnofo*. Quo de v. g. in *Spho* nostro *Imo*. Damnosum esse posse tale legatum, vidimus. Damnosum magis erit, si legata sit res *minima*. Sed & de re *minima* dictum *sphum* intelligi posse, atque legatum etiam rei minimæ textum admittere, nemo credo ibit inficias, quia rem *magnam* textus non desiderat. Recte omnino ! Sed ulterius adhuc, ex aperto textus verbo, sufficere, si res *minima* legeretur, atque filias acquiescere ultimæ parisi voluntati debere, etsi vel res *minima* ipsis legata fuerit, aperte textum dicere, probò, ex verbo in dicto §. ibi *NB. aliquid*. Quis quæso enim, ex vel solo verbo illo relecto cum emphasi, non animadverterit statim, de re leganda etiam *minima* agere. Quis, obsecro itaque, scriptum hic diligenter *to aliquid* ita animadvertens, non vel ex hoc solo textu probaverit, observationem nostram veram esse : *ta, quid, aliquid*, scripta a nostris *arebus*, significare aliquid quod exiguum est ? Ut vel sola pressior lectio ad verbum, *aliquid* in hoc nostro *spho* id dicit, ita vero id in propatulo habet, in *ψ. NB. ne viderentur præserta esse per oblivionem*.

V I I I.

Ad L. 22. ff. d. Testib.

Curent Magistratus cujusque loci, TESTARI
 VOLENTIBUS, & se ipsos, & alios, testes
 vel

*vel signatores prabere : quo facilius negotia expli-
centur, & probatio rerum salva sit.*

Quid quidem, *Venulejum* in L. 22. ff. d. *Test. de: testari volentibus*, admo-
nuerit? DDres nostri, non ore uno testantur.

I. DUARENUS 1. *Disput. 30.* tam de testamentis, quam aliis quibus-
cunque probationibus, per testes faciendis, Jcti verba significat.

II. GOTOFREDUS, etsi nulla ratione, attamen, ut singularem
modo, ut reor, ab aliis sententiam foveret, Legem nostram, ad testa-
menta potius referendam existimare voluit. Eodem fundamento, ni fal-
lor, quo nonnemo sibi soli religionem unam seivabat, quod, audive-
rat, ex qualibet religione *salvaretur unus homo*. Non placet fundamentum.
Non placet Gotofredi sententia. Ut nec Duareni. Quod ab utroque enim
dissentiam, ratio me movet. V.g. (1.) quod in *toto titulo ff. qui de Testamen-
tis* scriptus est, nullam inscriptionem, quæ hic in nostra L. est, de *Officio-Pro-
consulis*, reperiam. Ut nec (2.) in toto etiam ff. titulo, *de officio Proconsulis*, ex-
emptum aliquod testamenti faciendi præcise apud Proconsulem, deprehendo.
(3.) Juris fideiætarum esse, *ut coram Magistratu fiant testamenta*, non etiam
memini. (4.) *Se ipsos prabere*, quod dicit Lex nostra, haud satis apte, testa-
mentis, quæ domi *plerumque* non coram iudice ac publice celebrari consue-
vere, respondere mihi videtur. Conf. L. 19. *Off. præf.*

III. Ita ergo existimo; *Venulejum*, de solis *testium* vel in iure coram ipso
Magistratu majori vel in iudicio coram datis ab eo iudicibus pedaneis, pro-
ductorum denunciationibus, intelligendum esse. arg. *¶ Curent magistratus*. Ita
probat, lex seq. Quæ ita incipit: NB. *Produci testis is non potest, qui ante in
eum reum testimonium dixit*. Quid dilucidius, quam in Lege nostra, de eo
actum, qui testes producere voluit? Adde, eundem auctorem *Venulejum* in
utraque lege esse. Ut testes producere volentibus, Magistratus se totum præ-
bere debet, in L. 22. Ita, uno eodem *Venulejo* auctore, produci testis is non potest,
qui ante in eum reum testimonium dixit. in d. L. 23. Quid est tam manifestum,
quam utrumque illud, in duabus illis legibus *Venulejum* dixisse? Eo sensu
autem, *to testari*, vides apud Ciceronem, ubi pro *Flacco* dicit, *vociferarer
quantum maxime possem, contenderem, testarer* (in testes producerem) *Publica-
nos*. Et apud *Maronem*

Vos æterni ignes & non violabile numen testor.

Hoc est, in testes voco. Licetne testari? Utique liceat, *Magnum Grotium*,
ubi Romano *Feriali* carmine probat: *Ego vos testor, populatum illorum injustum
esse, neque jus persolvere*. vid *Grot. 2. 1. 4.* in fine. Adde, ex bis sex Tabulis,
sphum: NITANTESTAMINO IGITUR EM CAPITO. H.c. si in jus

Q

voca-

vocatus, vocantem sequi volebat, poterat tunc hic, *in testes vocare*, quos vel secum sumferat, vel si hoc neglexerat, qui obviam sese dedissent: & sic vocatum in via sistere, ne abiret longius. Sed quid hoc mirum est, *testari*, active ita significare, pro, *testem producere*, *vocare in testem*, cum & passive sumi, ex illo *Plantii* constat, in *Poenulo act. 5. sc. 4. v. 59. NB. ite in jus ne moramini antestari* atque duce. Dixisse & ita possunt Decem Viri in 12. Tab. §pho QUI SE SIRIT ANTESTARIER LIBRIPENSVE FUERIT, NI TESTIMONIUM FARIATUR IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO. H. e. Qui in testem se vocari passus est, aut mancipationi solenni libram tenuit, postea vero testimonium defugit, infamis ille & nunquam iterum esse testis debet. Sed habeo ad hanc, aliasve 12. Tabularum leges, multa, quæ inter strepitus, *Gasilorum*, *Carpzoviorum* &c. forentes Germanicos, communicare non possum cum publico.

Observandum illud omnino erit, in lege nostra, particulam *vel* (non & ut in præcedentibus) hoc loco *signatoribus*, post vocem *testes*, diligenter a Jcto esse oppositam, ad innuendum scilicet, antiquum testationis signandi munus, non Advocatis semper aut Tabulariis, apud Romanos, pragmaticisve ceu publicis atque a testium persona distinctis personis incubuisse, vid. L. 9. *princ. §. 4. & 51. d. pan.* Sed sæpius etiam privatis testibus, si *honestiores* in primis ac *nobiles* essent, permissum fuisse. *Tabula*, ita Cicero Jctus habet in Orat. pro *Quinct. maxima signis hominum nobilium consignantur, discedis.* & alibi in eadem oratione: *Ejus rei conditionisque tabellas obsignarunt Viri boni complures, res in dubium venire non potest.*

De signandi munere, pertinente ad *testes*, *scribas*, *tabulariosve*, quæ *Pancirollus*, aliique habent, describant, per me licet, universitatum scribæ Magistri. Mihi observasse satius erit, de signantibus *Principibus*, *Levitis*, atque *Sacerdotibus*, locum *Nahemia 9. v. ult.* Vel C. 10. v. 1. apud *Tremell & Jun.*

Illud ex *Lege* nostrum faciamus, in testimoniorum causa, non debere iudices tardos esse, sed testari volentibus, se ipsos & alios præbere totos. *Ratione* ibidem: ut probatio rerum salva sit. Id autem quod notandum maxime, si periculum in mora sit, h. e. ut dici solet, *in perpetuam rei memoriam.* Quod profecto, in *Lege* nostra fundamentum habet maximum. in v. & probatio rerum salva sit.

I X.

Ad L. 47. ff. d. Leg. Ildo.

Sempronius Proculus Nepoti suo salutem. Bina tabula

la testamenti eodem tempore **EXEMPLARII** causa scripta, ut vulgo fieri solet, ejusdem Patrisfam. preferuntur. In aliis centum, ita alteris quinquaginta aurei legati sunt Titio. Quæres utrum 50. aureos, an 100. duntaxat habiturus sit. Proculus respondit, in hoc casu magis heredi parcendum est. Ideoque utrumque legatum nullo modo debitum : sed tantummodo quinquaginta aurei.

Quid proprio, *Exemplaris*, vel, *exempli* nomine, Jcti Nostri significaverunt ? est controversia. *Scripturam originalem*, sive *authenticam*, vel *authenticum* (ut Paulus habet in L. 2. *fid. instr.*), intendisse illos, putat BARTOLUS, & qui Bartolum sequuntur ALII contra, *transumptum*, *copiam*, *descriptumve*, nomine *exemplaris*, Jctos nostros dixisse, tenent. Vid. *Calvini Lexicon* in hac voce. *Gorof.* ad L. 47. *Leg. 2.* Mediam viam eligo : Si plura scilicet aliquis eodem tempore unicoque contextu, instrumenta fecit, adfurgam *Bartolæ*. Alias contra. Utrumque ; Legibus illis quibus inter se alii Nostri dissentiant. Habet, media via illa, fundamentum sic satis firmum : Quod illo casu, plures ejusmodi codices, omnes pro eisdem habendi sint. arg. §. 13. *Inst. d. Test.* Neque obicem in hac via media possit, vox ipsa *exempli*. ILLI enim casu, quasi codex erit, unde pro *exemplo* describere alii possunt ; sive, ex quo sumuntur *exempla*. Ut & unum ita alteri *exemplum* est. ALTERO vero casu, non erit pro exemplo aliorum inde desumendorum, sed ad *exemplum* potius prioris instrumenti ceu *exemplarii* factum ; vel quod ad similitudinem alterius verborum descriptum est, dici existimo. Cæterum : *Exemplarium*, pro *exemplari*, *exemplo*, sumi, apud *Plinium* 2. 6. 28. &c. vides. Sed quid dicendum in dubio ? *Re. d. L. 47. ibi plerumque. ut solet.*

Habet usum controversia. Demus : Duo instrumenta proferri ejusdem temporis, & testatoris ejusdem. Unum dicit *Titio, 100.* esse legatos, alterum, 50. Illi in *authenticis*, hi in copia sunt. Dic : Legatarius posse 100. petere. Obstat *d. L. 47. Re. loqui de duobus authenticis*. Nos de uno *authenticis* & *transumptio altero*. Ubi diversa ratio : quod copia originali cedere debeat L. 2. *ff. fid. instr.* Quod de duobus talibus *authenticis*, cum idem valeant, dici non potest. Valeat ergo utrumque & capiat legatarius, in quo duo *exemplaria* conveniunt. H. e. quoad 50. *Hosenim* & illud *exemplar* habet, quod 100. habet. Cum 100., quinquaginta in sunt. Vid. L. 110. R. J. Porro : in **PRIORI** casu etiam, si quis v. g. cedere debeat exem-

plaria; descripto vel transumpto alter esse contentus non cogitur, sed poterit ipsum unum authenticum petere. Secus in casu altero. Utilitatem maximam observatio sequens habet. quæ hanc scribendo ansam dedit.

X.

Ad L. ult. C. de Edict. Divi Hadr. Toll.

Edicto Divi Hadriani &c. Sancimus, ut si quis ex asse, velex parte iustitutus, competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque sua forma parte vitiatum, sed quod in prima figura, sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, qua testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur & eam testificatione publicarum personarum accipiat.

NOta consilium, dicere soleo in collegiis, Advocate future, pro Te, vel pro Cliente Tuo, ex *L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* Si quis in testamento heres scriptus sit; vallato legitimi numeri testium signaculis, carenteque vicio visibili, sed quode dubitas, an alias valeat, v. g. quod Testator potestatem testandi non habuerit; Dic, an labefactus tibi animus cadet; An vinea cedes adversario? Cave! Jura sapias. scias, Te missionem in relicta defuncti bona, coram competente Iudice, petere posse, modo hæc (quatuor) apud memoriam studentium deponere soleo, ut illa gaudeat) adsunt: (1.) testamentum (2.) legitimi numeri testium signaculis munitum, (3.) Carens visibili vicio, in quo (4.) ipse heres scriptus sit. Ita possessionem petere poteris. Ita in ea manebis, usque dum contradictor alter, postea docere Jus potius possit. Dicis, quid juvat, si ergo postea hereditate carere debeat? & habe Pauli doctrinam: *Possessionis magnus commodum esse.* Non tantum quod onus probandi alteri jam incumbat; quod solet difficile esse, & alia quæ vulgo dici solent; sed & sæpe homines, si adversarius in possessio-

netur.

nom missus semel est ex sententia judicis, vel diffidentia causæ, vel inopia, deficiente scilicet rerum gerendarum nervo, a lite abstinere solent, licet maximo jure alias rem persequi potuissent. Ceu ego Patronus causatum sapius memini, ex utraque causâ, ita clientes res retinuisse, quas, initio quidem narrato aliter factis, omni jure, at postea tamen, nullo plane jure, ad illos pertinuisse, apparuit. Is, recte ergo hisce verbis consulit Paulus in L. 6. R. V. *qui destinavit rem petere, animadvertere debet an aliquo interdito possit nancisci ei possessionem: quia longe commodius est ipsum possidere & adversarium ad onera periculis compellere, quam alio possidente petere.* Ego & aliam rationem addidi, quod ita sapius quis, alteri deficiente vel animo, vel, quæ maxime ad lites requiritur, causâ bursali, sola possessione, rem retineat. Valet consilium, valet lis nostra addita ratio, Qui causas etiam quas sciunt improbas suscipere solent: sed hoc merito sacerdotum juris non appellamur v. L. 1. *Just. & Jur.* Valeat tum consilium. Valeat tum nostra ratio, in casu quo de inter Nostros adhuc controversia est. Quia & in eo casu ubi apertum jus pro Te militat, cape tamen ex ratione dicta nostra Pauli consilium, & fac, possessione gaudeas. Ut alterum ita de ulteriori litigio fortean detineas. Cum alias, licet causam justam foreas, succumbere tamen possis. Aut nescis, sub justissimo etiam elipeo interdum perire clientem? Nescis, rationem hujus; nescis, Tria verba: *imperitia, culpa vel dolo* Judicis injustas fieri plerumque sententias. Ignoras iterum hujus rationem, Tria verba dicere: *sordes, inimicitiam* (erga te), *gratiam* (erga adversarium tuum)? Ceu tria hæc Juris verba, studiose observo in L. 15. §. 1. *d. jud. &c.* conf. *nostra Tria quatuorve Juris Verba* p 109. Animadvertere ergo, & is debet, qui destinavit hereditatem petere, num in possessionem venire possit? Sciar, ex dicta *Lege ult.* tum id se posse, si Testamentum scriptum pro se habeat, munitum testibus, & carens vicio visibili. Consilium, ni fallor, & jurisprudentia noranda bene. Et quæ de ergo videamus alia, rei pretium erit. **Quæro:** si quis testamenti, transumptum vel copiam ita pro se habeat; Finge authenticum amissum dici, atque copiam produci; **Quæro,** an descripto hoc, in possessionem aliquis mitti debeat? Non debet. Quia non probat, in ipso testamento scriptum se heredem esse. Ita scilicet capio *scriptum NB testamentum:* h. e. non scriptam *copiam.* H. e. quod scriptum est ut testamentum. Tum, eo tempore, eo actu, ubi, testabatur. Neque obstat L. 1. §. 5. *bon. possess. sec. Tab. N.* Loquitur de duobus exemplaribus authenticis. Horum uno amisso, poterit ex altero extante, bonorum possessio secundum Tabulas peti. Non ergo, simul innuit JCtus, si unum exemplum habet, quod transumptum est. Ut magis hujus legis argumentum prober, quod ad *d. L. final.* monui.

Nec possessionem bonorum ex *L. fin. C. ed. D. Had. toll.* Nec bonorum possessionem secundum Tabulas, in *d. L. 1. §. 5.* quis habere poterit, nisi productis, extanteve, exemplari *authentico.* Non, exemplari *transumpto.*

Id quod, ad hanc *L. fin.* & non ad d. L. 1. §. 5. annotavi, ratio est, quod scribenti, pro cliente, dictam *L. fin.* ita in mentem veniebat, in quaestione: *Num missionem impedire queat, qui dicit, testes non simul praesentes fuisse?* Non posse, argumentum feci, inter alia (1.) Quoniam, de *visibili* vitio legem loqui DDres volunt, & verbum probat, ibi NB *apparet*. H. e. vitium quod quis naturali lumine videt. H. e. ut ego ad decidendos omnes casus, hac in parte unicam regulam facio: *Quoties Judex tale vitium ipse videt, ob quod testamentum fura nullum dicunt, testes missionem non dabit.* H. e. v. g. Si testis sigillum desit, ut habet *Vig. Zwich.* ad hanc legem & recte. Potest enim tale vitium Judex videre. Idem erit, si *feminam* testem, viderit Judex. Hoc est, ergo, non idem erit, in quaestione an testes simul praesentes fuerunt? Quia hoc suis oculis videre non potest. Ita legem hanc debere intelligi, ita dictam litem, recte me defendisse, facit, (2.) quod causa *possessorii* sit, quae sine ulteriori Judicii strepitu, levato velo, ut Jcti habent, expediri debet, & non protelari quaestione ulterioris indaginis, v. g. *an praesentes simul testes fuerunt; aliusve,* quas ipse Judex statim non videt.

Quae autem dum scribebam, in mentem venit, tria forte an posse in d. L. *Judicia* observari. (1.) *possessorium*, quod dicunt, *summarium*. (2.) quod audit *summarissimum*. (3.) ipsum *petitorium*. Usus: ut scias, unum per alterum (ut ipse textus indicat) sopitum non esse.

Sed & illud ex lege sequitur: falsum esse, quod DDres ex L. 6 ff. d. *jud.* fabricant, & caeco impetu unus ex alio descripsit: *caecum hominem, posse judicem esse.* *avdaçaturos*, omnino! Neque enim lumine captus Judex videre potest, vitia testamenti alias visibilia. Conf. infra observ. nostra ad d. L. 6. ff. d. *jud.* Non poenitet ita vidisse, ad L. ult. C. d. *Ed. D. Had. toll.*

X I.

Ad L. 41. ff. d. *Usufr.*

Statua & imaginis usumfructum posse relinqui, magis est: quia & ipsa habent aliquam utilitatem, si quo loco opportuno ponantur.

AN *Picturarum, statuarum, numismatumve*, constitui usumfructus possit? *aristarchi* nostri inter se rixantur. Assentior illis, qui hoc affirmant. Propter Juris decreta liquida. vid. L. 41. ff. d. *Usufr.* coll. L. 28. *ibid.* &c. Et qui negaverim, *picturarum* usumfructum esse, quas in tanto pretio Imperator habet,

habet, ut earum favore, cessare regulas juris communis, voluerit? conf. sup. *Quidam ad §. 34. d. Rer. div.*

Qui dissentiunt, argumento utuntur; quod hujusmodi res sua natura sint steriles, h. e. ut interpretor, quod utilitatem non præsent, ususfructus autem, in utendo fruendoque consistat. Et hætenus recte, hoc dubio motus fuisse dixeris; Cum & olim Nostros, hoc allegasse, *Mauricianus* Jctos, in Lege nostra dicit, dum eis occurrens, adducendo rationem sententiæ suæ, respondet: *quia & ipsa habent aliquam utilitatem.* Ceu ita ex more nostri, adducta quasi vero ratione suæ sententiæ, rationem dubitandi vel dissentientium refutare solent. Id quod observare operæ pretium est. Conf. sup. *Quidam ad §. 34. R. D.* Sed quale in ergo utilitatem, picturæ & imagines habent? verba legis tacent. Dic, *amœnitatem*, Jctos, utilitatis speciem habuisse. Ita enim etiam, amœnitatis causa, *aqua ducenda*, esse servitutem posse, vid. in L. 3. *aq. quor. & est.* Ita & amœnitatis causa, *porticus ambulatoria*, in ipso aere, servitutem esse posse, *Ulpianus* probat, in L. 8. §. 1. *si serv. vind.* Cum alias, nulla servitus constitui possit, quæ non utilitatem adfert. Servitus enim omnis servire debet. h. e. utilitatem præstare. Sed dic, amœnitatem, utilitatis speciem probasse Jctos. Et recte! Ad eandem nunc amœni prospectus scil. utilitatem, Jctum quoque in dicta L. nostra respexisse, observaveris, si attendas animo, verba scripta ab illo, industria: (a) *si quo loco* (b) *opperinno* (c) *ponantur.* In museo v. g. ante faciem, vel in horto, ut prospectum faciant amœnum, Recreationem facere picturas posse, *Horatius* probat, depictis meretricum imaginibus. Dixi supra de Jur. Naturæ. Ita *Horatius*. Depicta mente nostra, Sacro sancta virgo Themis, recreando excitet animum?

Utilitatem picturas habere & imagines, probant certe Pontificii, qui coram eis genua flectunt. Vere, an falso, non disputo. Quæ ad religionem pertinent, velle Auditoribus dicere, vel ubi jura civilia scribimus, stultum est. Non tangere quidem soleo.

Ita vero de *ususfructuum imaginum* videbatur in Auditorio, intuenti mihi inter dicendum, fugaci oculo, depictam in museo justitiam.

X I I.

Ad L. 1. ff. de Leg. 1.

Per omnia exæquata sunt Legata fideicommissis. Ulpianus respondit, in L. 1. ff. de Leg. 1.

Legata, esse fideicommissis exæquata à se per omnia, dicit *Justinianus* in §. 9.

in §. 3. *Inst. de Legat.* Cui contradicere haud obscure videtur, id jam suo tempore esse factum, affirmans *Ulpianus*, in L. 1. ff. *de Legatis Libro Imo.*

I. *Vinnius* ad dictam legem, esse eam a *Triboniano* interpolatam, notat, in *Commentario* suo, ad §. 3. *Inst. de Legat.* Non opus fuit *Vianio*, ita dicere.

II. Distinguere enim liceat, inter, OMNIA *Legata, fideicommissis exequare* (quod habet & §. 3.) ; & PER OMNIA, *Legata fideicommissis exequata esse* (ut ait nostra L. 1.). Sed nec id necesse est, dicere.

III. Si quis enim advertat animum, ad verba inscripta legi nostræ: ad edictum: facile, de Prætoria QUOD LEGATORUM INTERDICTI materia, Jctum agere, deque hac sola, eum, respondere animadvertet: *Legata esse fideicommissis exequata per omnia.* *Justinianus* autem in dict. §. 3. etiam ultra memorati Prætoris interdictum, legata fideicommissis ad quasvis alias Juris causas, adqueavit per omnia. Adstipulabitur, qui in L. 1. QUOD LEGATOR. eandem quæ in nostra Lege, inscriptionem deprehendit. Varias enim Juris quæstiones ex Legum inscriptionibus posse solvi, observaverant alii. & ego hac vice.

XIII.

Ad L. 16. ff. de Tutelis.

Tutela plerumque virile officium est. Et sciendum est nullam tutelam hereditario jure ad alium transire. Sed ad liberos virilis sexus PERFECTÆ ÆTATIS descendunt legitima; cetera non descendunt.

VERBA: *perfecta ætatis*, esse a *Triboniano* temere adjecta, *Cotofredus* censet; idem, quasi pulchrum bis vel ter, in L. 4. & 8. *de Leg. Tutel.* monet, in antiquitatibus, ac jure, hoc casu, parum peritus *Philosophus* ille. Quid est *Gothofrede*, quid est viri, quod in *Tribonianum*, ita perpetuo insuletis, ubi mendo laborare textum vobis videtur? Quare non potius in unum ex ejus sociis? Atquin, præter *Tribonianum*, fideiatarum compositores, adhuc fuerunt alii XVI. vel ut *Vinnius* notat ad §. 4. Proæm. Præter *Tribonianum Theophilum & Dorothæum*, in componendis fideiatis, XIII. aliis usus est *Justinianus*. Sed oportet *Vinnium*, vel, arithmeticam non recte didicisse. (quasi vero 3. & 13. XVII. facerent); vel, Præfationem *Digestorum* non recte inspexisse. Fuerunt enim 17. fideiatarum Scribæ. vid. *Constit. cordi nobis est.* §. 9. Sed quid est

est ergo, Triboniani solas manes conclames? Quinimo contra: si quid vitii sit, auctorem potius aliquem alium dicamus. Cum, *Tribonianus* exquistor Sacri Palatii, rebusque aulicis implicatus, harum curam magis, quam legum scribendarum, habuerit. Vid. §. 3. *Proem.* Sed quid est, in unum ex iis insultemus, ubi omnis vitii lex pura est, & nescia sordis? Ita profecto, in nostra lege. Observasse enim oportet, *perfectam aetatem*, pro subjecta materia, varie sumi. vid. L. 25. §. 1. ff. *de probat.* L. 1. in fin. L. 32. *Princ. ff. Minor.* §. ult. in fine. Q. *Ex quibus. C. manum.* L. 1. §. 3. *Post. junct.* §. 4. in fin. *Instit. de adopt.* Quin pro ipso Anni 14. aetate, in nostro Jure dici, non ex uno Pandectarum textu satis est manifestum. Vid. ex gr. L. 8. *de Leg. tutor.* Ubi perfecta aetas impubertati opponitur. Conf. L. 18. ff. *de Condit. caus. dat.* §. pen. *J. d. At. Tut.* Cum itaque olim minores ad tutelam de Jure veniebant §. 15. *Instit. de excusat. tutor.* eaque aetas, perfecta vocetur; de Jure hoc, quod filii aetatis perfectae, ad tutelam admittantur, Cajus recte omnino respondit. *Proh miserat Triboniani manes, si accusare eum sufficiat!*

X I V.

Ad L. 9. ff. *de Legatis.* Imo.

Id quod apud hostes legari posse Octavenus scripsit: & Postliminii Jure consistere. Refert Pomponius in L. 9. ff. de Legat. 1.

FAllor ipse; aut *Haloander* injuria, textum in L. 9. ff. *de Legat. 1.* negative substituit, loco, *legari posse, legari non posse.* Male, anteverti dicere. Affirmative namque, *debere legi* (1.) ex verbis; *& consistere*, quae affirmativam plane non negativam locutionem hic exigunt, infero. Idem (2.) ex simplici positione conjunctiva: *&* haud obscure licet colligere. Obstat: id quod apud hostes est, quia est apud hostes, legari non potest. vid. L. 103. in fin. *de verbor. oblig.* *Haloander*, (1.) ut vidimus, voculam, *non*, in legem infarcit. Ita (2.) ex mea sententia: *non posse*, cum emphasi, in *dicta lege* explicari debere, eoque Octavenum significasse, non semper atque indistincte aut regulariter huic responso fore locum; Sed interdum: tunc demum, si res illa qua de quaeritur ab hoste ad nos fuit reversa. Jure namque postliminii, quasi in hostium potestate, nunquam antea extitisset, fingitur, si est ad limina res semel reversa. vid. L. 2. ff. *de capt. & postlim. revers.* Satis autem constat: verba, *potest, posse, possunt*, singularis alicujus casus excepti, esse indices, vid. ex gr. L. 101. ff. *de Verb. Oblig.* Ut pater meus observat, in *tract. de Jur. ven-*

vis. Quibus adde, hanc legem nostram. Et §. 1. *I. d. App. tnt.* Eo sensu, in *dicitur* L. 1. Pomponium, Octaveni sententiam intellexisse, liquido apparebit, si particulam *Et*, explicative, pro *id est*, sumseris. *Id quod apud hostes est legari posse Octavenus scripsit* : Id est, *jure postliminia consistere*. explicat Pomponius. Ut ita sæpe fit in jure. vid. ex. gr. §. 1. *d. tnt. pr. de just. Et jure.* L. 234. V. S. Adde *Feliman, Specileg. ad §. 9. d. Liberi. Guid. Papa. Dec. Grat. 258. num. 2.*

X V.

Ad L. 10. ff. de Fidejuss.

Si dubitas creditor an fidejussores solvendo sint; Et unus ab eo electus, paratus sit cateris offerre cautionem, ut suo periculo confidejussores conveniantur in parte, dico audiendum eum esse. Ita tamen ET SI satisfactiones offerat, Et omnes confidejussores qui idonei esse dicuntur, prasto sint.

Superfluum *Halandri*, & probatam vulgo, molitionem, quis non sacro rideat, dum in L. 10. ff. de Fidej. loco v. *est, ut Et*, substituunt?

II. *Accursus*. credo, quod ita compendio currere potuit, unica vocula: *ut*, legendum putat. *Perulans criticorum natio!*

III. Quid enim si levius deleta particula, *Et*, atque unico commate restituo, ita legeris: *ita tamen, si*:

IV. Vel pro faciliori saltem textus per se ipsum alias non obscuri, aut sub *Anastrophe* tamen absconditi intellectu, ita legem significes, *ET SI*; hoc est, *SI ET?* Simile *avasesque* exemplum apud *Plautum* video. *Pseud. 1. 2. v. ne ibi audeant id facere. h. e. ibi ne id audeant.* Et apud *Ter.*: *Ah! ne tunc omnia.* i. e. *Ah! tunc omnia.* Sed & per *anastrophien* ita in nostro juris corpore scriptum sapius, memini.

X V I.

Ad L. 6. ff. d. Jud.

Cacus officio judicandi fungitur.

QUam supra Observatione *10ma* tetigimus, parum latius requiramus ad verum,

verum, questionem illam : AN JUDEX ESSE QUÆAT ILLE , QUI VIDERE NON POTEST ?

Sunt , qui Judicem cum esse posse indistincte affirmant. vid. *Duaren. Libr. I. cap. 2. 3.* Alii mediam tenent sententiam , cum Judicem non quidem fieri , attamen posse manere autumant. Ego plane dissentio , atque de Jure teneo : nec Judicem cum dari , nec quidem manere posse , de Jure Justiniano , posteriori saltem.

Ita (1.) Per L. 1. §. 5. ff. *de Poss.* ibi quod talem Magistratum gerere non debeat cæcus , in quo sententiam facere potest. Atquin , de Jure posteriori Justiniano , mos dandorum Judicum pedaneorum cessavit , & ipsi Judices , qui fuerunt , facere potuerunt etiam sententiam.

(2.) Argumentum , pro hac sententia facit L. 3. ff. *ad exhibend.* Qui ad exhibendum vult agere , debet signa judici dicere. Dic autem , quo pacto , an signa conveniant , judex scire poterit , qui non videre potest ?

(3.) Vid. L. 10. §. 5. *de quæst. Judex* , habet ibi Arcarius , *ex constantia* , & *trapidatione rei judicabis.* Quo autem modo , id Judex cæcus poterit , non video ?

(4.) Ita vult §. 6. *de off. jud.* Officium judicis , in judicio , *finium regundorum* , est , ut videat , an necessaria sit adjudicatio , an non contra potius , priores fines manere possint ? Hoc quomodo judex cæcus videre possit , nescio ?

(5.) Qua arte , comparatio literarum fieri possit , a judice cæcutiente , si quis alius , ego sane non video ? Id autem debere judicem , vid. L. 20. C. de *Fid. Instr.* junct. *Nov. 73. in Pr.*

(6.) Sed , quo , quæso , naturali fœdore , de scriptis *signis* , judicare cæcus poterit , qui non videre quidem unciales litteras potest ? Vid. *d. Nov. C. 6.*

(7.) Quis judex cæcutiens , judicaverit , an , ob diversitatem atramenti , unico contextu sit factum testamentum , vel non ? Non id posse cæcutientem judicem ita oculis suis judicare , judex cæcus probat. Ita ramen debere judicem judicare , DDres tenent , arg. dictæ *N. 73. pr. Conf. Stryck. d. Caus. Contract. 1. 6. 9.*

(8.) Quomodo , non videns judex , num , testamentum scriptum , vitio visibili careat , & , per hoc , num heres in eo testamento nuncupatus , mitti in possessionem bonorum debeat ; judicare poterit ? *Vid. observ. X.*

(9.) Universos judices , sententias scriptas , ex periculo debere recitare , habet L. 3. C. *d. sent. ex peric. recit.* Id autem , an per microscopium quidem cæcus possit ? non dico. Ita vero *leges* apertæ volunt , ne cæcus judex sit.

(10.) Me illa juris *sententia* movet , quod cæco debeat curator dari. Vid. §. 5. *Inst. d. Curat.* Et ibi DDres. O bone Judex ! Cui debet curator dari. Sed quis agnoscat judicem , in rebus alienis , qui quoniam ipse rebus suis præesse non potest , agnoscere curatorem debet ?

(11.) Ita ne sentiam, *ratio* facit: Quod multis captionibus obnoxius est, lumine orbatus iudex. Ut vel solo suo exemplo indicavit, *Jacobus, Esau* vocem præter manus imitans. Historia nota est. At quis a se impetraverit, ut credat, *Justinianum* indulisse; ipsam, quoque sua bona fide cæcutientem iustitiam, falli?

(12.) Ut contra, eadem ratione, quod captionibus obnoxius est, cæcus homo, non quidem legitimo alias septenario numero, testamentum, imo non codicillos quidem facere potest; sed octavum testem adhibere debet. & alia.

(13.) Omnibus illis consentit, Nostrum JCorum locutio, quando, de iis quæ considerare iudex debet, dicunt, Eum, illa debere: *Ob NB. oculos habere.* Vid. ex. gr. L. 13. §. 5. ff. d. *adul.*

(14.) Vis dicere, iudicem hæc omnia posse per alium facere? Quinimo contra. Debet ipse facere. alleg. LL Et dictis *rationibus*, quod ita nihilominus falli sæpius possit. Sed & citra aliorum dolum; vel, eorum imprudentia juris, vel negligentia, veritas latere sæpius queat. Ut non quis attendere tam diligenter ad omnia solet, cujus honori & bonæ fidei, res non commissa est. Sed pergamus ad alia.

(15.) Vis tu, lumine carentem hominem, quem proterva pars hominum, contemptu, misericordia alii intuentur, ad iudicis officium admittere, quod tantæ auctoritatis & dignitatis esse, Imperator putat, ut observandum jus dicenti, dicat; ne vel familiaritate vel alias vultu, dignitatem ejus minuat? Vid. L. 19. ff. de *Off. prof.*

(16.) Eadem, viderant *Atheniensium Areopagi*, in quibus non aliter, quam fascia velatis oculis, in tenebris judicabant iudices, teste inter alios *Plutarcho*. Cæcos enim eos ergo non fuisse, sequi debet.

(17.) Adstipulantur & iudices olim *Ægyptii*, qui in collo, simulacrum cæteræ aureæ gestabant, ex lapillis pretiosis, cui: VERITAS: nomen. Vid. *Theod. scul. Lib. 1.* Ut iudicem scil. NB. *intuentem* illud, de veritate admoneret.

(18.) Ita Auctores sunt *Persæ*, qui non *Insensum* quidem, ad principatum admiserunt. Teste *Procop.*

(19.) Sed & Decemviri, in Spho illo 12. Tabularum: NITA PACUNT IN COMITIO AUT IN FORO ANTE MERIDIEM CAUSAM CONSCITO CUM PERORANT AMBO PRÆSENTES POST MERIDIEM PRÆSENTI, STLITIM ADDICITO. SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. H. e. Si *rom* nec vindicem habuit, nec in via interim eum auctore transgressisset, prætor eum causam præsentem utroque litigante, acque desiderium exponente, ante meridiem cognoscendo, post meridiem, licet unus tantum præsens sit, actionem dato. Sole occidente, supremus terminus iudiciorum est. Sol autem occasus vel non sit, cæcus videre non potuit. Ex solo etiam locis atque diei aspectu, eo tempore scire potuerunt iudices, an meridies vel non esse.

esset. Siquidem, nondum eo tempore, horarum divitiis obtinuit, apud Romanos scilicet. *Quodam tempore*, ait enim alias, *quoad horarum originem*, Verg. inv. 2. 5. *Hermes trimegistus, cum in Aegypto quoddam animal sacrum dicitur Serapi, in tota die duodecies, urinam facere, pari semper temporis intervallo, observasset* [ætans observatio!] *per duodecim horas, diem dividi debere coniecit.* Appellatas ab Appolline; sole, qui *Horus* vocatur.

(10.) Sed nec præfectum olim esse potuisse cæcutientem, eo patet, quoniam quo spatio distabant digiti; an pollicem habuere; digitum sustulere, vel non; videre cæcus non potuit. Scire tamen illum id debuisse. Vid. *Cod. Talmud. 2. 4.* ibique in notis.

I. Neque, hisce omnibus, obstare crediderim L. 6. ff. de *Jud.* Verba quidem hæc sunt: *Cæcus officio judicandi fungitur*: Sed de legis sententia inquiremus. (A) Nonnulli hæc verba hæcenus interpretantur, vidimus, *ut Judex manere quidam, at non fieri cæcus possit.* Omnino contra textus generalitatem. Vid. L. 8. de *Publ. in rem act.* Et contra argumenta, quæ, memorata anteverti, *Judicem cæcum manere*, non permittunt. Potest (B) melius ex antedictis explicari, quod *Judex* scilicet debeat cæcus, falcia velatis oculis, in tenebris judicare, occultus; ut audiat scilicet & observet, non etiam videat, quæ agantur, ac aliis rebus, quam bono & æquo moveatur; veluti ex. gr. *Rutiliana Rutilantibus oculis*, in L. 38. ff. de *Minor.* apud *Sand. 1. tit. 15. def. 15. in fin.* Et hinc tum sit, *Lex dixerit, non; cæcus officio judicandi potest fungi, sed, fungitur.* Quasi dixerit *Ulpianus*, *Judex* etsi alias debet posse videre, quando tamen officio judicandi fungitur, esse cæcus debet. In tali vero sensu, *Judicem cæcum* dici posse, probant lexica. Conf. *montes caciore.* *Jer. XIII. v. 16.* Explicationem hæc admittit, lex nostra. (C) Ad eundem ferme sensum, & adagii speciem in textu agnoscere poteris; *Judicem debere judicare scilicet ex justitia, non ex gratia.* Ut vir bonus, non ut frater aliquis pœnitentialis, qui diabolum in cappa portat, de quo *Schmeidro tit. act. §. 1. N. 21.* Ex bono & *Æquo*, non *Equo*; ut ille faciebat *Judex*, ab uno litigantium equo donato corruptus. Cæcus, judicare debet. Odio & benevolentia vacuum eum audire oportet, quid sit *Juris* integro animo.

Bonus, atque fidus,

Judex honestum præferat utili &

Rejiciat alta dona nocentium vulsu.

Horat. 9. 4. NB. *Videas, quid sit facturus Judex.* Non enim pro homine judicaturus est, sed pro JEHOVA. 1. *Chron. XIX. v. 7. & 8.* Hinc cæca depingitur justitia. Hinc noctu & in tenebris, causis cognoscendis, dabant operam, ut non personas, sed ad ea quæ dicerentur attenderent. Quare, & apud *Thebanos*, justitiæ statua ænigmatica oculis carebat, teste *Plutarcho.* Hinc ex *Sapphiro* quoque erat illa, de qua mox, imago; ex superstitione quadam,

tanquam hæc genera pravis reverteret affectibus, quibus esse iudicem vacuum, oportet. Devotionem namque, pietatem &c. invitare, conciliare, fertur Sapphirus. Addunt, & contra iracundiam, invidiam, fraudesque, prodesse. *Fr. Ruens. Lib. II. de Gemis.* Explicationem ut priorem, ita & hanc alteram, admittunt verba legis nostræ. Sed quod non tamen unam, meam fecerim, faciunt sanctiones Juris alix; Sed &, quod melior interpretatio in mentem venit. Valeat interim ut accommodatio, vel observatio ad Legem nostram, quemadmodum judicantem Iudicem intueri magis nihil oportet, quam artem æqui bonique, quoad reliqua debere cæcutientem esse. (D) Verior autem legis dictæ interpretatio hæc mihi videtur: *Judicem cæcum manere, non quoad omnes quidem postea obvencientes causas; est quoad illam causam, in qua semel datus est, sed & in qua jam NB. cognovit.* ita arg. *L. penult. ff. d. Jurisd. ibi generaliter omnibus.* Et quod rationem habet: Quod de causa, videns jam NB. cognoverat. Et sic cæcutiens facile nunc judicare possit. Imo melius id cæcos posse, credo, quoniam nihil habent, quod eos; eorumve sensus movet. (E) Aut, si non admisseris, dictam legem gram ita habere, dixerim tum abrogatam eam esse, per *d. Nov. 73.* aliasve postea latas leges, quæ cæcum iudicem admittere nolunt, vidimus. (F) Sed quare dicemus, textus abrogatos priores, ubi decisum in iis non est aliter. Quid? Ad iudices enim *pedaneos*, dictam legem gram restringere liceat. arg. (a.) *tu judicandi.* Pedanei namque judicare solebant. Vid. *Ampliff. Huber Prælit. tit. ff. de Judicis. num. 4.* Ut &, *Judicium* voce, *Pedanei* illi veniebant. Adde *L. 13. ff. de Jurisd. junct. L. 1. §. 5. de Post.* Ab illis autem, an ad alios Iudices, hac in parte valeat Consequentia? deliberaturus Justinianus, ne sit licita, existimavit melius. *d. L. 1. §. 5. post.* Et *Rationem* habet: non tantum, quod pedanei Iudicis officium, tantæ dignitatis non erat, ac quidem illud Prætoris; Sed &, quod iudex pedaneus solus rem omnem non faciebat, sed aderat Prætor, qui de causa cognoscebat etiam & per hoc, tantum præjudicii (consequenter nec tanta ratio eum arcendi) erat, si talis esset cæcus, ac quidem si aliquis iudex alius, ipse videre non poterat, qui de bonis, fama, ac vita hominis, omnem rem solus agebat. Sententiam & Rationem probat, quod & infames olim, ad Iudicis inferioris officium admissos legas. Conf. *Lauterb. p. 9. Med.* Capit hæc sententia atque ratio, fundamentum, dum cæcos advocatos prohibitos vides, coram magistratu superiori, sed admittendos ubi res apud iudicem inferiorem agitur. Conf. *Doctores tit. d. Postul.* Rationem probat, quod observo *Exod. XVIII. v. 18. 21. 22. 26.* res parvas inferiores Iudices, res vero majoris momenti, *Moschen* ipsum agere. Profecto probat doctrinam hanc & rationem, lex nostra *6. ff. delectarum, JCi veteris*, simul & leges posteriores, eo ipso; quod illa cæcum admittat; Hæc, cum arcant. Illius enim tempore, Iudices pedanei ad prætoris pedes sedebant adhuc, Ipse

in cathedra elevata, ad auctoritatem majorem indicandam, de re cogniturus plenius. Ut contra tempore Justiniano, mos dandorum judicium pedaneorum cessavit.

Non hisce obstat, quod mihi fateor, primo intuitu videbatur dubium, *Justinianum in fidei* NB. *omnia sua fecisse* L. 2. §. 10. C. *Ver. Jur. civi.* Consequenter, hoc est, non ut quidam balbutiunt, acsi leges fidei abrogari non possent, sed ad mentem & tempus Justiniani, fidei leges debere intelligi. H. e. ergo, ex gr. de judicibus pedaneis, non quales tempore Jtorum veterum erant, sed quales erant tempore Justiniano, dictam L. 6. debere intelligi. Morabarur, dicere anteverti, *prima* fronte. E vestigio enim erat sublatum dubium. Tamen enim (1.) Judices pedanei, tempore Justiniani abierant, manserunt, tamen arbitri aliive, simili notione nuda, cum illis contenti. Ut & (2.) aliquando tamen, posteriori Justiniani tempore, pedanei Judices adhuc dati fuerunt. Vid. L. 2. & ult. C. *jud. ped. Excell. Huber. tit. de signi. Divis.* Ut scilicet sic nunc, leges Justinianae *Codici* aliave *posteriores*, cave fidei leges, quae judicem circumferent, de judice superiori, reliquae fidei leges, quae cum admittunt, de pedaneo Judice, dari adhuc tempore Justiniani interdum solito, capi debeant. Quae conciliatio, magis manifesta, quam haec?

Non iterum huic obstat, quam hac in parte tactam a nemine quidem scio, L. 7. §. 10. *d. del. mal. v. Cacidianum Praetor*; Dubium movere tamen poterat. *Cacidianus* enim a *caco* vocatur. Conf. *Martialis* X. 32.

Hac mihi qua colitur violis pictura rosisque.

Quos referat vitium, Cacidiane rogas.

Ceu & alias, ut a *fortuna*, atque ab *animi*, ita & a *corporis* vitio, nominat dixisse veteres, constat. Conf. *Or. Dom. nostr. ad Matth. XXVI. v. 14.* Sed habeat *Cacidianus Praetor*, a *caecus Kydion*, nomen. (1.) Ut enim & alias vox praetoris (a *praecundo*) tam late sumitur pro omni illo qui honorem gerit. Vid. §. 7. *d. Jur. Nat. junct. §. 2. div. stip.* Ita auctore *Livio* 3. 55. & alias constat, Praetores, Judicis appellatione, apud veteres venisse. Sed egerit *Lex nostra* 62a, de praetore, Magistratu superiori, caecidiano;

Non enim sequitur tamen, ipsum illum praetorem, a caecitatis vitio, nomen *Cacidiani* accepisse; Cum, majorum suorum alicujus, ex hoc vitio acceptum nomen, retinuisse poterit. Minus autem, de retinenda dicta sententia: *Judicem jure Justiniano caecum esse non potuisse*, nunc est, dubitem amplius; quod, ita scripti non memor *Backhovi*, postea autem, *Enn* quoad vulgaram sententiam, de jure civili posteriori, propter dictam L. 3. *Cod. d. sens. ex per. rec.* dubitasse, ex *Lauterbachio* memini. Sed dissentio, a *Backhovi*, quod ita (a) *dubitet*, de jure (b) *posteriori*, propter (c) *solum* d. L. 3. Cum (a) contra potius, sine qua dissidentia mei animi, tam (b) de jure

fide-

ff. de actorum, quam jure posteriori, (c) per apertas sanctiones innumeras, *cacum esse judicem posse*, negaverim. Nisi pedaneus sit. Ut tempore Justiniano dabantur adhuc aliquando.

Moribus nostram sententiam probatam esse, testatur idem Lauterb. p. 99. in S. Cui ego notam addo : Idem jure civili, receptum esse, per dictas leges. Certe : argumentis, quæ dixi probandos mores hac in parte tenuerim.

Sunt & alia plura quæ ad legem hanc olim observavi, sed addam, quæ adhuc memoria habeo, & notabilia ad hanc rem videntur, nec observata sunt etiam, quod scio, ab aliis. (1.) *Venetianos* Judices supremos omnes ferme, cæcitatis vitio oculo inquam orbatos, morte violenta perisse. Vid. V. H. *Histor van de Venetise Regeer. in pr.* (2.) Pedaneorum Judicum prætorisve magnam, esse *d. Exod.* loco vid. supra p. 134. circa finem. (3.) Turpis lucri cupidos homines ad judicis officium admittendos non esse. *Ibid.* v. 21. In rationem, non inquit ille, qui coram judice certavit, *Lege 1. §. 20. d. quæst. v. resp. nervos.* Vel justitiam administrari pro bono & Equo petierat.

X V I I.

Ad L. penult. ff. d. *Jurisd.*

Cum quadam puella apud competentem Iudicem litem susceperat, deinde condemnata erat, posteaque ad viri matrimonium alii jurisdictioni subjecti pervenerat, quarebatur, an prioris judicis sententia exequi possit? Dixi posse, quia ante fuerat sententia dicta. Sed & si post susceptam cognitionem ante sententiam hoc eveniet, idem putarem. Sententiaque tanquam a priori judice recte feratur. Quod generaliter & in omnibus hujuscemodi casibus observandum est.

Quam observationem nostram præcedentem ad L. 6. ff. d. *jud.* postquam Typographus jam impressit, notas variorum ad Lauterbachium evolvo, Stryckiumque ibi ita sentire lego : quasi extra dubitationis omnem aleam sit & habeatur ab omnibus, quod ob supervenientem cæcitatem judicandi munere privari nemo debeat. Sed & in quæstione, num qui cæcus antea fuit, admittendus sit, dictam L. 3. C. d. *sent. ex pec. rec.* dubium quidem quodanteus facere, ac

non tamen tanti esse, quominus sine omni dubio in dicta quaestione affirmaverit, cæcum judicem posse fieri. Idque tam de jure civili quam hodierno etiam. Ita autem illud ex d. L. 3. dubium tollit: *Quoniam, quod sibi dicitur, debere judicem ex periculo recitare sententiam, per Actuarium, aliosve, illo facere potest.* Sed quid quæso; An hoc est dubium tollere? An per hanc rationem dixerim, sine omni dubio, cæcum ad judicandi munus, admittendum esse? Non ita Vir Humanissime. Nisi fortean in meridiana luce cæcutire nobis esse dulcius debeat. Liceat (1.) enim, alius pro judice legere ex periculo possit, habet id tamen incommodi & periculi: v.g. ut aliquando ego memini, actuarium, ex periculo de refusione expensarum non legisse (bona an mala fide nescio?), quarum in periculo tamen mentio facta erat. Et quod fieri potest præsentem etiam judicem. Cum, quod vel tarde audiat, vel attentus aliis non percipiat. (2.) Sed liceat ita erroris, captionis aut falsi, occasio non sit. Sufficiat enim, Imperatorem velle, ut judex ipse recitet. Conf. L. 20. ff. d. LL. (3.) Aut si vel maxime illud dubium ex dicta L. 3. esset sublatum e medio; Quid? sunt enim & manent tamen reliqua, v. g. quod videns in priores fines inquireret; ad signa litterasve videns accurate attenderet, &c. Vid. *Obs. prac.* Vis dicere, & hæc & alia omnia per alium posse? Idem erit, ac si dixeris, & stultum ita, quin & quodvis animal posse judicem esse; Quod absurdum est. Me referentem, sententiam mutasse & reprobasse testamentum, inspicientem ipsum acta postea, memini, ob diversitatem atramenti aliave quæ videbam, quibus de, acta prælegens ob negotia alia mihi amantensis, non monuerat. Sed quomodo cæcum, contemtum habitum ab aliis, misericordia certe dignum, ab omnibus, judicem admiseris, quem auctoritatem in vultu gerere oportet, L. 19. *Off. pres.* Et ob id ipsum, ut ego credo, noctu judicare non quidem debet, ut vultum auctoritate gaudentem, eo melius, causam audientes venerari queant. Conf. *Nov. 82. c. 3.* Et ita quidem, quoad POSTERIOREM Clar. Stryckii sententiam, quam putat dubium quidem ex dicta L. 3. habuisse apud alios, sed sublatum a se e medio esse. Quanta felicitate? Ipse vero nunc viderit. Pergamus ad PRIUS, quod nullum habere dubium; nec quo de dubitasse alios ponit, *quod nimirum datus judex, talis manere possit, si cæcitas postea supervenerit.* Dubitasse de hoc Alios credo. Dubito, quam qui maxime unquam alias. Dubium autem facit, idem illud, quod, ipso Stryckio consentiente, facere dubium potuit, in sententia altera ejus, *Judicem nimirum admitti posse, qui cæcus jam est.* Dic enim, Amicissime Vir, quare magis ipse judex cæcus ex periculo recitare queat, qui postea, postquam jam datus est, ante recitandam tamen sententiam, cæcus factus erat, quam quidem ille, cui antea, antequam judex factus erat, cæcitas supervenerat? Debet uterque legere ex periculo, sententiam.

Dubia facient, & priori illi sententiæ, omnia illa, quæ *Observ. prac.* vidimus, in posteriori casu, dubia facere.

Poterat autem majori ratione, hac in parte adduxisse, *Legem 46. ff. de jud.* Ita enim ibi habet Jctus. *Judex datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit, quia recte judex ab initio datus est. Sed morbus senticus judicandi necessitatem remittit. Ergo mutari debet.* Sed non mutant hæc verba sententiam nostram. ꝛ. enim & explica ex *L. 8. §. 1. ff. d. Tut. & Cur. dat.* Quamvis in officio maneat, qui furere cœpit, attamen lata ab eo sententia, nullius erit momenti.

Magis adhuc obesse viderur. *L. pen. ff. d. jurisd.* Et quam ideo, quod *Ill. Stryckius* sententiam illam suam dubio carere putat, non sine observatione examinandam ulterius, præposuit. Verba legis hoc volunt, judicem qui alias judicare non potuerat incompetens, in judicandi munere tum tamen debere pergere, si semel de re jam cognoverat. Sed iudic (1.) quoad judicem cæcum, abrogatam esse, per leges posteriores. (2.) Agere, non de omni indistincte iudice, cui postquam iudex datus est cæcitas supervenit, sed de eo solo, qui de causa jam antea NB. cognoverat. Ubi alia ratio. Vid. *Obs. prac.* Dic autem (3.) agere de casu NB. alterius modi, quam, ubi ob cæcitatem iudici alias judicare non competebat. Vid. enim in *d. L. pen. ibi hujusmodi. h. e.* ubi alias ratione jurisdictionis iudex incompetens erat, ratione v. g. *fori, persona litigantis.* Non ubi iudex quod ipse cæcus erat, judicare non potuit. Atque caute enim ideo, Jctum ibi, *ta observare.* verbo, *hujusmodi* postposuisse, atque caute in *HUJUSMODI casibus observandum esse*, ita observo, *sententiam exsequi debere iudicem in causa qua de semel cognovit.* Ut scias videlicet, ad casus alterius modi, id extendi minime debere. Quod autem rem salvam de moribus hodie ita dicit: *toties cæcum ad judicandum admitti posse, quoties officium solitarie spectatur, nec cum magistratu concurrat:* Hoc nihil est. Dum & nostri hætenus, magistratum gerunt, quod jurisdictioni præfunt. Sed nec videre possunt, quæ videre tamen debent posse. Misereamur potius cæcutientium hominum, quam, ut iudices illos venerentur, agentes causam.

Et illud ex *Lege pen.* observo: *to exsequi* Jctum significasse *passive.* Nisi, pro *sententiâ.* *sententiâ* scribere malis. quam exsequi scilicet illa ibi puella posset. Sed ita corrigere legem illam necesse non est. Cum & alias ita ex jure nostri Grammatica soleat. Conf. *L. 12. ff. de R. fur.* Adde *Juss. 7. 3.* ibi: *executo regis imperio.* Morhoff. *Dissertat. p. 608.*

XVIII.

Ad L. 19. de Off. Praef.

Observandum est, jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur, unde mandatis adjicitur, ne praesides provinciarum, in ulteriorem familiaritatem provinciales remittant. nam ex conversatione equali, contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum, illacrymari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, cujus animi motum vultus detegit: & summam, ita jus reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

Judex, a nostris definitur: VIR BONUS: Vid L. ult. d. Proc. L. 137. §. 2. V. O. Dicam, primo, quid praeter vulgatos meos quos legi commentarios, observo. Dein, sic insimul aures, Vir bonus, probatus nostris legibus aderit. Vir et t, vulgo monent: ut scias arceri feminas, pueros &c. Sed & ratione masculinarum virtutum, vir erit Non v. g. turpi avaritiae lucrove deditus cum naturalis femini sexus avaritia, magis esse solet. Vid. L. 33. §. 1. d. don. int. V. & U. conf. Vinn. ad pr. J. Quib. al. lic. ad verba, etiam &c Non etiam feminarum instar, p. e. u. s. timarum erit, hac atque illa perfluens; sed tacebit, omnia & continebit se cum optime. Vir erit & virtute mascula. gravis & strenuus. Non praebens se aduentibus facile, cum dignitatis contemptu. Non familiaritate nimia, vultu vel animi motu, auctoritatem iudicii diminuet. Non ad praes ca. amitosorum monstrabit lacrymas, quod femininum est. P. e. n. s. sine misericordia exigit. Sit rectus oportet & constans; non vultu detegat motum animi. Auctoritas cum gravitate compensata:

Virtus in vultu sic habitare suo.

Ita VIR erit, honestus, fortis, immotus & strenuus. Debet autem & BONUS esse. H. e. non v. g. talis, qui aduentibus cum, se non praebere vult, sed per tonitrua & fulmina, ad iracundiam coacta facie, eos repellit a se Debet iudex aduentibus cum, praebere

se facile & totum. Gravitatem monstrer, non absurdam iracundiam. Legem & rationem dicat, non, grandinem & fulmina, jura putet. Erit & ita bonus: ut premio laudet beneficientes, & sic meliores faciat. Ita ex utroque Vir simul & bonus erit. Ita bonus simul & Vir erit. Ita v.g. in aducendo se præbebit quidem facile (bonus), ita tamen (Vir), ne contemnatur. Ita ad aliorum ejulationem non commovebitur (Vir); Sed nec etiam iracundiam pro jure putabit (bonus). Ita bonos Reipublicæ cives faciet, non, solum metu pœnarum (Vir); sed & præmium exhortatione (bonus). Hôc modo, bonum virum, me observasse recte, negaverit, ratio nulla est. Recte me ita animadvertisse, præfata volunt ipsa argumentarum. Ab hac observatione facit, quod (observare liceat) promiscue, tam Vir bonus, quam bonus Vir, dicatur. Vid. ex. gr. d.L. 37. §. 1. V. O. L. ult. Proc. L. 8. jud. solv. junct. L. 4. §. 1. fam. ercisc. L. 22 §. 1. d. Reg. jur. Ut scias nimirum, tam Virum quam bonum, tam bonum quam simul & Virum, eum esse debere. Observationem, apertæ leges probant. Vid. L. 1. just. & jur. ibi bonos non solum metu pœnarum (Vir), verum etiam præmium exhortatione efficere cupientes (bonus). Et nescio an queam judicem, v. rum bonum melius, quam in dictis verbis significare? Ut VIRUM, in verbis metu pœnarum, BONUM in v. præmium exhortatione, habeas. Virum esse debere judicem & ab hac virtute, ut osor sit turpis lucri, vide ex. gr. L. 15. d. jud. Non talis esse debet, qui τὴν ἀρετὴν μισῶν δαποῖ, judicat. Sed nec alias improbum lucrum a clientibus extorquere vel alio modo quærere. Debet & ab hac virtute Vir esse, ne præcipiti persuasione condemnet, aut erubescenda varietate immutet, quod dixit. L. f. c. mod. mult. Debet Vir constans esse. Non Enripus Bonum esse judicem debere, & præbere se totum, Eum aducuntibus, habet Venulejus in L. 22. de Test. Vid sup. p. 120. in fine. Ita illum esse BONUM debere, simul tamen & ab hac virtute VIRUM, ne vel familiaritate nimia, vel motu animi, auctoritatem minuas, sed constantem Virum esse debere & rectum, OBSERVANDUM esse, habet lex nostra 19. de Off. pref. Recte ergo ita me observasse, virum bonum judicem, quis negaverit? Observationem probat, DEI sanctio. Non nisi Viros strenuos, veraces Viros, osores turpis lucri Viros judices debere constitui, nominatim legis Exod XVIII. v. 21. Consentunt, si recte observo, Reges olim, quibus judicium exercentibus in sella curiali, lictores duodecim præferebant virgarum fasciculos, inter quos obligata securis erat, ita ut ferrum in summo fasce extaret. in indicium: iram non debere in proclivi & solutam esse, ut habent alii, sed, quod addo, iracundum simul & bonum eum esse debere. Ratio, quia sic, & alias non, judex, Vir bonus, dici possit. Addamus quod observationi consentit, ex jure publico, sceptrum regium, porrectum Imperatori electo hæc verbis: Accipe virgam aequitatis. Ut intelligat, debere mulcere pios, terrere reprobos. Quid si dixerim, sceptrum illud regium virgamque illam æquitatis, fundamentum habere, in virgarum illis fasciculis,

culis, quos mox vidimus, Regi præferebant lictores, ex eadem ratione, ut punirent malos, mulcerent bonos? Probat certe sceptrum regium illud virgaque æquitatis, ut & illi fasculi virgarum cum obligata securi, observationem nostram: BONI VIRI. Vel eo solo autem, vulgatam hucusque *boni viri* superficialiter ita lectam lectionem repudiaverim, quod *ira bonus Vir* sive *mulieris* non esse debeat. Quis in hoc sensu bonum virum merito non rideat? Debet bonus, clemens facilis esse, sed simul *Vir* fortis ac strenuus etiam.

Usum habet observatio: Ut iudex superior, in dubio, iudicis prioris, utpote quem jura Virum bonum & justum præsumunt, sententiam confirmare debeat. Alia, otiosius & ex professo, de iudicis officio. Hæc, quia prioris observationes scribenti in mentem venerunt, omittere non volui. Sed & ita ad sequentem.

X I X.

Ad L. 77. d. *lud.*

In privatis negotiis, pater filium, vel filius patrem, iudicem habere potest.

Aliter decisum in L. 10. de *jurisdic.* Ubi ita Ulpianus habet. *Qui jurisdictioni præest, neque sibi jus discernere debet neque uxori vel liberis suis neque libertis vel ceteris quos secum habet.* n. 1. DDres, hanc Legem 77. de casu agere, ubi pars adversa, filios familias patris judicanti, consentit. Quod probat. arg. v. *ibi potest.* Scilicet, interdum in illo casu excepto, inquam, si per alteram partem liceat, Patrem filiumve judicandi munere fungi. Verbum enim *potest*, non regulam semper, sed casum exceptum haud raro denotare, ex nostri juris Grammatica, vide sup *Obs. 14. Hoc autem sensu magis*

II. Dicere liceat, Legem 77. de filiis agere a *nexu patriæ potestatis liberatis*, at in d. Lege 10. *JCrum de filiis familias*, respondisse. arg. v. *ibi suis h. e.* illis qui in *sacris paternis* constituti adhuc sunt. Conf. §. 1. *7. d. her. qual. & diff.* Et quod fundamentum habet maximum. Dic enim, quæ est ratio, quare patrem filiumve, a judicandi munere in eorum causis jura civilia arcere? Hæc est ratio: quod videantur una persona: §. 4. *d. inus. stip.* Et sic videantur in *propria causa vel sibi*, jus dicere. id quod prohibitum est. Atquin, hæc ratio in filiis a *patriæ potestate liberatis* cessat. Liceat enim quidam, dictam regulam: *Pater & filius habentur pro una persona*, indistincte ita garriant, attamen, de *solis filiis familias* intelligi debere, jura volunt. Dum itaque *patri filiove in illius hujusve causa* judicanti, nulla ratio obstat, dic, quare ab hoc munere publico, quod cuilibet alias patere debuit, eos arcere vis?

Et hoc tum fortean est, quod in Lege seq 78. pro ratione decidendi Paulus habet: NB. *Quippe judicare munus publicum est.* Hoc est, quali *Populicum*. H. e. quod ut cuilibet, nulla obstante prohibendi ratione, ita & patri filiove cessante dicta ratione prohibendi *unitatis persona* scilicet, patere debet. NB. *Poteris ergo magis in hoc excepto casu: si filius a patria potestate liberatus sit,* pater filiusve parte altera consentiente, iudex esse. Consentit JCrus i. f. in d. L. 10. in v. *ibi suis.* non tantum sed & in verbis: NEQUE NB. *sibi NEQUE liberis suis.* Quasi scilicet propter identitatem personæ in causa liberor. m. suorum & *sibi ipsi* jus dicere videatur. Huic convenientia sunt verba ibidem: NB. *secum habet.* H. e. in *domo.* h. e. in *potestate sua patria.* *Domum* etiam *patriam potestatem* significare, probant in materia testamentaria, *domestica* reprobatâ testimoniâ. Sed & apud Ciceronem aliosve, *domestica* laus, *domestica* correctio: H. e. quæ a talibus proficiuntur, qui liberos in potestate sua habent. Id quod non mutat L. 6. ff. d. *Recept.* ibi: *Quin etiam de re patris dicitur NB. filiumfamilias arbitrum esse. Nam & iudicem eum esse posse plerisque placet.* Neque enim negavi *filiumfamilias* esse iudicem posse si adversarius consentiat, sed maxime illud & sine omni dubio dicendum esse si adversario consentiente simul a patria potestate liberatus erat. Dic ergo d. L. 6. de casu agere ubi quidem *filiumfamilias* erat, sed pars altera ei consentierat. ita arg. v. *arbitrum.* item arg. v. *posse.* Scilicet in excepto illo casu, ubi *adversarius consentis.* Ut ergo magis quidem dicendum; ex consensu alterius *filiumfamilias* patremve esse iudices posse, si sublata simul sit potestas patria; Ita vero, & solus tamen consensus, durante etiam patria potestate, *filium* patremve admittet. d. L. Et quod fundamentum habet maximum: Si enim & alias pars litigans, juri suo renunciare potest, quare non etiam, auctore ita patre filiove iudice? Conf. L. *pen. C. d. Pañ.*

Cæterum: *consentire* illud, non tantum de consensu *expresso,* sed & de *tacito* illo consensu intelligendum puto: quod exceptionem suspecti iudicis non quis opposuerit in tempore. Sed quid hoc mirum est; Patrem filiumve adjudicandi munus admittere? cum & ipsos infames homines ad id nostri admittant. Sed videbimus.

X X.

Ad L. 18. §. 14. d. *Mun.* junct. L. un. C. d. *infam.*

Judicandi quoque necessitas inter munera personalia habetur.

Infam.

Infames persona, licet nullis honoribus qua integra dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt, curialium tamen civilium munerum vacationem non habent, sed solennibus indictionibus ob tutelam publicam eas satisfacere necesse est.

ARGUMENTO Legis 18. §. 14. d. *Mun.* junct. L. un. C. de *infam.* Lauterbachius Tit. ff. de *jud.* probat, ad *judicandi munus infames admitti posse.* Argumentum, num mentem magis bonæ fidei, h. e. largum amplum spatiosum, an contra potius; mentem nec adeo subtilem arguat? Ipse statim viderit. Quis (1.) *infamem*, personam turpem ad officium quod dignitatis est, & boni viri, admiserit? Vid. L. 19. *Off. pres.* Conf. L. 2. C. de *Dign.* Licet enim quidem Clar. Stryckius ad d. locum Lauterbachii scripsit, nullam eo Romanorum tempore *judicibus dignitatem fuisse*; nemo tamen præter Stryckium, ita dixerit. (2.) Quomodo conciliabis, *judicem*, quem causam agentes venerentur, Justinianus vult, illum admisisse, *infamem*, quem contemnunt suo merito? Quis (3.) *infamem* *judicare* patietur, testimonia probare aliorum in causa alterius, qui ipse alias non ut testis quidem idoneus admittitur? v. L. 1. & 3. de *Testib.* (4.) Ad consortium tale publicum, visne admittere, quem ab eorum consortio privati repellunt? Aut quare (5.) *senatu motos* propter turpitudinem, a *judicis officio* arces; Ideone, quia *senatu moti* sunt? Ineptum esset dicere, propter turpitudinem *senatu motos*, a *judicio removendos esse*, ideo, illos ita a *judicio removendos dici*, quia *senatu moti* sunt: Quæ hæc esset ratio? A *Senatore dicta* fortean, cui ob senectutem est motum termino cerebrum. Et quam ob rem *quæso* *senatu moti* sunt? Quia *senatu moti* sunt? Propter turpitudinem, habet JCrus in L. 2. d. *Senat.* (6.) Dum autem, Excellentissime alias Lauterbachii, *infamem* arceri a *judicis officio* putas de jure posteriori, scilicet in L. 2. *Cod. de dign.*, utique & arcuisse eum debueras, per dictam L. un. *Cod. de infam.* Vel immemorem Te fuisse (fuit revera) oportet, ejus quod supra p. 2. scripsisti (& recte per constitutionem cordi nobis est §. 4.) *leges omnes codicis ejusdem auctoritatis esse.* (7.) Sed videamus ipsum nunc Lauterbachii argumentum. Tale est, ni fallor, quod sicuti *infames*, *curialium* vel *civilium munerum vacationem non habent* d. L. un. C. de *infam.* ita vero in d. L. 18. §. 14. d. *Mun.* *judicandi munus*, personale munus dicitur. *Suavis consecutio!* ergo poterit *infamis*, *judex esse.* Cum contra potius, probare antea debuisse: non tantum (a), munera *Curialium civiliumve*, atque *personalia*, eadem esse; Sed & (b) *personalium* ita *sumtorum*; vel *curialium*,
civi-

civiliumve, unicam esse speciem illud, judicandi munus. Si aliz enim adhuc eorum species essent, oportet utique, ad eas potius dictam L. un. restringas, quam & de judicandi munere eam intelligere velle. Utiq̄ oportet ita! Quoniam prædicta argumenta, a judicandi munere, infamem arcant, & nullo modo volunt, ad id eum admitti posse. Quod autem plures sint personalium (quibus de Jctus agit, in d. L. 18. de Mun.) species, quam illud judicandi munus, ex verbis constat ibi: *quoque, inter.* Verba hæc sunt: *Judicandi NB. quoque necessitas NB. inter munera personalia habetur.* (8.) Quod in d. L. un. *judicandi munus* non significare possis, adhuc est evinco, ex verbis ibi: *integra dignitatis. junct.* Verbo: *solent.* Aut enim, ex collatis illis ita verbis, concludere debes, integræ dignitatis homines sive honestos olim a judicandi munere remotos fuisse, & non nisi infames ad id admitti; Aut, de judicandi munere legem non agere, dicas oportet. Si alias enim ita lex dixisset: *Infames ad ea officia non venire, qua integræ dignitatis hominibus deferi solent, judicandi vero muneris vacationem eos non habere;* quid hoc esset aliud dicere, quam *judicandi munus* tale esse, quo integræ dignitatis homines uti non solent. (9.) De *judicandi munere* non, sed de aliis potius vilioribus curialium vel civilium (conf. L. 12. C. de Decur. & ex. gr. *nyctostrategorum* apud Arcadium in L. fin. §. 12. d. Mun.) officiis, dictam legem unicam agere, colligo, arg. v. *dignitatis integra. vacationem non habent. &c.* Ab iis autem vilioribus muneribus, infames immunitatem non habere, habet rationem maximam: *Cum hoc privilegii, non nota sit.* Vid. d. L. 12. C. d. Decur. Atceamus, ab eo honoris æqui bonique officio, eum, qui quod non uni earum partium satisfecit, turpi nota insignitus est. Sed ecce, quæ, æqui illud bonumve officium scribenti, in mentem venit, observatio sequens.

X X I.

Ad §. 20. J. d. Act.

Quadam actiones mistam &c. In quibus tribus judicis PERMITTITUR judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono & equo adjudicare.

Demus: *Primum & 2dum* in communione habere, *Castoris* atque *Pollucis* navem. Imus, contra *2dum* agit, *communi dividendo* judicio. **PERMISSUM** esse hoc casu Judici, habet §. 20. J. d. act. navem uni ex sociis adjudicare, & hunc in summam pecuniæ, alteri condemnare. Contra, quod ita **Judex DEBEAT**, & non audeat navem in communione relinquere, vides

in

in §pho 5. *Inst. d. Off. jud.* Et quæ sententia fundamentum habet: quod nemo iniurus in societate vivere cogatur L. 5. C. L. 14. 70. ff. *pro soc.* Ratio: quia communio discordiarum mater solet existere L. 77. §. 20. Leg. 2. Sed ira tamen iudici permissum esse uni rem adjudicare, habet d. §. 20. *Et. 1.* ita permissum esse, sed jubente lege. Dic (2.) uni ex sociis, navem iudicem adjudicare debere; Cui vero ex iis, adjudicare illam velit, id ipsi permissum esse. Et ita observo in d. §. 20. *10 alicui.* Cui scilicet velit. Nisi quid obstat aliud, v. g. dantis, rem eandem duobus, expressa vel tacita etiam voluntas &c. Conf. *Schrafferi. comment. ad Reform. velav. Cap. 32.*

X X I I.

Ad L. 4. & 5. ff. de *Mort. caus. don. Et caption.*

- 4. *Aut per insidiosa loca iturVS.*
- 5. *Aut atate fessVS.*

NON ipsos quidem illos, qui per loca insidiosa eunt, bona pace ire, permittere potest Gotofredus, aut ætate fessis, parcere; Dum in L. 4. ff. de *Mort. Caus. don. loco: per insidiosa loca iturVS*, QUOD per insidiosa loca itVR; & in L. 5. *ibid. loco, atate fessVS, atate fessI*, substituit. Quare nescio?

II. Quod si namque, vel coherentes hæcæ duas leges, cum præced. lege 3tia, *Criticus* ille noster voluit, quidni, ob Grammaticam ipsiusmet verbi, licet, ibi positi, constructionem, præ violenta isthac sua correctione, ita potius: *per insidiosa loca iturIS*, item: *atate fessIS*, restituat? Quod nemo non prætulit tumultuariæ illi Gotofredianæ correctioni, qui vel solummodo leges illas coherentes relegerit. Ita habet lex 3. *Mortis causa donare LICET, non tantum infirma valetudinis causa, sed periculi etiam propinqua mortis, vel ab hoste, vel a prædonibus; vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio, aut navigationis incunnda.* Lex 4. *Aut per insidiosa loca ITURIS.* Lex 5. *Aut atate FESSIS.*

III. Re autem nunc pensiculatoris examinata, ne vel id quidem, animo meo posthac satisfactorum, auguror. Exactiorem nimirum Triboniani cæterorumve fideiatarum compilerum fidem, JCorum Veterum, ex quibus non nulla epitome haud ita pridem confarcinanda erat, naturalis styli & verborum pertinacem, ut varias legum interpretes hinc inde, ita & Gotofredum quoque nostrum, in evolutione dictarum duarum legum, haud parum delussisse, observo. Maluisse etenim, cum suis coadjutoribus Tribonianum, vel quisquis sit qui in componendis fideiatis primus fuit, ut alias, ita & in d. L. 4. integrum *Caji* nostri stylium, in d. L. 5. vero naturalia ipsius *Ulpiani* verba, ceu ex Germanis utrique legi inscriptis prædictorum JCorum libris excerpta

exprimere ; atque eo ipso , compositionis. faciendæ ex Veterum Juristorum libris , suam magis orbi futuro præstare intemeratam solertiam , quam stylo ac verbis eorum , hve ad leviozem Grammaticæ nostræ , sive ad nuperam instantis Architecturæ regulam distortis , suspectam laboris sui fidem , atque operæ præcium facere ; Tam mihi jam nunc persuadeo , quam qui maxime . Ut vel ex eo iterum in posterum scilicet egregii illi Digestorum nostrorum Aristarchi perspicere aliquando addiscant , quantam hætenus , dicam ! *calumniam* , innocentissimis Triboniani manibus impingere non erubuerint , qui cum oblata forsitan legis alicujus occurrentis difficultate quamprimum se explicare nequeunt , ad miserabiles viri longe meritissimi *interpolationes* ita dictas , vel negligentiam , non verentur e vestigio confugere . *Ignorantia puerile asyllum !*

X X I I I

.Ad L. 31. §. 2. Eod.

Rursus id quod mortis causa donatur , aut in periculo VM mortis datur , aut cogitationem EM mortalitatis , quod nos aliquando morituros intelligamus .

INexcusabilis autem Haloandri incuria , liceat quæso ita mihi loqui , notam apud posteros meretur non exiguam , dum in L. 31. §. 2. in fine . *d. mort. caus. don.* loco *¶. in periculo VM* , ut & loco *¶. in cogitationem EM* , sublocandum autumat : *in periculo & in cogitationem E* . Non debebat ita Haloander cogitasse . Cum (1) ipsa scil. præpositio : IN : ante *periculi & cogitationis* voces , posita , hoc saltem loco , ex ipsa *donationis mortis causa factæ* natura (quam *propter mortis suspicionem* fieri debere Cæsar ait in §. 1. *de Don.*) , vi ipsa nihil aliud , quam , *propter* , notet . Quemadmodum alibi alias : *in eventum dare quid* , non , *in eventum* , dicimus , quoties in certum aliquem futuri temporis casum quid donamus . Quid ? quod (2.) *in periculo* (ceu Haloander vult) vel *in cogitatione mortis donare* , donationem mortis causa minime facit , sed donatio inter vivos sit & dici debeat , si non expressum , ob mortis cogitationem factam esse . Sicut quæ in *ipsa donantis morbo* fit , proprie *inter vivos* adhuc facta censeri debet , si non EXPRESSA vel , *propter mortem , ejusve periculum* , vel quod idem est , *ob suspicionem sive cogitationem mortis , ejusve periculi* , MENTIO a donatore facta sit . Juxta disertum Papiniani responsum in L. 42. ff. *h. t.*

Quære vel , juxta prædictam explicationem particulæ , *in* ; lectionem hodiernam servandam , arbitror ; Vel , cum Haloandro quidem hætenus , sed *rextu alio modo interpuncto* , atque iis sine ibus quidem litteris aliter scriptis ,
 sic

fic legendum existimem : *Rurſus, quod mortis cauſa donatur, Aut in periculo mortis datur, Aut cogitatione mortalitatis : QUOD NOS ALIQUANDO MORITUROS INTELLIGAMUS.* Ut in verbis nimirum, *periculo, cogitatione, mortis cauſam, ejus vero expreſſam faciendam mentionem, in ꝑ. Quod nos &c.* habeat. Juxta id quod anteverti dicere : Non ſufficere, in periculo aut mortalitatis cogitatione donare, ſed debere ita expreſſe, nominatim addi ; *Quod nos aliquando morituros intelligamus.* Duo ſcil. ita tum habeat Jctus. (1.) ut quis ſit in periculo mortis, cauſe cogitet. Et (2.) expreſſam mentionem ejus ita faciat : *Quod ſe aliquando moriturum intelligat.* Illa autem ego ex collatis hiſce legibus, probata iterum video, quæ alias ad *donationem mortis cauſa* juxta noſtra requirere, ex eorum principiis obſervo, atque Auditoribus meis, ut quemvis, ſicuti alias, ita & in hoc juris articulo ipsis obvenerit caſum decidere ſine qua diſſidentia eorum animi ex arena queant, tradere ita ſoleo : Ut adſit (1.) mortis periculum ejusve ſuſpicio, vel, in hiſce quis donaverit; (2.) Ut in iis, *ob propter ea donaverit ;* Et quidem (3.)-ut aperte mortis cogitationem periculumve memoraverit. Non tantum autem ita expreſſe memoraverit; Sed (4.) tanquam cauſam ad donandum moventem, ita dixerit expreſſim. (5.) Periculum autem revera adſit, ſive, cogitatio mortis juſta. Requiſitum ſolum prius, *quidam* habent ; Duo ſequentia adducunt *Alii ;* *quam, &* apud Sand. 2. *Def. 2. 4.* & ibi allegatos video. *ſtum* vero tactum a nemine ſcio. Videamus in exemplis omnia, Num quid fortean adhuc ex obſervatione non vulgata addere liceat ? Quoad (1.) itaque ; Finge, aliquis inter pocula lætus nihilque minus quam mortem metuens, aſt ita dicit tamen : *Quia mortem metuo, dono aureos 100.* Non erit hæc *mortis cauſa* donatio. *Quia* mortis ſuſpicio ipſi non fuit. Quoad (2.) ; fac eſſe, in mortis quidem periculo aliquem revera fuiſſe, ſed non *ideo* tamen donaſſe : non erit iterum hæc donatio *mortis cauſa.* Quoad (3.) ; Demus, & *ob hoc, ideo ;* quod mortem metuebat, donaſſe, ſecum quidem tacite, at mortis tamen periculive mentionem nullam expreſſim feciſſe ; *Quid ?* non erit iterum *mortis cauſa* donatio, ſed *inter vivos.* Fac eſſe : *Mevium* in ſummo mortis periculo conſtitutum, donaſſe *Cajo,* ideo quod mortem revera metuebat ; ſed mortis tamen nullam mentionem feciſſe : erit hæc *inter vivos* donatio. Licet enim *IMMUM & IIDUM* requiſitum adſit, deſt tamen *IIUM* : *mortis expreſſe facta mentio.* Non eſſe tum *mortis cauſa* donationem, habet *Lex 42. h. t. &c.* Ut hoc caſu locum inveniat illud : *mente retenta carent effectum.* Quoad (4.) ; pone : *Sponſus Sempronius, Titia* ſponſæ, pacto donat, 1000. aureos, capiendos poſt NB. *mortem* ſuam. Non erit iterum *mortis cauſa* donatio, ſed illa quæ *inter vivos* audit. Liceat enim *mortis* mentio *expreſſe facta* fuerit, & hætenus tertio illi requiſito ſatiſfactum, non tamen expreſſe donator memoraverat mortem tanquam NB. *moventem cauſam ;* vel, ſe *ideo* donaſſe. *quod* mortem cogitabat, vel metuebat. Non ſufficit autem,

mortem mortisve periculum expresse memorari, sed debet ut *causa* ad donandum *movens*, exprimi. Cui hoc requisitum *quartum* constat ex §. 1. *de donat.* Et quo eodem Juris principio, in dicto casu ita judicatum in terminis vides apud *J. Sandii* alleg. loco. Recte omnino quidem, sed non indigebat *Sandius* ad dictum casum ita decidendum, illo *quarto* requisito. Tu enim ad ejusmodi casum ita decidendum, adde & ideo donationem *inter vivos* & non donationem *mortis causa* dici debere, quod in casu illo, non quidem *mortis periculum adfuit*, & per hoc, non quidem juxta requisitum *Immo*, donatio *mortis causa* dici queat. Non est ergo ille casus *Sandii*, requisiti *quarti* exemplum, haecenus scilicet, ut ex solo illo requisito *quarto*, decisionem suam capiat: esse *inter vivos* & non *mortis causa* donationem. Ulterius itaque, ut & exemplum *requisiti quarti* habeas, hunc pone casum: ubi quis NB. *mortis vicinus* ita dixerat: *Dono, 1000. quibus gaudere post mortem meam liceas*. Vel, ubi *etate NB. fessus senex*, ex *conciene* rediit, ita dixerat, *privigno meo dono 300. aureos, capiendos post meam mortem*. Ecce: exemplum *requisiti quarti*, ubi non per *reliqua* quidem *requisita* decidi potest, *donationem inter vivos* esse, tamen, juxta requisitum *quartum*. Aderat enim, (1.) *mortis periculum* ejusve *cogitatio*, non tantum quod *senex* eras *etate fessus*, per d. L. 4. Sed & quod ex *ecclesia* venerat. Ubi nimirum, *mors*, *furvanox* depingi solet. Ut & (2.) *ob* ea se donasse dixerat. Atque (3.) *requisito*, in eo satisfecit, quod *mortis mentionem expresse* fecerat. At quoniam tamen, eam tanquam *causam* se ad donandum *moventem* expresse non memoraverat, sic itaque, juxta requisitum *quartum*, donatio *mortis causa*, non *inter vivos* dici debet. Sicuti hoc fundamento, accedente auctoritate *Sandii* legumque praesidiis, *mota* nostra *facultas*, me referente, in memorato casu respondit, *donationem a sene factam*, *donationem inter vivos* habendam, & per hoc, *perpetuam*, postea ab eo *revocatam* fuisse. Restat *requisitum ultimum*. Ita autem hoc interpreto, ut non sufficiat *periculum dixisse* ubi nullum fuit, vel ad *suspicionem vulneris*, statim *metuisse mortem*; sed debere *periculum revera adfuisse*. Fac esse: *Mevius exiguo ludens cimba lacu*, ita dicit, quia *mortem metuo*, ideo *dono aureos centum*. Quæro, an *donatio mortis causa* erit? Non ita puto secundum *requisitum quintum*. Jura autem ita *requirere*, semper ita mihi ratio dixit, non tantum quoniam *revera periculum exigunt*, aut quale esse dici non potest, ubi non est, sed & alias, nostra *Romana ars* in incerto esset. Ita autem me dixisse, non pœnitet, secundum ea quo proponuntur, in Leg. 3. 4. & 5. h. r. Dum *imperator exacte* ibi, *periculi mortisve cogitationis exempla*, & quasi ad *digitum recensat*, quænam illa sint, & non sint.

Sicuti autem *quinque illa requisita*, Jura desiderant ad hoc, ut *donatio mortis causa* dici possit, ita vero *compendii causa*, ad tria hæc, sed quemadmodum dixi *intellecta*, *reduci* possunt, ut adsit (1.) *mortis ratio*. (2.) *expresse*

pressa (1.) et impellens causa. Definitio autem hæc sit: *qua fit I. propter II. mortis suspicionem justam III. expressam.* Vel, *qua fit (1.) ratione (2.) QUOD MORTEM JUSTE METUIT (3.) expressa.* Non, ut vulgo: *qua fit propter mortis cogitationem aut suspicionem verbis aliove modo expressam.* Non ita satis diligenter. Neque enim sufficit *mortis suspicionem* exprimi, sed debet & *ut causa movens* exprimi. Neque, ut alii pejus adhuc ita definiunt: *qua fit mortis suspicio;* vel, *quod mortem metuebat.* Pessime! Usum autem habere ingentem, num recte definias; unde scilicet, quis scire queat, an donatio *mortis causa*, vel *inter vivos* vel quid aliud sit? Nemo sapiens negaverit. Cum, ut alias, ita & hic, ex vel sola intellecta definitione, quemvis obviamem casum, citra evolutionem suorum liberorum, in promptu quis decidere possit. V. g. quod vidimus, an donationem donator revocare vel non potuerat? Multum interesse, ut scias; tibi vel clienti tuo, inter vivos vel mortis causa donatum fuisse, vel unica; innumeros continens diversos effectus, in utraque donationis specie obrinens doceat illa regula: *Donationes mortis causa, ad exemplum Legatorum reddita sunt per omnia.* Ut contra, quas inter vivos appellamus donationes, omnino non comparantur *Legatis.* Sed quibus de mox supra. Illud interim ex dict. Leg. nostrâ 4. non sine observatione speciali, omittendum reor: *Senectutem, non ex annis nostros æstimare, sed ex solo defectu virium, num senectute fessi scilicet vel non sint?* Cui consentit *Thomas Parrius* angelus ille, quo de *P. Eras. Francisco.* refert, *eum post annum ætatis centesimum & vigesimum, nuptias contraxisse cum vidua, qua de hoc suo senex marito testata fuerat: se ultra N.B. 12. annos, virum hunc suum in lecto nunquam expertam fuisse sine viro, omnia qua viri alii præstans uxoris exhibentem, ad ultimam etiam illam amoris lineam descendens officia.* Usam habet hæc observatio, inter alia, in quæstione, an senex ratione annorum v. g. 70. terribili quæstioni h. e. *torturæ subijci queat?* Negant id quidam per Leg. 3. §. 7. *de SC. Silan.* Sed perperam omnino! Non enim negat *Jurisconsultus* ibi ratione *torturæ*, ignosci debere *Senibus*, sed *æate defectis.* Non autem omnes senes, ætate defectos esse, ipsis argumentis rerum constat. Et exemplo suo inter alios probavit, mox ille *Vir senex*, quem usque ad annum 132. ad ultimam amoris lineam, omni nocte (forte & die) descendisse, ejus (experta sine dubio) *vidua* dixit. Idem probat observatio in nostra Leg. 4. *verl. æate fessus.*

X X I V.

Ad §. 2. Instit. de Donat.

Alia autem donationes sunt, qua sine ulla mortis cogi-

*gitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quæ
NON OMNINO comparantur Legatis, quæ
si fuerint perfecta, temere revocari non possint.*

Verba posteriora in §. 2. *Inst. d. Donat. Non omnino comparantur*: nonnullis seculi prioris & nostri Criticis, haud satis complacere passim video, ut communis adeo fere Doctorum sententia sit, loco: *quæ non omnino*, substi uendum esse: *quæ omnino non*. Vide *Gophan. ad d. §. 2. Charond. ibid. lit. e. Hotomann. Wesemb. Vinn. d. loc.* Et quos non? Quasi vero nullo Juris modo, hæc donationes inter vivos, legatis æquiparatz intelligantur. Quod mihi ego sane hæctenus in animum meum inducere minus potui. Cum enim notabilia quædam, maximique momenti insignia, numero inprimis SEPTEM, sedulus animadverterim, quibus egregios, inter legatum & donationem inter vivos, similitudinis non contemnendæ effectus vere Juridicos contineri mihi persuadeo; non puto, extra temeritatis culpam esse, qui citra necessitatem violentas insonti textui manus injicere, ac falsum insimul juris articulum dicere, non erubuerunt.

Ac I. speciale, quidem dictæ similitudinis æquivalens tale constituo, quod in donatione inter vivos, ex speciali Juris fictione (sicut in Legato arg. L. 64. in ff. de furt.) traditio actus esse facta, quoad Dominium Juris adipiscendum intelligitur. L. 35. §. V. §. traditionem Jure intelligi fieri. C. de Donat.

II. Ex quo veluti fonte, signatus emanat alter æquiparationis effectus sequens: Quod in ipsius donatarii præjudicium donator rem legitime semel donatam, in alium impune non transferre, vel hypotheca alteri dare possit. Aut si actualem simpliciter alicui donatz traditionem tertio postea fecerit, & quidem per fraudem, tradensque inde etiam non solvendo evaserit, donatario actio tum Pauliana competet, arg. L. 6. §. 11. q. in fraud. credit. coll. §. 6. act; Si nullus vero dolus intervenerit, vel is ipse etiam interveniens eventum forte non habuerit, non rei ipsius vindicationem quidem, contra tertium illum possessorem donatarius habebit, arg. L. 15. C. R. V. N. 162. c. 1. junct. L. 128. R. 7., attamen conditionem ex L. 35. §. 5. C. de don. ad id quod interest, contra donantem ejusque heredem ipsi competere; magis est. arg. d. §. 5. in fin. coll. tit. ff. de condict. ex Lege. Ita, ubi tertius titulo alias justo rem a donatore traditam acceperat.

III. Si vero absque justo titulo, rem donatam, possessor ætius aliquis habet, tamen, quoad ipsam actionis contra hunc intentandæ vim, præferatur ætius is, cui posteriori scil. traditio a donatore facta erat d. L. 15. §. ei cum priori C. de R. V. Attamen illo cessante, donatarius contra illum absque justo titulo possidentem, rei vindicatione (utili scil. illa

illa, seu lege data), agere recte poterit. arg. L. 15. §. NB. *utrumque Dominium.*

IV. Sicuti, & ratione simplicis quoque donationis, *Publiciana actio* donatario dabitur contra illum, qui vel *sine*, vel cum *inferiori* saltem titulo possidet, arg. L. 1. in fin. & L. 2. & L. 3. coll: L. ult. in fin. ff. *d. Publ. in rem act.* & L. 35. §. 5. §. 7. *Et traditionem fure C. de Donat.*

V. Etiam, donatio simpliciter facta, non revocata censetur, per hypothecam aliudve Jus in re donata, alteri postea alicui tertio constitutum, sed donatario nihilominus, vel *condictio ex lege*, vel *actio ex stipulatu* contra donantem, ad rem donatam liberam ei praestandam sufficit. arg. d.N. 162. C. 1. in fine.

VI. Conveniunt autem porro, legatum & inter vivos donatio : *Quod sicuti legatum, titulus lucrativus dicitur, sic & donatio quoque talis est.*

VII. Unde inter alia fuet memorabilis æquiperationis ille effectus : *quod sicuti legatarius rem legatam petere non potest, si eam semel titulo lucrativo accepit ; sic nec donatarius, contra debitorem donatorem agere poterit, si res ea ex causa lucrativa ad eum jam pervenerat.* Conf. §. 6. *Leg.* junct. L. 17. *Obl.* & L. 83. §. 6. *Verb. Obl.* Ex quibus sane, inter reliquos, effectibus memorabilibus Juris nostri : non esse nullam donationis huic nostra cum legatis convenientiam, liquido patescit.

VIII. Horum autem effectuum argumento, Justinianum dixisse potius : *Donationes inter vivos non omnino comparari legatis ;* Et non, quod : *omnino non comparentur, ex ipsa adhuc definitione legati* probo, qua definitur : *Donatio quadam a defuncto relicta &c.* Quædam. Ut scias videlicet, donationem quidem esse, sed *quandam*, non *proprie* tamen, sed *improprie* donationem esse. Voces enim ejusmodi, *quidam, quadam, quoddam*, apud Nostros improprietas indicæ esse, dicam ex professo alibi. Interim eo ipso id noster §. 1. *de Leg.* probet, quoniam legatum proprie non, sed improprie donatio est. Dicite autem nunc Præstantissimi si displicet, Critici, quid interest, nisi turpem nominis litem movere velitis, NUM dicam, Legatum est donatio *quædam* in §. 1. *d. Legat.* VEL, donatio non omnino comparatur legatis, in nostro §. 2. *d. Don.* Vah proterviam correctionem textus !

IX. Omnino autem legendum esse ex mente Imperatoris nostri, non : *omnino non ;* sed : *non omnino*, probat §. *prac. r. ibid.* Ubi enim dum de donationibus *mortis causa*, regulam præmisit talem : *legatis eas esse adequatas per* NB. OMNIA : eique, regulam NB. contrariam, in donationibus inter vivos obtinere dicere voluit, in §. statim sequente 2do, quomodo, quæso, id aliter dicere potuit, quam hoc modo : *eas Legatis* NB. NON OMNINO (non per omnia) æquiperari. Qui significare vult, donationes inter vivos, legatis non per omnia comparatas esse, quo modo, ille id aliter dici poterit

poterit quam, non per omnia, sive non omnino; eas legis æquiparatas esse?

X. Vel eo magis autem Justinianus recte, argumento illorum effectuum, dixerit: non omnino hæc donationes inter vivos æquiparari legatis; quoniam quem huic contrarium in donatione mortis causa articulum præmiserat: eas legis æquiparatas esse per omnia, non ut jus quidem ubique valens & perpetuum quoad omnes effectus, sed non nisi ut regulam, demtis ergo salvisque ejus exceptionibus, posuerat. Quod enim antea dixerat, donationes illas legatis fuisse adnumeratas per omnia, hoc statim ipse ita interpretatur, ut per omnia NB. fere legis connumerentur.

XI. Ut omnino autem Critici videant, ex mera corrigendi pruritu profectam, absurdam esse certe Illorum illam correctionem; Quid? Habeant enim sibi, nullum esse similitudinis effectum, legati atque inter vivos donationis, non necessariam tamen illam crisin esse, inde patet, quod ex sermone nostro, Verba: omnino non, non reliqua statim excludere, sed contra magis, verborum illorum: omnino non, & non omnino, eandem hæctenus esse significationem, observare liceat. Conf. L. 8. §. 8. ff. de fidej. Et §. 3. Quib. non est permiff. fac. test. v. omnino non audit. Neminem enim esse tam surdum ut non tamen aliquid audiat, habet L. 10. C. Qui Test. fac. poss. Ita, inquam, si in nullo omnino juris similitudinis effectum, legata atque donatio inter vivos convenirent, dixisse satis esset, verba: omnino non, id non magis tamen significare, ac illa quidem: non omnino. Esse autem talia similitudinem insignia plurima, vidimus.

XII. Damnata correctione pessima, duplex tale habeamus fatius erit, ex lectione vulgata, solidum [in scholis dicunt fundamentale] principium. I. A legato ad donationes mortis causa, argumentum regulariter (vel si mavis secundum regulam) valere; salvis atamen exceptionibus suis. v. §. 1. de Don. II. Contra, A legatis ad donationes inter vivos argumentum regulariter non valere. Salvis scil. iterum tamen exceptionibus suis. Quod utrumque probant verba: non omnino, comparantur. Non ex regula scilicet. Salvis, ergo exceptis ejus casibus. Quales suo numero plures vidimus.

XIII. Falsam criticorum petulantium crisin esse, vel eo solo argumento denique habeant, quod sicuti sua alteratione id volunt, quasi nullus esset legatum inter atque donationem inter vivos, similitudinis effectus, ita vero contra, innumeros tales vidimus. Domini critici, dicatis obsecro, potestne donatarius ante actuale rei donatæ factam ipsi traditionem, rei ipsius dominium ejusve effectus sibi vindicare? Non ita, si illis Aristarchis fides. Sicuti enim in legatis ita juris est, ut contra communes juris regulas, statim a morte legantis absque traditione actuali ab herede facta, rei legatæ dominium in legatarium recta via transeat, ita vero similitudo nulla, inter lega-

cum atque donationem inter vivos obtinere debet, ex christiano sententia. Non autem recte eos philosophari, probant dominii in donarium translati effectus plurimi, competentes quos vidimus etiam ante actualem donatæ rei factam ipsi traditionem. Quæro adhuc: *1mus* donavit *2do* equum *3tio*, quem ille jam donationis titulo a *3tio* acceperat; Potestne hoc casu *2dus* contra *1mum* agere ad donatæ rei pretium? Non posse vidimus. Conf. *Vinn* ad §. 6. *I de Legat.* Sed contra tamen ex d. & orum *Corycorum* animo. Qui in nullo enim juris effectus, convenire volunt, donationes inter vivos, atque legata, in quibus nimirum juris regula obtinet: *Dua causa lucrativa in eandem rem & personam concurrere non possunt.* §. 6. *d. Legat.* Et quod rationem habet, *Quia cum creditoris jam res esse coepit, in eum casum devenit, a quo obligatio incipere non potuit* vid. *Vinn. d. L. Cui ego addo* rationem aliam, quam observamus, avaritiæ immodicæ scilicet, odiosæ imperatori nostro. Sufficit rem eandem titulo lucrativo semel habere. Conf. sup. pag. 113. Sed quæ utraque tam *Vinnii* atque illa nostra ratio, ut & in donationibus inter vivos obtinet, sic & idem jus ibi obtinere, dictæ leges eleganter cavent. Ut ad modos tollendi donationem inter vivos & h. n. c. addiderim: *Si semel jam donatarius rem donatam ab alio ex lucrativa causa acceperat*

Ut nullo suo merito consequenter optimus ille atque ingenuus noster *Pacius* a *Vinnio* vapulet in *Comment.* ad d. §. 2. Sed non video in mea editione *Pacium* lectionem vulgatam: *non omnino*, defendere. Fortean *Vinnii* castigatione territus in posteriori editione sua id omisit *Cujacius*. Quod certe non fecisset, si tam præfati observati a nobis similitudinum memorabiles effectus, *legatorum* atque *donationum inter vivos*, quam argumenta reliqua ipsi in mentem venissent. Quorum autem effectum primum illum, *translati Dominii etiam ante traditionem actualem*: casuum exceptorum vulgo a regula *Legis 3. ff. d. oblig.* numerum augere, observemus, non sine ratione puto.

X X V.

Ad §. 1. *Inst. de Donat.*

Ha mortis causa donationes ad exemplum Legatorum redacta sunt per OMNIA. Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis an legati instar eam obtinere oporteret, & utriusque causa quædam habebat insignia, & alii ad aliud genus eam

U

retra-

retrahebant, a nobis constitutum est, ut per omnia
FERE legatis connumeretur. &c.

Quem Observ. præc. allegavi §. 1. *Inst. de Donat.* ansam observationi dedit, verba: *omnis, omnes, &c.* non semper jus inducere quod perpetuum est, excludens scil. excepto casu nullo, omnia reliqua, non ita, sed sæpius non nisi regulam, admittentem ergo suos exceptos casus, significare. Conf. L. 1. *de Reg. 7.* Falsum esse, observo, Principium, quo dicunt advertari sibi: *omnia dicere, & non omnia (casum exceptum) dicere, v. g. ex omnibus causis obligare filiumfamilias, &, non ex causis omnibus (non in excepto casu v. g. Macedoniani) obligari filium.* Hæc duo a se non discrepare, memorare anteverti. Sed quomodo conciliabimus? Et ita (1.) quidem DDres in ejusmodi conciliandi juris articulis, v. g. *ex omnibus causis filiumfamilias obligari. OMNIBUS, supple scil. ferme, vel, excipe v. g. quoad casum Macedoniani.* Sed præstat nihil dicere quam ita. Idem est, ac si rem non conciliaverint. Ita enim dicant: *Ex omnibus causis obligari filiumfamilias. &, non ex omnibus causis sed ferme omnibus, non in exceptis causis obligari filiumfamilias.* Tu dic & omnia dixeris, *ta, omnes, omnia,* non jus inducere perpetuum quod omnem exceptum casum excludit, & ex quo alias regula fit, sed non nisi regulam, sui natura ergo exceptionibus obnoxiam, significare. Ita vero esse, probat eo ipso noster Sphus, dum quod paulo ante ibi Imperator dixerat, *ad exemplum legatorum redactas a se esse donationes mortis causa per omnia,* ita postea repetit, *ut per omnia fere legatis connumerentur.* Idem probat L. 39. *oblig.* Et quæ occurrent. Usus habet observatio maximum in decidendis controversiis, atque conciliandis nostris legibus.

X X V I.

Ad §. 2. *de Donat.*

*Et ad exemplum venditionis nostra constitutio eas etiam
 IN SE habere necessitatem traditionis voluit.*

ADhuc est circa d. Sphum 2. *de Don.* præc. folio visum, ex Auditoribus meis, cui præcedens folium illud purgandum mendis typographicis commiseram, & hoc dictare inceperam, de observatione monet in collegiis dicta a me circa d. §. 2. *7. de Don.* ad verba illa ibi **IN SE.** Cujus ego alias, non ipso textu inspecto scil. immemor. Hanc ad verba observationem in Auditorio nostro scriptam brevibus exhibet. **IN SE: Ut scias, ad traditio-**

*ditionem rei vendita venditorem precise compelli. Conf supra princ. §. d. Serv. Sed repetam latius, ut plenius adhuc in collegiis dicere soleamus. In multa scilicet adhuc controversia est, num venditor ad tradendum precise compelli possit? Precise, explicant in scholis, h. e. an non a traditione liberetur quidem si id quod interest emtori præstare velit? Precise, hoc sensu, ad traditionem venditorem compelli, ajo cum affirmantibus. Sed non tamen per omnia illorum argumenta, v. g. quod ex verbis componunt in d. §. 2. ad exemplum venditionis habere necessitatem traditionis. Argumentum ex Tribu Levi petatum. Sed non habet pondus. Ad tales enim textus omnes, ego pro dissentientibus responderim; *Necessitatem traditionis habere venditionem, sed non precise.* Necessitatem quidem habere scilicet, sed limita, nisi dare venditor emtori velit, quod sua interest. Una est quaestio, an tradere cogatur venditor; Alia, an precise? Prius probant dicta verba: *necessitatem traditionis.* Non, posterius. Vis dicere, eo ipso id illa verba probare, quasi dubium non habeat, sed res ipsa loqueretur, ad traditionem compelli posse venditorem, si præstare nolit quod interest; sic autem dicta verba de casu magis dubio intelligenda esse, ubi præstare nimirum interesse vult venditor? Sed (1.) ego nondum credo, apud quemlibet id omni dubio carere. Si non vult pretium reddere venditor, tum facile concesserim, patere statim cuilibet, debere venditorem rem venditam tradere; Sed non ita, si præstare non vult, quanti actoris interest. Sed habeas, carere & ita dubio. Quid enim (2.) visne Tu omnia in juris nostro corpore delere quæ non dubium habent; Ubi tum manebit corpus juris? Parvus tandem legem manipulus. Tolle tum leges prohibentes, v. g. *ne quis locupletur cum alterius damno; Ne quis uxorem ducat matrem.* Et quas non? Dele tum in Sacris Bibliis Tuis leges scriptas, *ne facias homicidium &c.* Eiusmodi enim crimina prohibita esse, quis dubitaverit. Quis de lege ambigat: *Honora Parentes?* Sed habeamus retineamusque leges scriptas tales, non modo ideo, quod tardior aliquis adhuc de eis aliquo modo dubitare secum posset, v. g. unde sciat juris esse, quod rem venditam vel tradere, vel alias reddere pretium debeat; quod non locupletari liceat sibi cum damno alterius; non ideo tantum tales scriptas leges habeamus, sed & quoniam (quæ mihi ratio magna videtur) iura scientes non semper tamen ex animi sententia ad ea accommodare negotia solent. Sic vero nunc legem scriptam videant; se ad id obligatos esse. Ut omnino videas, ex dictis verbis: *necessitatem traditionis*: Te non probare posse, venditorem debere *precise* tradere. Ex verbis itaque solis iis: IN SE: probaverim, ad tradendum eum obligari, nec ab hoc præstando id quod interest liberari. Sed relectis illis verbis, non bona fide ita atque superficialiter, sed ut scriptis exacte atque cum industria a Nostris. Ita scilicet est ex observatione mea: Verba illa, IN SE; diligenter in iure nostro scripta, necessitatem alicujus rei, qua de agitur, significare, & quasi*

substantiale aliquod, sine quo res illa esse non potest. Conf. Pr. Inst. de Servit. v. IN SE. Qui sic insimul nimirum textus, explicationem habet, & Nostros interpretes cum morari, non opus erit posthac. Torquet in eo textus ille nostrum Aristarchorum animos, quod ex verbis ibi scriptis, nullam differentiam videant, *actum* inter & *viam*. Sicuti enim *actus* dicitur, *jus eundi ambulandi, agendi jumenta vel vehiculum, ita & ipsi via ibi non plus tribuitur*. Verba apponamus: *Actus est jus agendi jumentum vel vehiculum. itaque qui habet iter, actum non habet: sed qui actum habet & iter (h.e. jus eundi ambulandi) habet, eoque uti potest etiam sine jumento. Via est jus eundi & agendi & ambulandi hominis. Nam & iter & actum via in se continet*. Nullum videtur esse discrimen inter *actum* & *viam*. R. (1.) Quidam, in eo tamen differre, quod ille qui *viam* habet, & *jus* habeat *hastam recte ferendi* &c. ex L. 7. d. P. R. &c. Sic satis prudenter quidem. Sed hoc non est, dubium illud tollere: quod sicuti & ipse ille noster textus in *d. princ.* differentiam inter duas illas servitutum species indicare vult, ita vero nullam tamen significet. R. ergo (2.) & ipsum textum illam differentiam probare in verbis illis repetitis sapius: *& &*. Ut scias NB. & alia adhuc, continere *viam*. Ceu ita ex sermone nostri juris, verborum illorum memoratorum sapius *& &*, hanc significationem esse, ut scias & alia adhuc esse me observasse memini. Sed in textus jam inquirere non vacat. Ita vero nunc (3.) mea sententia: Imperatorem, maximum essentialique discrimen inter duas dictas servitutum species, nominatim & statim in ipso illo textu addidisse, in verbis, inquam, ibi: IN SE. *Via* nimirum, ut *actum* ita & *iter* NB. *in se* continet. *Actus* vero quidem etiam *iter* habet, sed non NB. *in se*. Ut scias, videlicet, sine *itinere*, pacto ita convento, esse posse *actum*, at non *viam*. H.e. ut nullo adjecto pacto contrario, concedens alicui *actum*, & id concessisse dicendus est, ut alter & *ire ambulare* possit, ita vero pacto tamen hoc alterari potest, ut soli ipsi sine jumento *ire* non liceat. Contra autem *viam* concedens, non pacto hoc quidem facere potest, ut alteri ita *ire* non liceat. Sicuti aperte duas illas differentias non ineleganter probatas legis in L. 4. §. 1. *si serv. vind.* & in L. 13. *d. Servit.* Ita & eadem noster textus in *d. pr.* habet in verbis: IN SE. Usque adeo verum est, non qua eundem est, sed qua *itur* imus, & quae quasi ante pedes connata sunt nobis contemnimus.

Sed talia auditores mei habent innumera, quae praeter vulgatos quos legi in collegiis dixi, sed in chartam conjicere, non permiserunt alia.

X X V I I.

Ad L. 4. §. 1. d. *Hered. Instk.*

Puto recte generaliter definiri, utrum in potestate fuerit conditio, an non fuerit, facti potestas est: potest enim, & hac &c.

Inversucunda, sic prope dixeram, *Haloandri* molitio est; dum loco *facti potestas est*, emendandum opinatur, *facti potius esse*. Non debebat. Genuinus etenim optimi nostri textus, sub incidenti Rhetoricæ cuidam verborum Synchroni, qualitercunque involuti, sensus reapse mihi talis videtur; *Ut potestas (h. e. conditionem in potestate esse, arg. v. præc. utrum in potestate) facti, non item juris sit. Quid autem obsecro, hic jam obscuri; quid vestra tandem emendationis opus est? O invidenda criticorum natio! Plures autem ita Synchronicos figura scriptos nostros textus, observo. Conf. L. 1. d. Accept. &c.*

X X V I I I.

Ad L. 3. de *Æd. Ed.*

Vel protervi, vel gibbosi, vel curvi, vel pruriginosi, vel scabiosi: item muti & surdi.

Iur. Loco *protervi*, quia cum gibbosis *protervi* illi, nihil commune habeant, legendum *pesterosi*, Gothofredus putat. Vid. eum ad franc L. Lit. e.

Ido. quoniam murus, morbosus dicitur in L. 9. *cod. tit.* in hac autem L. 3. contrarium videtur, ideo est idem Ille Gothofredus, mutum graviter loquentem, non eum qui plane elinguis est, ia hac lege; intelligat. *Haloander* autem, loco *muti, & surdi*, sublata interpunctione post verbum *muti*, restituendum opinatur: *Muti & surdi*. Salva autem servata lectione, suspecta legum vitia sananda reor.

QUOAD *Imum* enim quod attinet, quia inter cætera *humani corporis* vitia etiam *animatorum* defectus recensere Jcto fuit in animo, *hosque* inter in L. 1. §. *fin.* & L. 2. maxima ex parte enumeratos, non infimum *protervia*, quod *nimiam delicatularum petulantiam* Philosophi vocant, vitium, habeat locum, vocem *Protervi* Cajo posse relinquere, omnino existimo. Idque magis; si *protervi*, ad verba *leg. præced. vel melancholici*, referas. Leges enim *Pandecta-*

rum ex diversorum *ſcriptorum* libris conſcriptas ſæpiſſime ita ſibi cohære-
re, unamque aliis adeo innexam eſſe, ut ſibi individuo vinculo ſape cohæreant,
alteraque alterius non tantum appendix, ſed & pars ſit, hac vice obſervo,
& alibi.

Quantum ad *poſterius*, rixam inquam, *Cajum* inter & *Ulpianum* compo-
nendam, duæ erunt diſtinguendæ quæſtiones. Una; an furtivum mutuumve
eſſe, ad corporis pertineat vitia? Alia & ab illa bene diſtinguenda quæſtio
hæc erit; An ob tale vitium actio redhibitoria locum, an non habeat? Ad
priorem, affirmative in Leg. 9. *Ulpianus* reſpondet. Quoad *alteram*, diſtinctio-
nem Noſtros facere obſervo: Aut, *Servus* nimirum, ille emptori nihilomi-
nus poteſt inſervire, aut non poteſt. Hoc caſu redhibitoriam locum habere,
colligo ex *diſt.* L. 1. §. 8. Illo caſu, etſi jam ceſſare redhibitoriam L. 3. velit, ta-
men morboſum eum eſſe in L. 9. *Ulpianus* bene reſpondet. Voluere itaque
Pandectarum compilatores, *Viviani* conſenſum in L. 1. a §. 9. ad finem; ſub
geminata in L. 2. & 3. vocula *vel* ſubinnuere, non, quali mutuum eſſe, mor-
bus non ſit, ſed, quod ob iſtiusmodi morbum, ſtatim redhibitoria locum non
habeat. Sed diſtinguendum eſſe; an emptorem inſerviendo beare, nec non
poſſit. *Diſt.* L. 1. §. 8. L. 5. in fin. ff. Lit. r.

X X I X.

Ad L. 4. ff. d. *Inſtruct. Inſtrum. Legato.*

*Cum quidam duos fundos junctos haberet, & ex alte-
ro boves cum opus feciſſent in alterum reverterentur :
Utrumque fundum cum inſtrumento legaverat. La-
beo, Trebatius, boves ei fundo ceſſuros putant, ubi
opus feciſſent, non ubi manere conſueviſſent. Caſſellius
contra. Labeonis ſententiam probo. Ait Javolenus
in L. 4. ff. de inſtruct. Inſtrum. Legat.*

F*Lorentinam* illam *ffdeſtarum* editionem, eſſe puriſſimam: habet *Lant. Comp.*
Pand. p. 2. Cui ego notam addo: Et archetypum eſſe juxta quoddam,
præferri ſaltem debere reliquis editionibus noſtris. Exemplar eſt, ad quod
trutinari in dubio hodiernæ noſtræ editiones debent. Tale autem eſt: Caret.
(1.) Omnibus interpunctioibus; non tantum, ſed quod magis eſt notan-
dum (2.) omnia ibi unica ſerie & contextu ſcripta legis; Sed & verba ſyllaba-
que

que in idem desinentes in unum contractas habet. Ita v. g. in L. 37. ff. d. *Leg.* quod ita legis: *casibVS VSA*, in Florentinis: *casibVSA*, est. Ut testes sunt oculati nostri. Et ego facile conjecerim, cum ita consuevisse veteres, vel sola 12. Tabula probant: v. g. SINIUS VOCATQUEAT. h. e. Si IN IUS VOCat ATQue EA. Ita ut in hodiernis nostris fideiactarum exemplis, *interpungere, verba separare, ex una syllaba, duas facere, liceat*, ubi lex aut ratio suadet. Id autem, quoniam nostri non animadverterunt, ubi debuissent, hinc est, eos non textus morari tantum perperam, sed & falsas subinde juris sententias ex legibus dicere, observo passim. Videamus. ex. gr. ut de reliquis simul conicias, L. 4. ff. de *Instr. Inst. Leg.* Duos quis fundos junctos habet, & ex altero (Semproniano), boves, cum opus fecissent, in alterum (Cornelianum) revertebantur. Utrumque fundum cum instrumento legaverat. *Illum Titio, hunc Mævio.* Cui fundo boves cedent? Juxta vulgatam nostram interpunctionem, ei fundo boves cedent, ubi opus fecerunt. Ast contra potius, ei fundo debere boves cedere, ubi manere consueverunt, vult ratio: quod boves in eo morari, & reverti soliti, ceu consuetudo. Gotofredo hac ratione motus, ordine inverso, rextum transformat: *Labeo Trebatius boves ei fundo cessuros putant, ubi manere consuevissent, non ubi opus fecissent.* Et si cum Gotofredo fecerim, non ei fundo boves cessuros ubi opus fecissent, sed in quem opere facto solebant reverti, at non tamen, ad hoc, critico ejus telo opus puto. Quoniam idem, Jctus dixit, verbis hoc modo interpunctis: *Labeo Trebatius boves ei fundo cessuros putant, ubi opus fecissent, non ubi manere consuevissent.* Cassellius, contra Labeonis sententiam. Probo. Ait, nimirum ibi Jctus Favolenus. Probat, videlicet Favolenus, Cassellii sententiam, diversam ab ea Labeonis, existimantis: *Boves ei fundas cessuros ubi opus fecissent.* Quod non probo.

X X X.

Ad §. ult. de Nupt.

Aliquando autem evenit ut liberi, qui statim, ut nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris. Qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curia datus potestati patris subjicitur. Nec non is, qui a muliere libera procreatus, cujus matrimonium minime legibus interdictum fuerat, sed ad
quam

quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus instrumentis compositis, in potestate patris efficitur. **QUOD ET ALIIS LIBERIS, QUI EX EODEM MATRIMONIO POSTEA FUERINT PROCREATI, SIMILITER NOSTRA CONSTITUTIO PRÆBUIT.**

Pravam similiter positionem unius commatis, & in ipsis Institutionibus nostris, textum in *§. ult. de Nupt.* difficilem nostris vulgo Commentatoriis reddidisse, observo. Verba nimirum ibi posteriora illa: *Quod etiam aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio præbuit,* offendunt omnes nostros hucusque juris interpretes, ex ratione, quod non habere dubium possit, imo non, quod addo, apud tardissimum, non apud tironem quidem, quin, patris matrimonium cum concubina subsequens, legitimos faciat liberos, inde natos postea. Cum alias, ut quidem studioso mihi venit in mentem, idem id esset, ac si liberi ex justo subsequuto matrimonio nati, ex justo matrimonio nati non, vel liberi iusti, iusti non essent. Quod nemo adeo bardus studiosus dubitare debet. Vel si talis tam truncus adsit, non huic tamen, sed sapienti subtilius legem juventuti, Institutiones oblatas esse. Vel si & hoc, non tum vere tamen, sed falso Justinianum profiteri, se induxisse sua ea constitutione, ut liberi matrimonio subsequuto nati sint legitimi, cum id jam ante hanc constitutionem obtinuit. Sed quid ergo; Justinianus ita dixit tamen? *Hottomannus, Cujacius,* tot tantisque monstrosis, ferme dixeram, modis, textum nostrum mutant, ut vix recensere liceat.

Quam ob rem autem viri nobilissimi, obsecro, ita corrigemus textum, ubi ille alias se bene habet,

Moratur nimirum nostros (& me cum eis) quod verbum *eodem*, ad subsequens statim verbum, *matrimonio*, retulerint, ut & in verbo, *postea*, respexerint, ad ipsam factam illam per matrimonium subsequutum legitimam. Cum neutrum eorum debebat in mentem venisse, sed contra potius, verbum, *eodem*, de eodem illo qui præcessit *NB.* filio, debebant significasse; sed & tamen *postea*, ad ipsius filii *postea* initum matrimonium, & ex hoc ab eo *postea* procreatos liberos pertinere dixerim. conf. §. 8. ib. in fine. v. *postea contracto.* Ut unico adeo post verbum *eodem*, interposito commate, sensus genuinus revera talis sit, atque illud quidem decidat, quod de, quod dubia tanta torque habeat, dubitaverint nostri: *per subsequens nimirum matrimonium avi cum concubina,*

cubina, legitimum evadere non tantum ejus filium, sed &, qui ex eodem filio, matrimonio postea procreati fuerint, nepotes ejus. Juxta hanc, ni fallor, facti speciem : PRIMUS ex concubina CAJA, suscepit filium SECUNDUM. SECUNDUS hic; NB. postea uxorem domum ducit Luciam. Quæ & eum sic NB. postea, læta prole, cui nomen TERTII datur, patrem facit. Hodie, PRIMUS cum Caja sua contahit nuptias. Quæro, num per subsequens hoc matrimonium, legitimus evadat tantummodo, Primi filius ille secundus, an vero contra, avo primo, legitimus etiam fiat, qui ex eodem filio, matrimonio postea procreatus fuerat, nepos Tertius? Imperator respondet, non tantum ipsum filium secundum; sed &, qui postea ex hoc filio, matrimonio procreatus est, Tertium, avo evadere legitimum. Mavis nunc, ad hunc sensum, textus ipsa verba? Ecce: *Quod & aliis liberis, qui ex eodem (filio, qui præcessit), matrimonio postea procreati fuerint, similiter nostra constitutio præbuit.* Et hic nunc est idem ille s̄phus mirabilis, ad quem, Illos de ingenio admirantur alii qui corrigere illum possunt. Qui nulla plane correctione indiget.

X X X I.

Ad L. 44. pr. ff. de Relig.

Cum in diversis locis sepultum est, uterque quidem locus religiosus non fit. quia una sepultura plura sepulchra efficere non potest. Mihi autem videtur illum religiosum esse, ubi quod est principale conditum est: id est, Caput, CUIUS IMAGO FIT, INDE COGNOSCIMUR.

Quod supra observ. 29. ad Lauterb. notavimus, commatum aliarumve interpunctionum collocationes pravas, hinc inde Nostros delusisse, falsasque sic subinde eos dixisse juris sententias, hoc esse verum, vidimus. Sed & alterum illud quod ibidem de Florentinis f̄dētis ad Laut. notaveramus, per αναδιπλωσιν nimirum sæpius in nostris editionibus nos legere debere, voces inquam syllabasve in idem exeuntes, in unum Florentinas f̄dētis contrahere, atque id quoniam Nostri non attenderunt ubi opus est, hinc quoque deceptos Illos esse, probat, inter alias, L. 44. pr. ff. de Relig. Non una autem est imago Nostri ad verba ibi: *Cujus imago fit inde cognoscimur*, sed variis quidem depictis coloribus capita. Utinam haberent cerebrum!

I. Hugo a Porta, ita substituit: *Cujus imago sit Unde cognoscimur.*

X

II. Halo-

II. Haloander hoc modo, putat, melius: *Unde qualis cujusque imago sit, cognoscimur. Johannes a Porta, a Porta* (ut est in proverbio) aberravit certe. Nemo enim mihi persuadebit, sensum habere: *Caput cujus imago sit, inde cognoscimur.* Neuter autem recte. Quoniam (a.) citra vel minimam correctionem, ex stilo veterum Jctorum scil., (b.) germanus verborum sensus, gaudens (c.) suo fundamento maximo, adest. Ut & (d.) ratio, non tantum quod ita legi possit, sed omnino ita dixisse Jctus debuit. Satisfaciam omnibus. Ita verba lego: *cujus si imago sit.* Nihil ita me corrigere ex stilo Jctorum veterum & quemadmodum Florentinæ Pandectæ scriptæ sunt, sed contra, integra verba Jcti ex mente ejus & quomodo ea dixit, ita me restituere, probō. Quoniam quod in mente habuit, & ore dixit: *cujus si imago sit,* non ita stilo exaravit tamen, aut in Florentinis ita legitur, sed contractis geminatis litteris illis SS. II. in unam S.I. scriptum fuit: *cujus imago.* Pro *cujus si imago.* vid. supra Obsev. 29. Habet lectio hæc, naturalem sensum: *Caput nimirum illa pars est hominis, cujus si imaginem aliquis sibi faciat, inde cognoscimur.* Habet etiam lectio hæc & sententia Jcti, fundamentum maximum: Ut ut enim reliquæ partes hominum, *pedes* v.g. *minusque* eadem sunt, hominemque unum ab alio minus distinguunt, sed solum caput, ex mirabili Dei sapientia, hominem ab homine discernat, & unde cognosci possit; Ita vero non tamen inde cognosci quis poterit, si non ejus capitis imaginem nobis fecimus. Quæ enim, dic obsecro, ratio est, quod ex capite semel viso aliquem postea iterum cognoscas? Hæc Phylca mihi videtur & non alia ratio: quod, caput alicujus intuentes animadvertentesque, ejus sic quasi imaginem depictam nostræ menti faciamus. Iplis argumentis rerum probemus. Pone (suppone, hæsitantes lingua scribunt) Tibi presentem rusticum, vel quem alium cujus caput non tanto opere, tantaque vi, tanta industria atque attentione, intueri, considerare atque animadvertere solemus, vel quemvis alium cujus capitis imaginem contemplando Tibi non feceras, quæro, si talis Tibi occurrat forte postea homo, an cognoscetur a Te? Non credo. Ut contra ille, cujus caput, vel propter dignitatem illustrem, vel propter aliam causam, aut propter ipsam non quotidianam faciem, attente contemplatus fueris, postea a Te cognoscetur iterum? Consentit hoc sensu Cassiodorus ubi 12. 21. ait: *Exemplar velut annulum levis imprime, ut sicut vultus expressa non possunt signa refugere, ita manus tua ab autentico nequeat discrepare.* Et ita disputavit Cicero *Acad. quest. 4. 56* Verba apponi non gravabor: *Fac enim antiquos illos servilios, qui gemini fuerunt tam similes, quam dicuntur: num oenses etiam eosdem fuisse? non cognoscebantur foris: at domi, non ab alienis: at a suis. An non videmus hoc usu venire, ut quos nunquam putassemus, a nobis interosci posse, eos consuetudine adhibita, tam facile internosceremus, ut ne minimum quidem similes esse viderentur.* Sed ad ceteras res ha-

bet

bet quandam artem, qua vera a falsis possit distinguere & ad similitudines istius usus adhibendus est. Ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internoscet, si assueveris. Qui foris non, aut ab alienis, NB. domi tamen & a NB. suis dignosci poterant. Quod illi scil. eorum capitum consuetudine sibi fecere imaginem. Adstipulatur profecto, Theodoricus Gothorum Rex, qui Anno 526. Ravenna in prandio caput piscis alicujus magni intuens, sed videre se imagans, caput (quod amputare fecerat) Symmachi, prolapsus in terram, mortalitatis diem invenit. Habuit certe depictam, mente sua, Symmachi capitis (quod non alias videbat) imaginem. Addamus adhuc, quod a puero tenuimus, & in multa historia est, quid? Apelles tempestate in mari orta Alexandriam appulit, ubi inimicos multos in aula, sed & ipsum regem adversarium habebat. Ex aulicis unus, Apellem adit. Mentito mandato Regis, ad cœnam invitat, ut sic non invitatus scil. risu esset. Ita accidit. Accedens, ad Palatium Apelles, in limine statim illuditur, contentimque rogatur, unde venerit, quis invitaverat? Discesserat invitator e medio. Accedens ad ignem Apelles, carbone, caput ejus qui invitaverat, ubi depingere inceperat, cognitus jam ille aulicus a rege fuit. Dicat nunc aliquis mihi velim, quomodo ita ad similitudinem, aulici illius caput, depingere potuerit Apelles, ut cognitus ille inde statim a Rege fuerit? Non ex ipso capite, quod absens fuerat. Oportet, ex imagine, quam ad invitantis aulici caput animadvertens sibi fecerat Apelles. Et quæ sunt alia hac in parte exempla rerum, quæ quidem memoria restituit, sed non scribo, brevitatis causa. Ut sic JCtus in d. L. 44. Relig. scribere quidem debuerit, addita particula Si: Caput, cuius si imago sit, inde cognoscimur. Falso enim dixisset: Caput esse, unde cognoscimur. Cum non ex capite, sed ex facta ejus imagine cognoscimur. Ansam autem huic observationi, consulens me Notarius aliquis, hoc modo, dedit: Erat, in causa alia, legebam d. legem nostram 44. d. Rel. Dum ad Criticorum sententias sensumve verborum, parum morabar, accedentem ad ædes, oculi fugacis momento ubi cernebam, dictum Notarium, primo illo etiam obtutu statim, ex capite ejus, bene mihi cognitus erat. Ex imagine nimirum, quam repetebam & antea, illo scil. tempore de eo capite mihi feceram, ubi Notario illo, in causa clientis uti volueram, sed qui Dominus Notarius tunc tam bene potus & inebriatus erat, ut s. v. aquam antea bene apud se digestam, in braccas suas redde-re maluerit, atque inde initio stillicidii, dein autem flaminis instar, in muscum averterit. Sic autem fuit, hominem illum, eo tempore cum admiratione contemplans, imaginem capitis mihi fecerim. Sic fuit postea ubi eum obtutu viderim, legens & morans dictam L. 44. ex capite statim mihi cognitus fuerit. Sic ansam lectioni dedit, Notarius: Caput cuius SI imago sit inde cognoscimur.

XXXII.

Ad L. 6. de Instruct. Instrum. Leg.

Nepoti legaverat, qua certa regione pradia habuerat: ut instructa sunt, cum vino grano calendario, & adjecerat hæc verba: quidquid erit cum moriar in illa regione, & quidquid in quacunque specie erit in illa regione, vel quod meum erit. Viva testatrice unus ex debitoribus condemnatus, vivente testatrice satis non fecit. Quasitum est, an quod ex sententia judicis deberetur ad nepotem pertineret? Respondit nihil proponi, cur non deberetur.

Legatum nominis non extinguitur, ait lex, si unus ex creditoribus viva testatrice condemnatus fuerit: a quo, per consequens, antea creditum ipsum illa exegerat. Atqui contrarium proponitur in §. 21. J. d. Legat. & NB nisi exegerit vivus testator pecuniam: nam hoc casu legatum extinguitur. Ita puto.

I. Legem nostram confirmare idem quod in dicto §. dicitur. Debitum scilicet in casu dicta legis, ad heredem pertinere. H. e. legatario nepoti adimi. H. e. ergo, legatum extinctum esse. Ita vero, arg. & cur non deberetur. Testatrici scilicet, heredive ejus. Sicuti enim Testatrici condemnatus fuerat, atque huic debebatur ex sententia judicis, ita vero, cum illa mortua, heres, & non legatarius, una persona dicitur; & per hoc Testatrici, post ejus mortem vero, heredi ejus deberi, dicendum est. Conf. Nov. 48. princ. Proposuit JCrus, an quod heredibus deberetur ad nepotem pertineat? Respondet nihil proponi cur non deberetur. heredibus, scilicet.

II. Dic: Legem hanc, habere exceptum casum, a regula in d. spho 21mo. Scilicet: quando, de alio animo testatricis constat. Regula, nimirum hæc est: Legatum nominis extinguitur, si id vivus testator exegit. §. 21. Inst. d. Leg. Habet hæc regula unam exceptionem, sed sunt exceptionis hujus exempla plura. Limita, præfatam regulam: Nisi de testatoris non adimendi animo constet. Vid. L. pen. §. ult. ff. d. Adim. Leg. V. g. (1.) si pecuniam a debitore oblatam acceptaverit, & eandem pro deposito habnerit. Vel (2.) si debitor suspectus fuerit. (3.) Nisi tantum condemnari fecerit debitorem, non vero reali-

realiter exegerit. Carpzov. Part. 3. Constit. 13. Ita autem cum vulgo nostris, Videmus, num quid adhuc sit, quod eorum industriam fugit?

Dictis exemplis addo (4.) illud: *nisi necessitatis causa quis exegerit.* Ita sentiam, vult (a) argumentum Juris reliqui, quod tale est, ut legans alteri non ademisse censetur, quod necessitatis causa alienare debuit vid. L. 11. §. 12. de Leg. 3. (b) Consecutionem autem vel argumentum tale, Ulpianum probantem lego in §. ibi seq. 13. Ibi NB. *ergo & si quis nomen debitoris exegerit, quod per fideicommissum reliquit, NB. Non tamen hoc animo, quasi vellet, extinguere fideicommissum poterit dici debet.* Illa: *non tamen hoc animo. &c. ?* Crum intelligere, de casu necessitatis, atque in tali casu animum non adimendi ponere, probat, §phus *prac. ibi: si rem suam testator legaverat, eamque NB. necessitate urgente alienaverit: fideicommissum peti posse, nisi probetur ei adimere testamentum voluisse.* Probationem autem mutata voluntatis ab herede exigendam? Animum non adimendi adesse, si quis rem necessitate coactus alienaverit, habet §. 12. Ergo, pergit §. 13. *ibid. si quis nomen debitoris exegerit quod per fideicommissum reliquit, non tamen hoc animo quasi vellet extinguere fideicommissum, poterit dici, debere.* Quis ex duobus illis per *to ergo*, tibi conjunctis §phis, dubitaverit, id quod §. 12. habet, in alienatione, animum non adimendi adesse, in causa necessitatis, idem in exactione debiti repetiisse? Ita (c) jubet illa jurisprudentia: *Mutationem voluntatis non presumi debere.* L. 22. de Prob. Ut & (d.) illa, per consequens quæ inde fluit regula: *Quoties actus vel verba agentium aliquid aliud quam mutationem voluntatis significare possunt, toties significare illud debent.* Atqui enim, si quis necessitatis causa, vel rem alienavit, vel exegit, dici potest, illum id ideo fecisse, quia rerum gerendarum nervo indigebat. Et hoc est primum exemplum, quod vulgatis addi posse mihi videtur, quemadmodum animum non adimendi legatarius probare potest, in testatore legante creditum, sed exigente postea.

V. Idem autem erit, quod exemplum adhuc addo: *Si tempore facti testamenti testator jam antea petierat, post factum autem testamentum, realiter exegerat.* Et hoc probo (A) arg. Legis nostræ 6. Ut nihil enim huic explicationi obstat, & per hoc, ad evitandas antinomias, ita dicamus oportet, vid. Leg. 2. C. de V. J.E. ; ita vero (B) non adeo obscure verba ibi: *Viva testatrice unus ex debitoribus condemnatus vivente testatrice satis non fecit:* idem probant. Id enim ponunt: Ante, exactum fuisse. Ergo ante testatricem scil. Sive ubi nondum testatrix adhuc erat. (C) Ita verba relego in §. 21. *Inst. de Legat. nisi exegit vivus NB. testator pecuniam.* Ergo eo tempore, ubi testator jam erat. Ubi testamentum jam tum fecerat. Ubi videlicet ut testator exegit. Ergo in eo solo casu legatum nominis ademptum erit, si NB. testator, id est postquam testamentum jam fecit, exegerit. Ergo secus si exegerat, vel petierat antea, antequam testator erat. (D) Habet & hæc sententia fundamentum Juris maximum: Neque enim

voluntatem mutasse dici potest, qui v. g. Cajo 100. aureos legaverat, quos jam illo tempore, a debitore Mevio petierat; & postea re ipsa exegerit. Non mutat voluntatem, qui ad effectum eam deducit. (E) Ab hac interpretatione facit, quod observamus, passim in uno eodemque nostro Juris textu, in eadem re & persona, diversa tamen tempora poni. conf. ad *Leg. 5. de Fur. Codicill.* Nunc vulgo allegata exempla, quæ memorare anteverti, repetimus. Posteriora, a quibusdam allegatur, quasi dubio careret, sed est in controversia. Priora duo apostolica fide arripit ab ecclesia, memini. Discutiamus ante, quo de non convenit. Cum illis puro, qui regulam intelligunt, de exactioe reali. (1.) Quod in eo unicum fundamentum, nostros ponere ita videam: *quoniam, id suo facto agit testator ut ipsa obligatio pereat, hinc presumendum esse animum ejus adimendi.* Vid. L. XI. §. 13. Leg. 3. & L. 75. Leg. I. Cui convenienter respondit nominatim Jctus in L. pen. ff. d. *adim. leg.* animum non adimendi debere probare legatariam filiam, in casu si legatum ipsi debitum, testator exegerat, & in rationes suas converterat. Duo scil. ad factum exactioe quo legatum ademptum esse diceret, jura desiderant. Cum (1.) Testatoris petitionem, tum (2.) obligationis interitum. Et ita recte. Quoad *prims* enim; quomodo, quæso, oblationis debiti a debitore factæ & a creditore acceptæ, factæ, dicere poteris, testatorem, Legatario legatum creditum illud, ademisse? Atquin, actus hic aliquid aliud quam ademptionem significare potuit. Atqui enim dici potest, idem accepisse quoniam non accipere, non potuit vid. L. 11. §. 13. d. *Leg. 3.* Quoad *posterius* autem, qua ratione probare poteris, testatorem, qui creditum legatum voluit exigere, non quædam vero exegit, nuda hac sua petitione, priorem voluntatem perfectam mutasse? Quoad legatum semel datum, plus non voluit. Quoad actum petitionis, ipsam adhuc realem solutionem voluit. Quam ob rem dicere vis, petitionem hanc, mutasse voluntatem, cum aliud quid significare potuit? Poterat vel hac sola ratione petiisse, ut debitorem de debito interpellaret. Dum & alias autem ab instituta petitione desistere postea creditor poterit, quomodo sola instituta petitione, sine ulteriori alio subsequente effectu, tenere poteris, testatorem legatum ademisse? Argumenta dissentientium inspiciamus.

PRIMUM tale est, quod nuda petitio, legatum adimat. Conf. Vinn. Comm. ad §. 21. *Leg.* Sed melius mea sententia, Vinnius id probasset, quam sine lege ita posuisset. Conf. Nov. 18. C. 5. v. *sine lege erubescimus.* Alterum argumentum, quo dissentiunt, est, *quod legatario prodesse non debeat, quod moras necesse debitor.* Quasi vero, sola debitoris mora, id evenire possit, ut non sequatur, vivente testatore, realis exactio. Sed ut legatario illud non prodesse debet, ita non illi nocere etiam debet. Neque enim nuda petitio (quod ita argumentans iterum Vinnius ponit), sed sola exactio debitum tollit. Vidimus, quod est in controversia. Videmus & priores quas vul-

vulgatas exceptiones, in quibus nostri conveniunt. Non puto, in casu, ubi vel a debitore facta erat debiti oblatio, vel debitor suspectus fuit, necesse esse, ut pecuniam pro deposito secum retinuerit legans, ad hoc, ut dici posset legatum adhuc legatario competere. Propter nostri juris sanctiones apertas, juxta quas ita debemus dicere, ut quoties actus agentium quid aliud significare possunt, quam mutationem voluntatis, toties hanc non significare etiam debent. Sed non esse quidem exceptionem primam, a regula, mihi plane liquet. Regula, de *exactione* enim, dicta exceptio de *oblatione* loquitur.

Omnibus collatis, teneo, I. Si quis antequam testator erat, petiit, id quod postea legatum ut testator exegerit, non censetur ademtum legatum. II. Ut non etiam, si realis solutio subsecuta non fuerat. III. Quin nec, si hæc facta quidem sed non ad creditoris petitionem, sed per oblationem ab ipso debitore factam. IV. Ut contra tamen censeri debet ademtum a testatore legatum debitum, si illud *ut testator realiter citra oblationem* debitoris exegerat. Excipe autem hoc casu, uno modo. *Nisi de non adimendi animo constat.* v. g. (a.) si debitor suspectus fuerat; vel (β.) necessitatis causa exegerat &c. Omnes autem illos casus, regulas, atque exceptiones, unico illo comprehenderim: *Quoties agentium actus aliquid aliud significare possunt, quam ademptionem, toties aliquid aliud significare debent. Quoties non, toties ademptionem probare debebunt.* RATIO posterioris; est, quod actus agentium semper significare debent aliquid. Ratio, quia agens sapiens, alias non sapiens esset: Cum frustra, alias egisset. RATIO vero prioris, est, quod voluntatem mutatam dicere non debemus in dubio. Atquin, id faceres, si voluntatem mutatam dicere velles per factum, quod aliam adhuc aliquam interpretationem admittit.

X X X I I I

Ad Novellam 117. Cap. 2.

Ad hoc autem & illud sancire perspeximus, ut si quis filium aut filiam habens, de libera muliere, cum qua nuptia consistere possunt, dicat in instrumento, sive publica sive propria manu conscripto, habente subscriptionem trium testium fide dignarum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hunc aut hanc suum filium esse aut filiam, & non adjecerit

natu-

naturalem: hujusmodi filios esse legitimos, & nullam aliam probationem ab eis queri, sed omni frui eos jure, quod legitimis filiis nostra conferunt leges, utpote ipso patre (sicut dictum est.) filios proprios eos vocante. Ex hoc enim & cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium. Ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur.

VIX me contineo quin continuo exclamem, Celsi illud: *Leges scire non hoc est, earum verba tenere, sed vim atque potestatem.* Usque adeo enim nostri ferme sæpius, neglecta verborum vi, ex lectis verbis, fallam jurisprudentiam præsententur. Ecce enim denuo, ex *Nov. 117.c.2.* ætum legitimationis modum, nominationem nempe parentis, profiteri non erubescunt quidam nostri. Pessime, si quid unquam alias!

II. Non enim, nominationem patris, legitimum statum inducere, sed legitimæ tantummodo nativitatis præsumptionem, Pater meus probat. Vid. Eum Lib. I. Aph. 53.

III. Cui ego addiderim, ut non sufficiat quidem ad inducendam talem præsumptionem, si ita pater filium nominet, sed debere ita nominasse: *filium illum suum NB. esse.* Differunt v.g. Bernhardo *filio* meo, dono aureos 1000. Et: Bernhardo qui *hilius meus est*, dono aureos 1000. Neque enim a *dici* ad *esse*, consequentia valet. Vid. in *d. Nov.* ibi *filium NB. esse.*

IV. Aut si & filium esse, ita instrumentum nominet, frustra tamen quosdam, de utroque parente, de matre etiam, illud dicere, existimo. Cum contra potius, quod hac in parte, Novella de solo *Patre* dicit, ad *Patrem* restringi, ob diversa nimirum patriæ potestatis ipsi competentia civilia jura, & non ad matrem extendi, existimo magis esse.

V. Nullo vero modo, sententiam dictæ Novellæ, locum sibi vindicare posse, hodiernis nostris moribus, videtur mihi verius. Sicuti de jure civili enim, copulationibus pastoralibus, atque proclamationibus publicis carebant, in contrahendis nuptiis, sed sola patris concubini voluntate in eam mariti mutata, subsequens aderat matrimonium, & per hoc liberi legitimati; sic itaque, dum pater filium ex concubina natum, filium suum esse nominat, præsumi utique debebat, patrem, concubinam duxisse pro uxore, & sic per subsequens matrimonium, liberos naturales antea nunc legitimatos esse. Dum itaque hodie illa ratio cessat, dum, dicere volebam, hodie pater non ita priva-

tim

tim magis illud potest, sed publice coram omni populo proclamatione atque pastorali copulatione, si ex concubina facere uxorem vult, peragere debet, quo modo, si hæc facta non sunt, præsumes matrimonium subsecutum, & per hoc, naturales liberos legitimatos esse?

VI. Aut si vel maxime dicta Novella adhuc hodie obrineret, sed & nominatio parentis præsumtionem legitimatationis induceret, eaque valere debeat usque dum proberetur contrarium; illud tamen certissimum erit, probationem talem contrariam hodie probari satis; si de proclamatione faciendâ NB. publice atque copulatione pastorali, non constet.

Ego sententia Patris mei aliorumve quam supra Num. 2. memoravi, motus, meisque quas addidi observationibus magis inductus, in causa heredi Bernhardsi Born, quem mater filium nominaverat, legitimatum cum per hoc non esse, sed nec præsumtionem quidem legitimatationis factæ per matrimonium subsequens, adesse, respondi hodie h. e. 9. Nov. 1732. Sed & quod eodem tempore ad dictam Novellam ita observo præter vulgatos, communicare cum publico volui. Cum quod ad interpretationem Novellæ facere videbantur; Tum vero etiam, quod Typographus qui præcedentem observationem impresserat, desideraret alia, cui vero occupatissimus inter acta medius, scribere tam cito alia non potui.

X X X I V.

Ad L. 10. ff. de Quæst.

Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus, contra fiscum facile responderit.

Eodem hoc die est, foris dare volui, id quod parrono causæ scribenti mihi pro cliente contra fiscum, fundamentum legis vulgo notæ 10. de Jur. fisc. In dubiis quæstionibus contra fiscum facile debere respondere? Cuius: videbatur. Ita vero venit in mentem: Dubium non esse, quod tanto opere alias, circa intellectum d. legis decime, Nostri componunt. Ita habent vulgo Nostri tit. ff. de Jur. fisc.: In dubio fiscus utitur Jure communi. Obstat, ita addunt: quod in dubio NB. CONTRA fiscum respondere debeamus. d. Leg. 10. Quod alii habent, non describo.

Nullam pugnam esse, inter dictos duos juris articulos, ita existimo: Quoniam, qui, in dubio dicit, Fiscum Jure communi uti; vel, privilegio illum non gaudere, Ille, in dubio, contra fiscum responderit. Et qui ita in dubio, contra fiscum pronunciat, idem ille dicit, Jure communi Fiscum, debere uti. Tantum ergo absit, ut præfatis duobus illis canonibus, Nostri a se

dissentiant, ut contra potius, unam eandemque cantiunculam, fraterna concordia, cantent. Et qua de interpretatione nemo dubitet, qui ita *contra*, observaverit, non tantum, sed & de Fisco hic agi animadvertit ejusve jurius singularibus, ut & d. L. 10. in ipso illo titulo *de Jure Fisci* positam esse. Quærit in hoc titulo Legislator, quænam jura singularia Fisco competant? Pro fundamento, ponit: in dubiis quæstionibus contra fiscum, Nos debere respondere. Quid hoc ergo est aliud dicere, quam in dubiis quæstionibus jus singulare fisco non competere. Ad hunc itaque sensum, nunc pro regula teneo: *In dubio contra fiscum pronunciandum esse.* Videamus sensum, plenius. *In dubio: h. c.*, ajunt DDres, I. *Sive sit dubium de jure, propter opiniones DDrum.* II. *Sive sit dubium, quod duo ordinarii ferant sententias contrarias.* III. *Sive sit dubium in probationibus, ut quia fiscus & reus probaverint contraria, & probationes sint pares.*

Posterius verum quidem est, sed non exemplum. Neque enim *dubia* quæstio dici potest, ubi quæstio *omni dubio caret.* Quomodo quis enim dubitaverit; Num reum absolvere & contra fiscum respondere debeamus, si probatio una alteram enervaverit. *Actore non probante reum absolvi; in dubio pro reo pronunciandum esse &c.* trita sunt ex L. 4. C. *edend.* L. 47. *Obl.* Idem ergo hoc esset, ac si dubitare vel cogitare quis posset, Fiscum qui nihil probavit, tamen obtinere debere; vel, pro illo, non contra illum debere respondere, contra quem alias, quoniam agens non probavit, respondere tamen debemus. Idem ita erit, in *Num. 1. & 2.*, si ibi fiscum actorem, & privatum reum agnoscas. Aut vis de reo fisco, & privato actore intelligere, ubi quis privatus fiscum convenit? Habet quidem tum dubium, verum est, num in ejusmodi casibus, contra Fiscum reum respondere debeas; Sed apud me tantum dubium, ut hac in parte, tum ego bona venia dissentiam; Atque sine dubio dixerim, pro fisco pronunciandum esse, per ea quæ modo dixi. Aut si dubium aliquod adesse velis; Adhuc tamen in ipsa re dissentiam. (B.) Quoniam ita in dubio, non uteretur jure communi fiscus. Quale est. v. g. ut absolvamus reum, si unus Judex pro reo, alter contra eum, sententiam tulerat. *Conf. L. 38. de R. Jud. &c.* Atquin in dubio fiscus jure communi uti debet. Neque (C.) etiam prima Principis intentio est, Fisco jura communia adimere, sed contra, jura singularia dare. Dicis ita habere tamen d. L. 10. *in dubio NB. contra fiscum debere nos respondere.* Verum est, dixissent ita verba legis, quasi in ejusmodi dictis casibus, contra fiscum respondere debeamus, si de privato alio & in alio titulo scripta fuissent. Quoniam vero de Fisco *gaudente Privilegiis* (Nostri dicunt *privilegiato*) alias, ea verba habet lex, & quidem in titulo, qui *de jure* (singulari) *fisci* scriptus, sic est nil aliud significare possunt, quam in dubiis quæstionibus, fisco nontribuendum *jus singulare*

lare esse, sed hactenus contra Eum debere nos respondere. H. e. in dubio debere Fiscum jure communi uti. Compendio: dicit Lex nostra, in quæstionibus dubiis de jure *singulari*, non in quæstionibus dubiis de jure *communi*, contra fiscum pronunciandum esse.

Hoc sensu itaque in dubio, contra Fiscum respondere debemus. I. Ut scilicet denegemus ipsi jus *singulare*, ubi nec lex nec ratio id ipsi tribuit. Verum est, sed nescio an in dubio, vel dubia quæstio dici possit, ubi nullum dubium adest; Ubi scil. nec lex nec ratio privilegium ipsi largitur. Ulterius itaque & dic II. Contra Fiscum respondeamus, jus *singulare* ipsi non competere, etiamsi dubitandi aliqua ratio adsit; Ubi argumenta, in utramque partem (in scholis dicunt *pro & contra*) adsunt. Hoc est. e. g. quod supra vidimus observatione 6. Quæro, num fiscus hereditatem vendens, emptorem statim securum faciat? Tu id nega, propter Legem 31. de *hered. petiti.* Sed obstat & facit dubium §. 9. *Instit. de Usucap.* Et liceat, dubium ita tolli posse videatur, quasi dicta lex de *hereditate*, dict. *Spous* de re *singulari* agat, argumento *ŷ. aliquid*: Est tamen nihilominus adhuc ratio dubitandi talis: quod tamen si verbum *aliquid* interdum ita cum emphasi scriptum, rem *singularem* notet, ast sapius tamen ita generaliter indistincte positum, rem omnem quoque indistincte significet. Est dubitandi ratio, recte. Dic itaque nunc in dubia hac quæstione quoniam dubia est, sic consequenter contra Fiscum respondere nos debere. Adhuc: Quæro, an Fiscus etsi non dolo attamen temere nullo fundamento agens, in expensas condemnandus erit? Poteras dubitare, quod ita Fiscus non tam diligenter exequeretur officium, si illud sibi damnosum esset. Est contra, & iterum alia ratio, quod nec reus, citra suam culpam ex temeritate Fisci impensas ferre debeat. Dic ergo in dubia quæstione: Contra Fiscum pronunciandum esse, & Jure communi *temere litigantium* illum debere uti. Toties Jcti, quoties ratione nobiscum dubitamus, num jure *singulari* gaudere Fiscus debeat, toties sine dubio respondeamus contra illum. Propter d. L. 10. Ego hoc principio motus, me non delinquere putavi, respondendo, in causa contra Fiscum illum ob temeritatem suam, in expensas condemnandum esse.

Sicuti quæ ita dixi, vera sunt, ita vero adhuc in d. L. 10. nostra, per *quæstiones dubias, quæstiones illas arduas* faciendas per *torturam* scil., quibus de in titulo de *quæstionibus*, intelligi posse, non video quid obstat. Quæstiones illas, dubias esse, experientia constat, & Jctus dicit in Leg. 1. §. 23. de *quæst.* Ut sensus Jcti Genuinus talis sit: *in dubio vel non facile Fisco exigenti torturam consentire debemus.* Id quod, an *Bourgeois*, vel quis alius, pro redimendo captivo, in hac lege nostra 10. ita probaverit, nescio? Tu conf. Leg. 7. & 8. de *quæst.* junct. d. Leg. 1. §. 23. *ibid.*

Cæterum: delinquere, existimo illos qui 10 delinquere, in dict. Leg. 10.

de delinquendi modo, ut alias, doloſo ſignificant. Non ita debent. Quis enim dixerit, reſpondentem citra dolum contra Fiſcum, vere delinquere; vel dolo facientem ita vere non delinquere? *Non delinquere* ergo in textu aliud nihil dicit, quam ut adhuc hodie ſcribimus v. g. *non peccant, qui ita ſentunt.*

Scripti autem hæc ego, ſicuti illi ſolent, qui poſtquam ſcripſerunt, pro-
 peratione, quid ſcripſerunt, ipſi neſciunt. ſed relegam. Quod ſcripſi, probo.

X X X V.

Ad L. 37. ff. de Acquir. rer. Dom.

*Per ſervum qui pignori datus eſt, creditori nec poſſeſſio
 acquiritur, quia nec ſtipulatione nec MANDA-
 TIONE, nec ullo alio modo per eum ſervum quid-
 quam ei acquiritur, quamvis poſſeſſio penes eum ſit.*

Circa intellectum Juliani in L. 37. ff. de acquir. rer. dom. non una eſt Inter-
 pretum noſtrorum ſententia animi.

I. Charondas ex ſuo (credo oraculum credidit) manuſcripto, loco,
nec mandatione, nec mancipatione, reſtituendum juber.

II. Alii, *nec traditione* ſublocant. vid. Gotof. ad hanc L. lit. G.

III. Ego addita potius (etſi alias ad id corrigendi genus non libenter
 confugiam) unica, & quæ forte per librariorum incuriam potuit eſſe omiſſa,
 unica litterula, *u*, pro *mandatione manUdatione*, id eſt *traditione* legendum eſſe,
 probabilius teneo. Sic autem ex hoc loco obſervo, *ſtipulationis ac manUdationis* ſeu
traditionis junctis vocabulis, omnem tam *obligationum* quam *Dominii* acquiſitio-
 num cauſam, ab antiquis noſtris ꝑꝑteris comprehenſam fuiſſe. Conf. §. 3. per
quas perſonas nob. oblig. acq. & §. 1. de *Uſufr.* Exempla autem innumera adhuc
 alia, dat *Briffonius lex. ꝑꝑter. verb. traditio.* Et quod utrumque rationem habet.
 Sicuti enim *ſtipulationes a ſtipulo* h. e. firmo, ſuum habent nomen, atque *obli-
 gationes, contractivæ* omnes firmi ſunt & obligant, ꝑꝑter. *Inſt. d. verb. obl.* Ita
 vero obligationes contractusque non tamen ipſum dominium transferunt, ſed
 ſola *traditio. L. 3. oblig.*

IV. Niſi pro *ManDATIONe, ManDATI DATIone* legendum ſit. Conf. ſupra
 obſerv. 29. Adde in textu verba ſequentia: *nec ullo alio modo. Per ſervum*
 videlicet, *pignori datum, nec ſtipulatione, nec mandati datione, nec ullo alia mo-
 do, acquiri Tibi poteſt.*

XXXVI.

X X X V I.

Ad Pr. *Inst. d. Verb. Obl.*

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur, ex qua due proficiscuntur actiones, tam condictio (certi) si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta sit, que hoc nomine inde utitur, quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, FORTE a stipite descendens.

Pincipium *Inst. de Verb. Obl.* dum in *Observ. præced.* scribo, ita videbatur, ut posito post verbum: *Forte*: commate, legi debeat, hoc modo: *quod stipulum, apud veteres firmum appellabatur, forte, a stipite descendens.* Mover me non tantum sensus germanus, sed & quod alias Imperator in Institutionum suo libello, studiosæ juventuti proposuisset, quo de ipse adhuc ambigeret, contra § 3. *Inst. in prægem.* Ut & contra ipsam Institutionum h. c. primorum tirociniorum, quæ certa esse debent, indolem.

X X X V I I.

Ad L. 41. §. 1. *de Legatis 2do.*

A me heredi Uxori mea ita legatum est: quod propter Titiam ad Sejum dotis nomine pervenit, tantam pecuniam heres meus Titia det, quero, an deductiones impensarum fieri possint, quæ fierent si de dote ageretur? respondit non dubito, quin Uxori SUÆ, quod ita legatum est, a te heres peto quidquid ad te pervenisset, ut tantum ei dares: tota dos sine ratione deductionis impensarum Mulieri debeatur &c.

Loco Uxori suæ, tua Uxori, reponendum, propter verba: *quidquid ad NB.*

se pervenisset, an recte Gothofredus ad *dist. L. 41. Lit. a.* autumet, graviter admodum dubito. (1.) Enim ipsamet *tertiis impersonaliter hic respondentis persona* *7Cti* (argum. *verf. respondit; non dubito quin*) non tua sed sua legendum evincit. Idem (2.) ex verbis: *tota dos mulieri* (intellige *sua*) *debeat* (debitore marito scil. *suo*), licet colligere. Nil Gothofredum juvant, verba memorata: *ad te pervenisset*. Hæc namque non *tertiis sibi respondentis 7Cti* (ut verba *uxori sua*), sed ipsius verba NB. *testatoris* ultimis inserta tabulis sunt. Sed & veterum *J*Ctorum stylo receptum esse, in auditorio Paris me observasse memini, ut *impersonali* aliquo sub *tertia* persona respondendi modo utantur, tametsi propositus Legis casus in *secunda* forte persona esset conceptus. Confer. L. 28. ff. ad *SCtum Trebellian.* Sed ad hanc legem suo loco dicam.

X X V I I I

Ad L. II. de Stat. hom.

Paulus respondit, eum qui vivente patre ignorante de conjunctione filie, conceptus est, licet post mortem avi natus sit, justum ei ex quo conceptus est, esse non videri.

Quantum in jure alias Digestorum nostro rectius interpretando, *cognitus oblati cujusque 7Cti stylus* faciat, monui sæpius; Atque utinam neglecta *Paulinianearum* scribendi formularum inspectio, ne vel vulgatis adeo nostris glaucomam nuper objectasset, in evolutione Legis II. ff. *d. Stat. hom.*! Ubi ita de jure somniant, quasi vero rati habitio in nuptiis locum minus haberet. Missis aliorum ad hanc legem commentariis, lustrare hic mihi videtur ut alias sæpe Paulum gryphorum magistrum. Omnem, inquam, adductæ legis emphasin, in verbo: *videri*, esse sitam, teneo. *Visionis* enim notio, non veritatem hoc loco (ut alias fere, ex singulari veterum *J*Ctorum modestia passim in fidei usum venire observo) absolutamque consequenter ac naturalem in prole nata ibi illegitimi status nativitatem, sed præsumptam solummodo & *J*Ctorum opinionibus fictam, veritatique naturali oppositam, designat. Ut, *justum esse non videri talem filium*, aliud nihil sit, quam, *in rei veritate justum filium esse*. Vah odiosam denuo nostrum hodiernorum interpretum subtilioris *J*Ctorum styli, negligentian! Conf. L. 30. C. *d. jur. dor.*

Nominatim autem Paulus Gryphum significasset, si ita interpunxeris: *justum ei, ex quo conceptus est, esse non videri.*

XXIX.

X X X I X.

Ad L. 10. ff. de Grad. Paulus Libro singulari de Gradibus & Affinibus & nominibus eorum.

Jctus Cognatorum Gradus, & AFFINIUM nosse debet.

Pandectarum nostrarum purioris latinitatis fontem limpidissimum, multa continere, quæ non alii tui auctores grammatici habent, quod vulgo non attenderunt nostri, sic sæpius falsos sua opinione viros esse, observaverunt ante me alii, qui de Latinitate Jctorum veterum scripserunt ex professo, & ego hac vice. Videamus.

NUM CERTOS, videlicet, **JUS CIVILE NOSTRUM, AFFINITATIS GRADUS HABEAT?** Gravissime nostros inter disputatum olim memini, ad Leg. 10. ff. de Grad. Ubi id affirmative (dicunt) tuctur Paulus, Modestino directo contrarius, in Leg. 4. §. 5. eod. Quid dicemus?

I. Antinomistici Viri, Antinomiam clamitant, tantam pugnam inter duos rextus ponunt, ut conciliari non possint. Pudeat quæso ignorantia aylum! *Neque esse enim aliquid contrarietatis in nostro juris corpore positum, si quis diversitatis rationes discutere subtili animo possit*, Imperator habet in Leg. 10. C. de V. J. E. Aut quid si non haberet? Quid enim obsecro hoc Antinomistico pacto docendi, commissi tux fidei cari studentes, dicent de jure esse; quid hoc modo ad futuram praxin, orbem petronianum illum, tandem aliquando deferent; quid domino Judici pro cliente allegabunt? Itane: *Vir bone, hic Antinomiam habemus?* Absurdum est. Præstat & omnino oportet, quocumque etiam modo, & si non posset alias adhibita manu critica, dicere quid in quaque lege, dicitur.

II. Nonnulli itaque quidem melius hætenus, frustraneum esse & lepidum nimis existimantes commentitiæ illud conciliationis aylum, apparentem illam *antivopular* juris, exsoluturi, priorem quidem in dict. Leg. 10. textum, de *impropriis ita dictis gradibus*; Posteriorem vero, de *propriis naturalibusve* ita accipiendum putant.

III. Alii, & hoc interpretationis sædus, nullo veluti *proprietas* *improprietasve* caractere notatis dictis legibus, damnantes, rectius etiam quidem hætenus, ad extraordinarium tamen aliquod dictæ Legis *rome* supplementum provolaturi, loco verficuli: *& affiniam nosse*, ita substituunt. *& affinium nomina nosse*. Argumento ex inscriptione ipsius Legis desumpto. Non etiam hæc placet conciliationis unio. Præterquam enim, quod recensitæ

in-

inſcriptionis verba : *Et nominibus eorum* : non ad ſolos *affines*, ſed ad *cognatos* etiam referri debere, ipſa illa inſcriptio docet ; non etiam ; telum criticum adhibere debemus, ubi ſervari textus poteſt.

IV. Quid ſi itaque reſervata potius quod fieri poteſt, integritate legis noſtræ, fide Latinitatis Pandectarum in archetypo : *affini* vuculam, non in pluralis GENITIVO (ut vulgo putant) ſicuti in pr. v. *cognatorum* ; ſed in ſingularis numeri ACCUSATIVO caſu, accipiendum eſſe dixerim ? Ut AFFINIUM adeo, neutrius nomen, Paulo quidem noſtro ſubtilitatum præ cæteris qualiumcunque ruſpatori maximo, idem hic, quod *affinitas* notet. More (1.) Grammaticis alias noſtris veteribus, non infrequenti. Cur minus etenim latina ſit, *affini* ſive *adfinii*, quam *confinii* i. e. *conſinitatis*, notio ? De qua poſteriori tamen, nemo, quod velim eruditas latine dubitat. Conf. L. 2. §. 5. C. V. J. E. ibi in *confinio*. Adde TRIFINIUM veterum ; & illud CONFINIUM, in Quo SI SEPTEM PONIT TERMINUM NE EXCEDITO : lex antiqua cavet. Cui quod magis eſt, & id adias : tali *confinio* junctis, *adfinies* appellari alias. XII. Tab. lex apud Goth. T. 2. ita agit : JURGANT ADFINES FINIBUS REGUNDIS ARBITROS TRIS &c. (2.) Conjunctio igitur & : in dict. Leg. noſt. *roma* in vertic. *cognatorum gradus & affinium*, non copulat, to *affinium*, cum vucula, *cognatorum*, ceu eccleſia communis ponit, ſed, cum immediatè potius præcedenti verbo : *gradus*. Ut (3.) talis periodi noſtræ ſenſus leniter fluat : *¶ Cuius tam cognatorum gradus, quam eorum adfinium, ſive adſinitatem, noſſe debet.* (4.) Agi hic de *cognatorum GRADIBUS & AFFINIO*, ſeu *affinitate*, ipſa inſcriptio habet, ibi de *gradibus & affinibus*. Juncto in ipſo textu verſ. *affines*. (5.) Non tantum autem ita eſſe poſſe, ſed eſſe ita debere, atque alio ſenſu, to *affinium*, ¶ Cuius ſummiſſe non poſſe, eo ipſo conſtat, quod verbum, *gradibus* verbo *affinibus*, in inſcriptione opponit. Dum enim conſequenter ita, in ¶ *gradibus*, *gradus cognatorum*, intelligit, & in ¶ *affinibus*, ipſos *affines* ; quid quæſo maniſteſtius, quam in ſubjectis ita a ¶ Cuius verbis : *¶ Cuius & cognatorum GRADUS, & AFFINIUM noſſe debet*, per *affinium*, *affines* (quibus de in inſcriptione) *affinitatem* ve intellexit ? Solet rubrum ſignificare, id quod in nigro eſt. Eſt autem totus ille titulus in quo hæc lex poſita, ita conceptus : *de gradibus, & affinibus, & nominibus eorum*. Dum totus titulus conceptus eſt, *de gradibus cognatorum & affinibus &c.* Dum ita habet inſcriptio legis noſtræ *roma*, dum ſtatim nigrum ita ¶ Cuius inſtituit, *¶ Cuius & cognatorum gradus, & affinium noſſe debet*, dum *affinitati* autem *gradus* nullos eſſe alias dicitur, quid obſecro, ad conciliandos textus maniſteſtum magis dixeris, quam, in dicto nigro, *Paulum tractaſſe*, quod in rubro habet, *de gradibus cognatorum, & de affinibus*, ſive ; *affinio* ? (6.) Ulterius : Quis autem potuerit, *Paulum* uſque adeo ſui immemorem fuiſſe, atque, quod in ipſo rubro (opponendo verbum *gradibus*, verbo, *affinibus*) regaſſet, *affini*

tat

tati gradus esse, in ipsius nigri statim initiali versiculo affirmasse: Adde (7.) in tota illa lege, *Paulum* cognatorum gradus, receperere quasi ad digitum, de affinitatis vero gradibus, altam silentium facere. (8.) Ut contra autem *Paulus* in dicto NB. *singulari* libro suo de *gradibus & affinibus & NB. nominibus* eorum tractaverit, quid magis vero simile, quam & in illo *singulari* libro, de voce *affinii* latius (quam quidem *ffidectarum* Scribæ habent) egisse:

Videamus, quod lex nostra dicit, quare *JCtus affinium nosse debet*. Hæc est ratio, quod alias *JCtus* non esse, de jure consulere non potest. Cum jura quaedam inter affines versentur. Sic autem, si nescit *affinium*, non scire quoque poterit, an jura ejus obrineant; Et sic consulere recte non potest. Hanc rationem probat *Paulus* in Verbo NB. *JCtus*. Huic rationi aperte consentit *Modestinus* in L. 4. §. 3. *ibid.* Videamus autem quid sit *affinitas*, & tum res ipsa documento erit, quod *JCtus affinium sive affinitatem nosse debeat*. Est autem *affinitas sive affinium, conjunctio inter conjuges conjugumque cognatus contracta. Dicti ab eo, quod dua cognationes qua diversa inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque conjungenda affinitatis causa sit ex nuptiis.* d. L. 4. §. 3. NB. *Affinitas contrahitur, per contractas nuptias.* Debes nosse consequenter, quod nuptiis dissolutis & ipsa quoque *affinitas soluta sit*. Quemadmodum enim per *contractas* nuptias *affinitas* fit, sic ergo nuptiis *dissolutis* *affinitatem* quoque solvi, nihil tam naturale est. Conf. L. 35. d. *Reg. Jur.* Debet sequi v. g. *Uxor* tuæ patrem post mortem uxoris tuæ non magis patrem *affinem* Tibi esse. Sequitur, nullo modo ad eum pertinere privilegium patri *affini* competens, v. g. ne sine *venia* in jus vocetur. Conf. sup. *Quidam* ad L. 4. d. *in jus voc.* Dum per *contractas* NB. *nuptias* contrahitur *affinitas*, sic consequenter debes porto nosse, per *sponsalia* *contracta* nullam *affinitatem* fieri. Debet sequi, privilegia, competentia *affinibus*, ad *sponsæ* cognatos Tuosque nondum pertinere. Et quæ sunt alia quæ inde noscit *JCtus*. Duobus vero nunc adhuc modis est, ex doctrina *Pauli* atque dictis iis quare *JCtus nosse affinitatem debet*, probaverim; de v. *affinis*, observationem meam. (1.) Sicuti enim *Paulus* in d. L. 10. dicit: *JCtum nosse debere AFFINIUM*; ita in d. L. 4. §. 3. *ibid.* *Modestinus* vult, *JCtum debere scire quinam AFFINES sunt*. Quid itaque *Paulus* aliud vult, quam *JCtum debere, AFFINITATEM nosse*? (2.) Quemadmodum *affinitatem* ab eo dici *Modestinus* habet in d. §. 3, quod duæ cognationes copulantur & altera ad alterius NB. *finem* accedat; Eadem vero ratione a *finibus* *fundi consinium trifiniumve*, dixere veteres; cur minus, ob eandem rationem, & *affinium* probaverim, cum *Paulo*? Quæ autem v. *affinium*: explicatio si non ardeat fortean, quod *latinum* haud vulgatum dicat, fac tum tibi succurrat meliori.

X L.

Ad L. 7. ff. de Publicanis.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt in vectigalibus ipsa pradia, non personas conveniri & ideo possessores etiam prateriti temporis vectigal solvere debere, EOQUE EXEMPLO actionem si ignoraverint habituros.

Loco *eoque exemplo, eoque*, id est credo, ideoque *ex emso*, substituit *Cujacius*, apud, qui eum sequi simul mihi videtur, *Gothofredum L. T. & U. Perperam* uterque meo iudicio! Quoniam (1.) de *emtionis* contractu, ne gry quidem *Ulpianus* habet, sed generaliter de prædiorum possessione, quæ facilius ex variis contractuum causis, quam ex una emtionis, haberi potest, agit. (2.) Quoniam emendatione leviori facta, germanus sensus adest. Mutata scilicet *Litera L. in T.* verborum sensus hic erit: Habituros possessores prædiorum, actionem contra eos, qui eis illa alienaverant, *eoque* (hoc est, *solvo prateriti temporis vectigali*), de hoc enim immediate in vers. precedenti egit *7Ctus*) *exempto*, id est, vel à fundo ablato vel ex Publicanorum libris disuncto deletove, ut nullam ipsi post hæc ejus iterum exigendi nomine, actionem instituere volente. Simili ferme sensu, actionem *exemptam* observo, in L. 26. ff. *Ex quib. caus. Maj.*

X L I.

Ad L. 30. §. 4. de Fid. Libert.

Quicumque igitur casus inciderit, quo is, qui frui non potest, fideicommissa libertati subjectus est, accommodabimus mentem Scti, qua etiam AD HEREDEM INFANTEM, ROGATI trahenda est.

CRambis bis costæ rationem, non observatam a Nostris sæpius, teries eas con-

confudisse, haud ita pridem observo, & ecce denuo in Gotofredo, dum in L. 30. §. 4. d. *Fid. Lib.* loco *ψ. ad heredem infantem, rogati*; substituendum putat melius: *ad heredem infantem rogatum*. Crambe bis cocta! contra JCTi apertam animi sententiam. Enimvero: cum vel ex ipsis JCTi verbis in pr. §. 1. *ψ. infans* & in §. 2. & 3. *de herede rogato adhuc infante*, plene JCTus jam ante decidisset, idem porro JCTi placitum, ex ipsius quoque sententia juxta L. 17. d. LL. fufiori tractatu examinaturus, in nostro §. 4. a prædicta, id *rogati infantis* persona, ad ipsum rogati infantis heredem, utut expresse non rogatum, favore libertatis extendere ulterius non dubitat. Conf. in d. L. ibi NB. *trahenda*. Quod si *rogatum* itaque cum Gotofredo legetis, nihil, opinor, a prioribus novi, sed *iteratam* ab Ulpiano *cantinnulam* hic occentam dixeris, turpi videlicet JCTorum nota.

X L I I.

Ad §. 1. I. de Cod.

Ante tabulas Testamenti Codicilli facti non aliter valent, quam si testamento, quod postea FACTUM est, vel codicillis confirmentur aut voluntas eorum quocunque judicio retineatur: sed non servabuntur ea de quibus aliter defunctus novissime judicavit. L. 5. de Jure Codicillorum.

Contrarium aliquid in Juris corpore positum nullum sibi locum vindicare, si quis animo subtili diversitatis rationes, velit, excutere & possit, ipse auctor est Justinianus, in L. 2. §. 1. *C. de Vet. Jur. enucl.* Si alicubi, id verum erit, circa intellectum §. 1. *Inst. de Cod. & L. 5. §. 1. ff. ibid.* *Codicillos ante testamentum factos, speciali postea testatoris confirmatione indigere.* tradit in dict. L. 5. *Papinianus.* Aliud; quod, scilicet *si testator a voluntate priori non recessit, sufficiat*; Decisum in §. 1. *Instit. de Jur. Codic.* Pugnam (1.) inter duos textus, tantam nostri dicunt, ut abrogatam dictam L. ff. per dictum §. 1. *Inst.* teneant. Non ita existimo.

II. Imperatorem; videlicet, in d. §. 1. repetiisse, idem quod in d. L. 5. suum fecerat, probabilius arbitror. Ita DDres omnes ex dicto §. 1. tenent: *Codicillos ante testamentum factos non indigere speciali confirmatione, sed sufficere, si a priori voluntate codicillorum non recesserit testator.* Idem autem Pomponius probat in

d. L. 5. in vers. *aut voluntas eorum quocunque iudicio retineatur*. Quod ante dixerat Papinianus specialem confirmationem requiri, illud ipse per verbum, *aut*, excipiendo statim explicat : *aut voluntas eorum quocunque iudicio retineatur*. Ita habet Papinianus : *Codicillis ante testamentum facti specialis confirmatione indigent*. *aut* (quod etiam sufficit) *voluntas eorum quocunque iudicio retineatur*. Manifeste idem dicit, in ψ . statim connexo : *Sed non servabuntur ea de quibus aliter defunctus novissime iudicavit*. Quid enim hoc est aliud dicere, quam ea consequenter servari, de quibus aliter novissime non iudicavit. Quid ergo est specialem confirmationem non desiderare, si illud hoc non est ? Justinianus ergo citando pro auctoritate Papiniani sententiam non eum refutat, sed probat. Nec id mutant verba seq. *Sed divi Severus & Antoninus &c.* &c. TO: & debere referri ad Verbum præc. *Sed*. hoc modo : *Sed & Divi Severus Antoninus &c.* Sed & alterum scil. quid Papinianus habet : *aut voluntas eorum &c.* Divus Severus Antoninus rescripserunt. Ut in dictis verbis : *sed & Divi Severus &c.* Justinianus idem iterum repetat, quod Papinianus habet in d. L. 5. verb. seq. *aut voluntas eorum &c.* *Sed non servabuntur &c.* Duo habet Papinianus. UNUM : *Speciali confirmatione indigere codicillos*. *Aut* (ALTERUM), *quocunque iudicio saltem retineantur*. Eadem duo repetit Justinianus in d. ψ pho 1. PRIUS in ψ . *sed cum ante testamentum &c.* Papinianus ait. POSTERIUS, in ψ . *sed & Divi Severus Antoninus &c.* Confer ita duos textus, & videbis in unum conspirare. Quod si non videris, ecce : interpretationis aliud genus.

III. Duos autem a se plane diversos casus in dictis textibus, discussio diversos a se diversitatis ratione maxima. Cf. L. 2. \S . 15. C. Vet. \int . Eunucl. UNUM, *ubi testamentum, in quo codicillum feceras, testator defunctus facere inceperat, sed postea demum perfecerat* ; ALIUM, *ubi eo tempore quo codicillum faciebat testator, de testamento condendo non habebat in mente, adeoque testamentum non inceperat*. PRIOREM casum colligere liceat (1.) ex verbis scriptis cum emphasi, in utroque textu ante NB. *factum* h. e. perfectum, consequenter fieri antea ceptum, sed nondum eo tempore absolutum. Nec (2.) ab elementorum institutionumve indole abesse aliquis dixerit, omnes h. e. quatuor hosce casus in hoc Juris articulo, Imperatorem in d. \S . dirimere voluisse. (1.) Ubi testamento NB. *facto*, h. e. *perfecto* codicillos aliquis facit, in princ. ψ phi. (2.) Ubi intestatus quis nec *facto*, nec fieri cepto testamento, codicillos fecerit, in vers. *sed &* (3.) Ubi testamentum facere aliquis inceperat, sed antequam illud perfecerat, Codicillos faciebat, iisque factis testamentum antea fieri ceptum perficiat, in vers. *sed cum ante* (4.) Ubi testamentum præcedunt codicilli, sive ubi codicillos faciebat, antequam fecisset vel facere incepisset testamentum. in vers. *sed Divi*. *Primo casu & secundo valet fideicommissum in codicillis relictum, heresque testamentarius sive ab intestato veniens, illud præstare tenetur*. *Tertio vero casu, non aliter, nisi speciali voluntate sint confirmati*

firmati codicilli, vel iudicio aliquo retenta eorum voluntas probari possit. Quarto tandem vero casu, hæc necessaria non erunt. Ratione sane, quoad posteriores duos casus diversos, evidenti: quod facilius mutatio in testatore, qui a testamento in quo codicillum fecerat desistit, eo ipso, quod hanc voluntatem non consummavit, præsumi debeat, consequenter nisi priorem illam voluntatem nove probaverit, eandem reprobasse, omnino censetur. Cum sane maior præsumtio pro durante voluntate in testatore sit, qui eo tempore, ubi Codicillum fecerat, de testamento faciendo ne quidem cogitaverat.

Ita vero in luculentam quidem ereximus consonantiam, dictos duos textus. Sed videamus adhuc ad verba in d. §. 1. *si appareat*, num recte vulgaris interpretis habeat? Ita vero vulgo: *si appareat eum qui testamentum fecit, a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse*: sic omnino accipiendum esse, ac si scriptum esset: *Nisi appareat eum, qui testamentum fecit, a voluntate quam in codicillis expresserat, recessisse*. Conf. Vinn. ad d. §. Nunquam meos Auditores ad hanc Vinnii notam invitare volui. Videamus usum disputationis, antea, operæ pretium esse, in eam inquirere. Illud interest: Si illa in textu verba: *si appareat &c.* idem volunt quid: *nisi appareat &c.* tum probatio mutatae voluntatis incumbit heredi, alias, illi qui ex codicillis quid petere vult. Si verba illa: *si appareat &c.* idem volunt, quid, *nisi appareat &c.* tum ille cui in prioribus codicillis aliquid relictum est, illud petere poterit, nisi heres probare possit codicillos illos priores per posterius testamentum mutatos esse; Si non idem significant, tum ille, cui in codicillis ante factum testamentum factis, aliquid datum, illud petere non poterit, nisi per argumenta docere possit, a priori voluntate illa, non recessisse testatorem. Differre autem illas locutiones, ipsa verba monstrant, & scriptæ litteræ: *si appareat: & nisi appareat: Item, non recessisse, & recessisse*. Differunt: *si appareat a voluntate non recessisse; & nisi appareat a voluntate recessisse*. ILLA verba, sua vi, ponunt, probari debere, factum posterius testamentum, mutationem voluntatis non induxisse. HÆC vero verba contra, probationem desiderant, mutatam voluntatem esse, per testamentum factum postea. Sed sunt verba ita scripta: *si appareat &c. non recessisse*. Dicit quidem Vinnius in Commentario suo, interdum nostros JCtos inaccurate loqui, sed si hoc verum, quare ergo iterum id illos peccasse dicemus, ubi opus non est. Satis est, interdum eos inaccurate locutos fuisse. Putat quidem Vinnius ideo opus esse dicamus in d. §. inaccurate nostros locutos fuisse, quoniam alias novi nihil, circa jus codicillorum, rescripto Severi & Antonini inductum esset, cum ipsi Papiniano in d. L. 5. suffecerit, voluntatem codicillis declaratam, quocumque iudicio retentam probari. Sed non attendit iterum Vinnius, differre: **VOLUNTATEM POSTERIORI IUDICIO RETINERE**, v. g. hoc modo: *salvis quos feci codicillis meis. &c. ET, APPARERE, A PRIORI VO-*

LUNTATE TESTATOREM NON RECESSISSE : Si v.g. Pater obzatus debitor, in codicillis antea legitimæ nomine dederat satis filio, postea testamentum faciat. Omnino enim ita apparet testamentum fecisse patrem bona mente propter debita, non, ut relicto in codicillis privaret filium. Item, si quis in Codicillis dederat *Sempronio* legatum, postea in testamento ita ordinat, *ut fratrum suorum filii numeri disparis, in capita succedant*, satis apparet, ideo testamentum fecisse, ut jus repræsentationis inter fratrum suorum filios, tolleretur; non ideo, ut *Sempronio* in codicillis legatum adimeret. Vel, testator ita scripserat: *ut nulla post meam mortem inter heredes meos sint dissidia, sic itaque volo in partes aequales omnes succedant*. Non erunt iterum hoc casu codicilli priores per testamentum tale posterius, mutati. Apparet enim ideo testamentum fecisse, ut rixæ inter heredes suos post mortem compositæ essent. Atque quiete illi vivere, & sic quiete in illis (una tanquam persona cum iis v. Nov. 48.) dormire ipse posset. Sic ratione *Vinnii* sublata e medio, verbis dictis acquiescere tuto possimus: *apparere debere, voluntatem codicillorum priorum, mutatam non esse, per testamentum factum posterius*. Sed verbis scriptis in dict. lege, rationem addamus. Est autem prægnans ratio, non quidem illa, quare olim ita putasse veteres Jctos, existimat *Vinnius*, *quasi qui post codicillos a se factos testamentum facit, mutat causam successionis, & sic videatur codicillos istos revocare*, absurda ratio est, ita enim videri non debere, vult arg. Leg. 22. de probat. junct. Leg. 27. C. de Test. sed hæc est ratio, quare dixerim apparere debere, Codicillos priores, testamento postea facto mutatos non esse: Quoniam, qui testamentum postea facit, ille *heredem* nuncupat, qui heredem facit ille illum *in universa* ipsius bona successorem designat. L. 24. de V. S. Si in omnia ergo & in illa quæ in codicillis alteri dederat. Ut consequenter, per factum testamentum posterius, codicillos priores mutatos, relictae in iis esse adempta, dicere debeas, nisi appareat, vel probetur, voluntatem non mutasse testatorem. Dic Commentator Præstantissime, quare vis donationem mortis causa, eo ipso, quod testamentum postea factum, revocata fuisse, si non de alia mente appareat? Hæc est ratio, quod dum testamento heredem fecit, eo ipso, huic omnia bona dedisse, & per hoc, donatario, donatam rem ademisse censendus sit. Atquin, eadem ratio & in codicillis antea factis, obtinet. Ita vero, si vulgaris ad dictos textus explicatio vera, dicere liceat, a se differre, atque, quod *Papinianus* dixerat necesse esse, *ut iudicio retenta probari possit voluntas prior codicillaris*, id nove mutasse *Divos Severum & Antoninum*, *ut suffecerit si appareat eum qui testamentum fecit, a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse*. Sed, ut anteverit dicere, dictos textus, duos a se diversos casus continere, UNUM, *ubi testamentum, in quo codicillum fecerat, testator facere incepserat, sed postea demum perfecerat*; ALTERUM, *ubi eo tempore quo codicillum faciebat testator, de testamento non habebat in mente adeoque testa-*

testamentum non inceperat ; Ita vero & in ILLO casu , puto Papiniani sententiam adhuc obtinere , ut *neceffe sit* , voluntatem priorem codicillarem iudicio retentam probari ; HOC casu , contra sufficere dixerim , si modo appareat , priorem voluntatem non mutasse testatorem . Utrumque autem optima discriminis ratione . Ut ut enim dicta quidem antea argumenta (*voluntatis prioris non mutata*) , & in altero casu (ubi testamentum fieri cœptum) obtinere alias quidem dici possent , ita vero contra tamen dixeris , re examinata inuturibus . Quoniam enim ab ipso testamento , in quo codicillos fecerat , desistit , & sic ab ipsis quoque codicillis desistisse dicendus sit , sic omnino utique in tali casu , si eos valere cupit , eos se retinuisse , speciali confirmatione vel alio iudicio se retinuisse eos , probare debet . Nunquam Vinnii sententiæ subscribam : *Codicillos anteriores , per testamentum postea factum mutatum non præsumentur* . Ut , in casu priori , ubi testamentum , in quo codicillos fecerat , facere inceperat , sed postea post factos codicillos perfecerat , specialem codicillorum confirmationem vel probatam saltem eorum retentionem requisiverim , vel alias codicillos mutatos dixerim ; Ita , sine dubio , in casu altero , *testamenti nim. post codicillos fieri cœpti & facti* , non quidem confirmationem specialem vel probatam codicillorum retentam voluntatem , attamen , argumenta , non mutata voluntatis , exegerim . Ita scripta verba volunt . Ita vult ratio . Penes hanc sententiam stant decreta juris liquida .

X L I V .

Ad L. 1. Pr. & §. 2. de Reg. Caton.

Catoniana regula sic definit, quod, si testamenti FACTI tempore decessisset testator, inutile foret id legatum quandocunque decesserit, non valere.

Item, si Tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est, si eum vivo testatore alienaveris, legatum Tibi debetur, quod non deberetur, si testator statim decessisset.

Observatio præcedens ad *facti*, in L. 5. Jur. Cod. & §. 1. Inst. ibid. ansam dedit hodie in fideiætarum collegio explicanti mihi *Catonianam regulam*, observationi circa verbum in definitione illius regulæ , occurrens : *facti*. Ita
reti-

retinebam mecum tacite (nemo enim cum auditoribus suis statim communi-
cet , quod sibi videretur) ; Ita finito collegio , scripsi ; Ita L. B. Tecum com-
munico : Verbum in definitione *Catoniana* regulæ NB. *facti*, observare nos
debere scriptum a JCro diligenter cum emphasi, h. e. *perfecti*. Ut in L. 5. ff.
& §. 1. *Inst. d. Codicill.* Sic simul de jure dixerim : Regulam *catonianam* perti-
nere tantum, ad tempus *facti* sive *perfecti*, non, *faciendi* sive *facere cœpi*,
testamenti. De jure existimo, legatum convalescere, atque legatam rem le-
gatarum petere posse, in casu, ubi v. g. *Imus*, 2do, *legavit fundum Cornelia-
num, qui tempore fieri incepti testamenti, post factum etiam legatum, ipsius lega-
tarii proprius erat ; sed antequam testamentum perfectum erat, ejus esse desierit.*
Licet enim (sit hæc dubitandi alias ratio) tale legatum ab initio nullum sit,
cum tempore dati legari, legatario res propria erat ; Atamen (ratio deci-
dendi), tempore testamenti *facti* h. e. *perfecti*, legatarii magis non fuit. Ut
verba illa : *ab initio* : Veterum olim Jctorum, conf. L. 4f. §. 2. *Leg. I.* de
iainio *facti* h. e. *perfecti* testamenti, non de initio *dati legari*, interpretemur,
oportet. Movet me vero nunc ulterius, textus, & qui sic simul lucem capit
obscurus alias, in §. 2. *ibid.* Dum enim JCro in animo fuit, in pr. *ibid.* ca-
sus quosdam recensere ad quos non pertinet *catoniana* regula, eorumve pri-
mum statim in §. 1. refert, huic autem §. statim nostrum hunc 2dum sphum
subjicit connectendo, particula *item*, quid obsecro manifestius quam in ver-
bis NB. *faciendi tempore*, alterum casum significasse, ad quem *catoniana* regula,
cum hæc verbum *facti* contineat, minus pertinet ? Movet me in retinenda hac
sententia, adhuc quod nunc & *Titium* *ibid.* videam eundem casum in d. spho 2.
animadvertisse. Sed malle *Titium* & ipsum verbum *facti* in definitione *Catoniana*
regulæ ita attendisse ; Sed & argumento ita hujus verbi casum illum in d. §. 2.
probasse. Poterat & quædam omisit, v. g. quod requirat, *alienationis momentum*,
legandi actum anseverterit. Casus a *Titio* in Lege positus, id non requirit, sed idem
esse admittit : *Si post legandi actum, modo antequam factum, sive penitus absolutum te-
stamentum fuerat, res legatario esse desierit.* Quamdiu enim testamentum
perfectum non est, tamdiu adhuc est imperfectum, sive testamenti faciendi tem-
pus. Et quis, amabo vos ! quidem dubitare vel minimum potuerit, Num
regula *Catoniana* ad legatum pertineat, quod ab initio vitiosum non fuit (ut
ipse *Titius* illo suo legari casu ponit, & recte) ? Atqui regula *catoniana* enim
de iis solis legatis agit, quæ ab initio non valere. Quæ ! Quæ, qualis,
hæc esset Cæli observatio, casus a regula excepti, ad quem *catoniana* regula,
non pertinet ? *Regula catoniana in specie de iis solis legatis agit quæ ab initio
nulla fuerunt Ergo, observemus, exceptionem esse, vel de iis legatis non agere
catonianam regulam, quæ ab initio nulla non fuerunt.* Suavis observatio ! Subtilis
allucinatio ! Idem enim esset, v. g. *Regula catoniana, de illo casu non agit,*
ergo, observemus, de illo casu regulam catonianam non agere.

X L V.

Ad L. 1. §. 22. de Acq. Poss.

Municipes per se nihil possidere possunt, quia UNI consentire non possunt, &c.

Quare, pro: *uni, universi*, Haloander restituat, nescio? Sicuti enim in vocula illa: *uni*: non dativum singularis numeri, sed nominativum pluralis numeri casum, & sic ipsum illud corpus unitum significaverim cum Haloandro hactenus, ita veros quoque Grammaricorum quotidianus est, *unum*, pro *universo*, usurpare. Sed & in plurali numero, ita sumi, Cicero pro Flacco c. 63. ita dixit: *Lacedæmonii septingentos jam amplius annos unis moribus vivunt*. H. e. moribus apud universos Lacedæmonios receptis. Atque ita *to: uni*, observo in Lege nostra. Conf. *Unas Tabulas* in L. 1. §. 6. d. bon. Poss. sec. Tab.

X L V I.

Ad §. 2. Inst. d. Leg.

Sed olim quidem &c. Nostra autem constitutio quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis sed voluntatibus eorum faventes disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, & quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per ACTIONES PERSONALES, sed etiam per in rem & per hypothecariam &c.

Cum anno altero, interpretabar §. 2. *Inst. de Legat.* dubium faciebat, fateor, *actionum personalium*, in plurali numero facta ab Imperatore ibi mentio. Dum non plures sed unicam illam, quæ ex testamento audit, actionem, ortam ex contractu quasi aditæ hereditatis, a memoria repetere poteram.

I. Ita videbatur quidem initio, actionum plurium personalium, mentionem factam ideo fuisse, quod & de pluribus itidem ibi legatariis agitur; sed

sed labefacta statim cadebat sententia, quod in *singulari* tamen numero facta erat *actionis* NB. *hypothecaria* ibidem mentio.

II. Facilis quidem etiam videbatur ille interpretandi modus: *Pluralem locutionem, pro singulari fuisse usum imperatorem.* Sed ita hac vice non patitur, idem illud quod modo vidimus.

III. Quare ita tandem videbatur: Justinianum, in *personalibus actionibus* illis, ad antiquum jus, quo fiduciarius heres, ex Pegasiano Scto, *partiarum legatariorum loco habebatur*, vid. §. 5. *f. fid. hered.* vel maxime simul respexisse, ipsamque adeo ex stipulatu actionem, quam abrogata post, a Justiniano, captiosarum stipulationum ratio §. 7. *Fid. hered.* reapse tamen sustulit, partiariorum ejusmodi legatariorum competentem, attendisse, perquam verisimile mihi viderur.

IV. Succurrunt, & *personales actiones* in §. 21. *Inst. d. Leg.* Sed non placet illas in nostro spha significare.

X L V I I.

Ad L. 8. §. I. de Publican.

Sed si unus ex pluribus heredibus rem MUNEM causa vectigalis, subripiat, portiones ceteris non auferuntur.

EX: *Adamo*: nonnemo cretensis formabat: *homo*: quod, in utroque nomine, littera, *m*, occurrat. Eodem, credo fundamento, in L. 8. ff. *d. Public.* loco, *munem, communem* substituunt nostri Interpretes. Siquidem alias enim, *munem*, ex antiqua linguæ latinæ locutione, aliud nihil, quam *obligatum* significare, ex illo Plauti loco: *dico ejus pro meritis gratum me & munem* (id est *obligatum*) fore: Sed & ex hac lege nostra denuo, observare liceat. Quare & *res immunis* quoque dicitur, id est, *ab omni prorsus obligatione immunis sive libera.* Hinc, *res munis causa vectigalis*, idem erit hoc loco, quod *res obligata ob vectigal.* Hinc, apud *Papinianum*, sequentem casus speciem fuisse propositam, suspicor: *Unus ex pluribus Publicani*, de quibus in toto hoc titulo agitur, *heredibus, rem aliquam, ob non solum ab ejus Domino vectigal* (de ejus enim defraudatione hic agi ex Legis principio manifeste patet,) *obligatam, adeoque in commissum lapsam, surripit.* Quæritur, an prædicto illo herede, ob hoc delictum sua inde repetendi vectigalis portione privato, reliquorum heredum suam adhuc quisque vectigalis portionem retinere, atque ex re ante dicta obligata petere possit? Respondit *Papinianus*,

por-

portiones ceteris non auferri. Optimo jure ! Factum quippe cuique sumum non tertio debet nocere, L. 155. ff. de Regul. Jur. Non Patris quidem, filio, L. 26. ff. de Paen. Vel (alter esto casus) ; *unus ex pluribus heredibus, rem munem causa vestigialis* (qua de vestigal solvi debebat), *subripit* (clam amovet fraudemve contrahit). *Portiones ceteris non auferentur.* Conf. Pr. ibid.

X L I X.

Ad L. 34. §. 1. ff. de Donat.

Si quis aliquem a latrunculis, vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hæc donatio irrevocabilis est, non merces eximii laboris appellanda est : quod contemplatione salutis certo modo æstimari non potuit.

Varie hunc §phum *Imum* in L. 31. d. Donat. interpolatum a Triboniano, arque restituendum ex *Paul lib. rec. sent. 5. §. 6.* monent vulgo. Quod non ad stipulari queam, facit (a) quod ipsimet illi Viri, Pauli librum illum sententiarum satis esse authenticum negent. Vid. *Gosfred. ad L. 10. Ut in poss. leg.* Sed (b) nulla indiget interpolatione hic noster textus. Facti enim species, responsique apud Paulum, mihi videtur : *Ex latronum hostiumque manu, Titii opera ereptus Sempronius, pro subsequenti forsitan antedicta redemptionis lytro accepit Titius a Sempronio nimia post quantitatis pœnitente.* QUÆRITUR, num donationem revocare a Titio liceat ? Etii, dubitandi quædam ratio sita in eo videatur, quod *mercedis* loco datum censerî debeat, hæc autem si immodica sit, revocari possit, *¶ non merces.* RESPONDIT tamen Paulus, quod datum est, revocari non posse, ceu donationem, remuneratoriam videlicet, perfectam semel. Conf. L. 25. §. 8. in fin. *hered. pet. §. 2. pr. J. de Don.* Merces nimirum, quia rerum semper æstimabilium certa que per se ac definita esse debeat, v. d. 1. *Inst. Loc. in salutis vitæque redempta negotium cadere non potest.* Quemadmodum enim vita nostra inæstimabilis, ita nullius proprie dictæ mercedis capax esse poterit ?

L.

Ad L. 2. §. 43. ad Sc. Tertull.

Confestim autem erit sic accipiendum, ubi primum
 A a 2 *potuit,*

potuit, id est, Pratoris copiam habuit, huic rei
SEDENTIS.

Loco : *sedentis*, Haloander substituit : *se dantis*, pro tribunali pratoris ; scilicet, idque arg. L. 2. §. 2. *quis ord. in bon. poss.* Sed huic rei, hodie non sedeo. Nullibi enim in fideiis observes, simplicem ejusmodi de Pratoris persona loquendi rationem : *dare se pratorem alicui rei* : occurrere, sed addita semper expressa, *pro tribunali*, mentione : ut in d. L. 2. §. 2. Ceu contra ipsum illud *sedendi* verbum, absque ulla etiam expressa *tribunalis* commemoratione, consulto positum, solennem hic propriamque per te, Pratoris more Majorum ac pro tribunali, presentiam, *maximi momenti* nimirum *actuum legitimorum apud se celebrandorum gratia*, factam notat. Quale etiam *sessio-*nis cum emphasi nomen, insertum videas in d. L. 2. §. 1. Sed quare emendare textum volumus, ubi in mendo non cubat ? *Huic* enim *rei sedere*, aliud nihil est, quam *hujus rei gratia sedere*. Quemadmodum, & *cui bono*, apud Grammaticos, in dativo recte legeris, h. e. *cujus boni gratia*.

L I.

Ad L. 32. §. 2. *ad Sct. Vellej.*

Item si mulier creditori viri fundum vendidit & tradidit ea conditione, ut emtor acceptam pecuniam viro referret, & hunc fundum vindicat, exceptio quidem opponitur ei de re emta, & tradita, sed replicabitur a muliere : AUT si ea venditio contra Senatusconsultum facta sit. & hoc procedit, siue ipse creditor emerit &c.

Quid sibi pharmacum illud Haloandrinum velit, dum in L. 32. §. 2. *ad Sct. Vellej*, loco, *aut si ea &c. ac si ea &c.* substituit : si quis alius, haud ego plane percipio. Cum & alias ita olim enim exceptionum formulae concipi solita : *Aut si, Aut nisi &c.* atque idem quod non sive haud significabant; recte utique uxorem, exceptioni motae sibi, *res vendita & tradita*, replicaturam solenni formula *Ita dixerit : Aut si (nisi) ea venditio contra senatusconsultum facta sit.* Sicuti ita olim ex formulae exceptiones concipi solita,

ita

ita & hinc esse poterit, quod, *exceptio*, dicatur *conditio*, v. L. 22. *exceptio* quasi actio scil. sub conditione vel exceptione data sit : *Aut si hoc vel illud factum non sit.*

II Aut si non ita ex formula placet, substituatur tum loco, *Aut, Haud*. Sæpius enim ita irrephisse in nostrum juris corpus, observaverunt alii, & nos passim.

Cæterum : quod Gotofredus pugnam statuit, inter hanc L. & L. 4. C. 16. id tu noli credere. Agit enim hæc lex de casu, ubi ipsam rem tradit, d. L. 4. C. ubi pretium dedit. Et quo casu beneficium Vellejani deficere, contra Gotofredum existimo, licet creditores uxorem non sollicitaverant.

L I I.

Ad L. 13. *Instruct. Instrum. Leg.*

Ut dolia vasa ancones calices trulla qua circa cœnam trajici solent, item urna area & congiaria & sextaria. & similia.

O*Bfuscatum*, per me non stetit, *Adami lapsu oportet, humani generis ingenium esse.* Non qua scio enim ratione alias, loco *cœnam, cœnum*, lepide Quidam; Alii *Ahenum* paulo accuratius, reponere non verentur. Aut quid est ex Romanarum antiq. scientia, nostrum non velle ornare opera data civile Jus: si non hoc est? *Trulla*, quippe nil apud Romanos aliud significavit, ac certum ali-quod *vasis* genus, vini apud Eos in lautiorum maxime convivii recentius frigidiusque servandi gratia usurpatum, ex quo in subjectum poculum, antequam ad cœnam irent, trajici seu transfundi vinum consuevit. Spreta igitur criticorum illorum nostrum hactenus sententia, utraque illa, ad *trullæ* descriptionem inconvenienti, haud difficulter mihi persuaderi patior, ut servata incorrupti textus facie; Nec in cœna (ut illi) sed *trulla* vocabulo constituta difficultate textus; ~~trajectam~~ hoc loco *trullam* metonymice, pro ipsa vino in *trulla* contento, indeque iterum, circa instantem cœnam in pocula trajici h. e. transfundi solito, accipiendum suspicet. Sæpius autem metonymice, nostros locutos, observamus passim.

L I I I.

Ad L. ult. Cod. de dot. *Promiss.*

Neque enim leges incognita sunt, quibus cautum,

Aa 3

omni-

omnino paternum esse officium, dotem vel donationem ante nuptias pro sua dare progenie.

NUm *trivitus* ab initio Pater emancipatam suam dotare filiam cogatur? Haud minus agitata inter Doctores, contentio fuit. Et simpliciter cogendum, plurimis placuit vid. DN. Struvium *Exerc 30. Th 3.* Moveatur in primis lege §. ult. & præced. §. 11. ff. jur. dot. add. Leg. ult. v. *vel forte emancipatus & v. neque enim* Cod. de dot. prom. cum L. 6. ff. de coll. & L. 5. §. 1. & §. 12. ff. de agn. lib. Ast mihi vero *negativa* semper potior apparuisse visa est. Et quod a nemine propugnatum magis solide, quam a Cl. Reinh. video in quem scripsit var. libello. Quibus tamen adhuc ipse argumentis movear, addere, operæ existimo pretium esse. Ac *Imum* quidem eorum manifestissimum depromo (1.) ex Marcelli sententia, in Lege 19. ff. d. Rit. Nupt. v. Quos NB. habet in potestate : & v. dotem dare. Emancipatio enim ut patriam potestatem tollit, ita vero & id (2.) in specie efficit, ut quoad *ordinariam saltem dotis dande & filia in matrimonium collocanda necessitatem*, filia NB pro plane *Extra-nea* & extra familiam constituta habeatur L. 55. in fin. ff. cod. §. 3. Inst. de hered. qual. Usque adeo, ut (3.) licite pater, ejus etiam NB. *oblivisci* quodam modo possit. argum. L. 60. c. 3. in f. ff. de Rit. Nupt. Huc facit (4.) quod mater, ceu liberos in potestate non habens, dotem filia regulariter constituere haud teneatur L. 14. Cod. de jur. dot. Quæ autem Jctorum Responfa atque Imperatorum decreta, num aliis juris nostri textibus mutata sint, videamus?

Nec quicquam (A.) autem refragante nostra dicta L. ult. Cod. Quoniam versiculus : *neque enim* : ceu ad veteres ff. leges, de dotis necessitate quondam latas, pertinens, eos demum patres, qui liberos adhuc in potestate familiaque sua tenent, quoad initialem saltem dotis dandæ necessitatem arg. d. L. 19. restringi debet. cui adde in d. v. *neque enim*, ibi : *paternum officium*. Nisi & omnem emphasin in v. *suam* esse sitam dixeris. Agit de progenie, sed NB. *sua*. IS autem suus dicitur qui in sacris paternis constitutus est proxime. Ad hunc sensum *to sua*, probe hic a me latine dici, observaverunt alii, in illa XII. Tab. lege : PATERFAM. UTI LEGASIT SUPER PECUNIA TUTELAVE NB. SUA. Atque ego in hac nostra L. ult. C. d. dot. prom. Conf. §. 2. *hered. qual. & diff. &c.* Ad emancipatos vero, de quibus in eadem L. ult. v. *vel forte* : mentio fit, referri præallegatus versiculus : *neque enim* : in verbo *officium*, non aliter potest, quam si NB. *sponste ab initio* dotem pater *promiserit*. Ad hanc enim ei præstandam vi contractus recte postea adigitur arg. L. 44. ver. *promississet* ff. h. t. confer. L. 16. & seq. ff. d. LL. Et quid multis? adde ipsam rubricam totumve titulum, de dotis NB. *promissione*.

Nil (B.) etiam obstat. d. L. 5. §. 11. d. jur. dot. v. *Parentis nomen do-*
tem

tem &c. Hæc quippe verba, non de effectu *necessitatis juris* sive coactu (quo de hic), sed de effectu singularis NB. *denominationis* dotis intelligenda est. quod ea videlicet, quæ a Patre filia: etiam emancipata: (non necessario tamen, sed ex libera Patris pietate) data dōs est, non adventitia, sicut alias ab aliis veniens extraneis, sed *nomine* Profectitia: dici debeat. id quod & interpretor ita arg. v. *Profectitiam facit.* ibid. Hinc Patris etiam voci, parentis nomen, in *Profectitia* dotis *denominatione* *æque* adjectum suspicor ab eodem Ulpiano in d. L. 5. principio. *Parentis* et nim nomen *non patrem tantum ceterosque per virilem sexum adscendentes*, comprehendit, sed & *citra potestatis patriæ causam* intelligi potest. arg. L. 4. ff. *de cur. fur.*

At nec (C.) repugnat præfatæ ipsi nostræ thesi ulterius d. L. 5. §. 12. ibid. *verf. eum quasi Patrem fecisse videri*: Verba enim: *fecisse videri*; ibid. ut & v. *pro emancipata dotem dederit*: (1.) de facto tantum eoque libero, non de juris necessitate accipienda sunt. Vel (2.) itidem de dotis nomine intellexerim. arg. §phi præc. coll. h. *verf. quasi patrem, quasi curatorem.*

Nec (D.) Multo magis insuper moror dictam L. 6. ff. *de Collat.* Hæc tuncque in *verf. quid Pater filia*, de Patre filiam in Sacris suis habente intereranda est. arg. d. L. 19. ff. *de Rit. Nupt.* coll. d. L. 26. & seq. ff. de LL. ibid. *verf. ideo quia debet.* Quibus adde L. 5. LL.

Parum (E.) denique moveor d. L. 5. §. 3. coll. §. 12. ff. *de agn. lib.* quæ maxime alias negotium juris studioso hac in causa facessere potuisse videbatur, dum dotem alimentis æquiparat; Sed non mutare tamen anteverti dicere. Quæ quidem *alimentorum* cum aliis *oneribus* facta *comparatio*, de qua in d. §. 12. *in eo quidem tertio* procedere credenda est, quod *Pater* ad utrumque *judicem* hoc tamen interim competenti iuris moderantur quod in *illis* indistincte id obtineat, i. e. sive pater liberos adhuc potestate habeat, sive minus d. §. 1. ff. ibid. in *his* vero, & maxime in *dote*, non aliter id, quam juxta ordinariam aliarum legum *de expresso dotis danda officio* notabiliter scriptas habemus v. gr. d. L. 19. ff. *de Rit. Nupt.* coll. dict. L. 14. C. h. t.) perpenfam, cent alias fieri solet rebus, i. e. ad personam *Patris, filiam adhuc in potestate habentis*, restrictam iungi oporteat. arg. d. L. 19. coll. d. L. 26. & seqq. ff. de LL. Præterquam quod d. §. 1. aperte ad sola alimenta similiave onera id restringere videtur *vice mutua*. Dic enim, an & liberi indistincte patri debent ex officio *in dare*?

Cæterum quod Cl. Reinhold. ex dd. LL. jus dicit: Patrem, qui dixerat se dotem *ex rebus tam suis quam maternis*, censerī jam de suo solo & quasi Patris *fecisse*, hoc mihi viderur dubium habere, fundamento juris nostri *in L. 25. Prob.* Considerabo,

L I V.

Ad Nov. 89. C. ult.

Liberos *vulgo quæsitos* matrem quidem aut non Patrem de jure civili debere alere, Struv. tit. ff. *de agnos. & aliend. Liberis*, aliique sine distinctione statuunt. Ego contra potius de eodem Jure civili distinguendum arbitror, Num ex concubitu cum fœmina meretriciam vitam non proficente, Num contra, ex meretrice passim Venalem formam habente progenitus infans sit? *Hoc casu Struvio aliisque consentio. Illo casu contra. Priori casu ita puto per argumenta quæ vulgo in hac sententia indistincte allegant, inter alia: quod de patre certum non constet. Cum Pater is sit, quem nuptiæ demonstrant. L. 5. de in jus voc. Altero vero casu ita teneo (1.) per Nov. 89. C. ult. ibi quod Pater immunis sit ab alimentorum onere, quoad liberos solos ex damnato coitu natos, v g. ex incestu &c. Mover me autem (2.) ratio, quod alias Pater ex illicito coitu præmium haberet immunitatis ab alimentorum onere. Mover me (3.) quod ratio in priori casu allegata ex L. 5. de I. I. V. hoc casu cesset. Siquidem hoc casu de Patre certum constat. Neque moror quod dicta L. 5. indistincte dicere videatur, omnes illos Patrem non habere, qui ex nuptiis justis procreati non sunt: Neque enim dictam legem indistincte ita debere intelligi, sed de iis solis, qui ex vulgivagis meretriciis complexibus, procreati sunt, monstrat ipsum allegatum matris exemplum. Cum nec illa nuptias allegare potest. Ut ro, est, in dict. Leg. 5. pro, esse soleat, capi debeat, ceu sæpius in nostro jure. Quin & eo ipso JCtus probat in Leg. 6. de his qui sunt sui vel alieni juris, quando patrem esse negat ex cujus absentis nuptiis filius procreatus est. Dictam meam sententiam moribus esse receptam probat, Struv. alleg. loc.*

Cæterum: quod JCtus in dict. Leg. 5. habet ro demonstrat, huc ego refero veterum antiquam divisionem in *Patricios & Spurius*. Illos in hac divisione significabant qui ingenue ex justis nuptiis nati erant, quasi qui *Patrem ciere* possent. Vel ut JCtus in dict. Leg. 5. habet qui Patrem demonstrare possent. Is scilicet dici Pater debet, quem Patrem ciere sive demonstrare per nuptias possunt. Cujus consentit, quod spurios per literas S. P. scripserunt. Non quasi Patrem non haberent, sed quasi Sine Patre essent. conf. §. 12. de Nupt. vel. quasi sine Patre.

L V.

Ad L. 3. ff. ad Sylanianum.

Si quis, ait Jcius, IN GRAVI valetudine adfectus, opem Domino ferre non potuerit, subveniendum est ei.

Ubi estis, inter Literatos phœnices ; qui Pandectis ob latinitatem elegantio-
rem operam datis ? Atqui latinæ id respuunt aures : *in gravi valetudine adfectus*. Ubi vos ô optimi Juris interpretes, Legum Justinianearum statores, vindices veri ? Quid cunctamini vos, qui Chirurgiæ legali temere datis operam ? Verba Ulpiani, probari, salvari, sanari, qua ratione poterunt ? Gorhofiedum audio : voculam, *in*, esse textui auferendam : Solonem scilicet fuisse pingui Minerva locutum. Ego, Ulpiano nil quicquam auferendum affirmaverim. (1) Quia vocula, *in*, auget in compositionibus apud latine loquentes : ita *INlustris*, sive *illustris*, pro *valde lustris*, quis nescit ? *INfractum* pro *valde fractum*, docti disputant ; *INvalidus* pro *valde validus*, *IMPotens* pro *valde potens*, latine doctus non inficiabitur ; *INgravi* (contractis, ceu continua Florentinæ lectiones series permittit, duobus verbis in unum) pro *valde gravi* in lege quare sumi non possit, si alio modo defendi non posset lectio, ratio erit nulla. Quia tamen *ingravem* tali sensu latinum deprehendere (1.) hucusque mihi non licuit ; Sed & (2.) alio modo commode verba Ulpiani salvari possunt ; Sic est tutius a nobis id explicandi genus omitti arbitror.

Dum (3.) vel ex solo *Floro* constar, voculam, *in*, pro, *ex*, apud latine loquentes haud raro sumi solitam. *Bibebant*, ait flos illæ linguæ latinitatis vere floridus, *bibebant* (prout Ulpiane !) *in ossibus veterum*. Prodest id certe Ulpiano ; siquidem latinum satis est, *ex gravi valetudine affectus*.

Miror quod (4.) translationem in textu nemo (siquidem & hoc promtum explicandi remedium est) agnoscat, & legat : *Si quis gravi invaletudine adfectus. Invaleitudine*, id est, *valetudinis infirmitate*. Ita : *Invaleitudo tua me valde cruciat*. Cicero ad *Attic Lib. 7. epist. 2*. Similem translationem agnoscit Grævius ad *Flor. I. XI*. Similem Chiasmi observationem habet Vinnius *Proœm. Inst. in pr. v. legibus armatam* &c. Sed supervacaneam ; quia (a) *Legibus armari*, etiam latine dicitur, uti constat ex illo solo Petronii : *quatiatque Demosthenis arma*. Quare & cum *gladio* depingitur *Justitia*. adde L. 3. *de Jurisdicit* L. 31. *Cod. de admitt. L. 14. C. Advoc.* Ita prohibet totum Tuum *armarium*. H. e. bibliotheca Tua, vel suppellex libraria. Potest & (b) *no armatam* in d. pr. explicari, ut idem notet, quod *instruatam, ornatam* &c. Conf. L. 1. §. 3. *de Exercit. act.* L. 2. §. 1. *ad Leg. Rhod.*

de fact. L. 5. qui pot. in pign. Aliam chiasmi speciem, vides apud Wiffenbachium, ad Instit. dict. loc. in Epist. ad Philomenem. Sed & hoc perperam forte, si *to me* in authentico pro *adversus* sive *contra* sumferis. Confer apud *Lucam* 7. v. 30. & 12. v. 10. &c. quali fidem habuerunt; pro Christo & contra Sanctos. Sive hisce fidem omnem denegassent. Sed de hoc, in ortis Dominicis.

IV. Habet autem noster textus difficultatis nihil, si *to affectus*, per se subsistens hactenus, ad sequentia referas, ubi nimirum quis in gravi valetudine, simul affectus, sive non valens animo, Domino opem ferre non potuerat. Hanc explicationem verba admittunt, si hoc modo interpunxeris: *Si quis in gravi valetudine, affectus opem domino ferre non potuerit.* Ab explicatione hac facit, quod haud raro animo valere soleant, sed affecti sint, qui in gravi valetudine sunt. Propter individuum scilicet affinium illud, quod inter utramque illam partem hominis, *animi, corporisve* natura conglutinavit. Recte ita alibi Cicero scripsit, verbis si recte tenuero: *Fac corpore valeas, ut animo possis.* Ponens (supponens barbari habent) videlicet, quod non corpore valere possit, si non & animo valeat. Explicationem illam Legis nostræ, probant verba in Leg. 17. ff. qui testam. fac. poss. *In adversa corporis valetudine, mente captus &c*

V. Quid, si *to affectus* denique in casu *genitivo* positum, ipsam valetudinis speciem, significare, dixerim? Sicuti alias enim: *Valetudinem oculorum, valetudinem mentis &c.* legimus, quare non & *valetudinum affectus*,] Crus habeat, in dict. Leg. 3.?

Quod autem Frater meus J. F. W. *Jur. Pol.* p. 10. in fine, sed & reliqui qui vulgatam lectionem probant, in d L. 3. exemplum ponunt, latinitatis, cujus vis & potestas solorum] Crorum in juris corpore auctoritate nititur, atque ex dict. sola Leg. 3., ad sensum vulgatum, latine existimant dici: *in gravi valetudine affici*, id Ego adhuc hodie in meum animum inducere minus possum. Sic enim nulla lex difficillima etiam, difficultatem habebit, sic erit facile, dicere semper, valeant verba auctoritate hujus] Cris. Ita facile erit, ex verbis vitiose scriptis, vel eorum vi non bene intellecta, primas & ordinarias grammaticas regulas evertere. Præstat mea sententia, composita voce *in gravi*, pro valde gravi in lege nostra significare. Cum & alias ita latine solet. Tum inquam unius] Cris auctoritate, latine loquamur, si & alia argumenta succurrant, & lex nullo alio modo intelligi possit. Nemo certe, contra ordinarias regulas Grammaticas, ex verbis in Lege scriptis latinitatem induxerit, si lex aliam interpretationem gratis admittit. Ut in hac lege vidimus.

L V I .

Ad §. 9. *Inst. de Adopt.*

Sed & illud utriusque adoptionis commune est, quod & ii qui generare non possunt (quales sunt spadones) adoptare possunt. Castrati autem non possunt.

Bis mendo cubare textus videtur. (1.) Quod spadones ait generare non posse, contra Ulpianum in L. 6. ff. d. *Ad. Ed.* (2.) Quod licet generare nequeant, adoptare tamen eos posse affirmet, contra arg. *§phi 4. & 10. de Adopt.* Quoad PRIUS, Haloander intrusa. *non*, particula, dictam Legem 6. ut eam dicto §. conciliet, negative ita substituit: *qui etiam generare non potest.* Sed ita, mi Haloander, auctoritate *Celsi*, negantis spadones generare posse, ALTERUM dubium auges, quasi consequenter nec adoptare spadones possent. Neque enim illos adoptare posse, qui generare nequeunt, juris liquidi est. Ast spadones tamen adoptare posse, habet noster *§phus*. Quid dicemus? dubium utrumque tollamus, oportet e medio. Tametsi exquisitam quidem alias, Philologix tam magis quam juris civilis prudentiam in *Haloandro* subinde nostro mirer, at temerariam nihilominus, ut sic loquar, ferulam ejus, quem Ulpianum mereri censet, in d. L. 6. d. *ad. ed.* comprobare vix ac ne vix quidem possum. (1.) Spadones enim aliquando generare posse, barbam Tuam fidei me potius *Æsculapi* tester? (2.) Varia saltem in jure nostro recenseri spadonum genera, probat idem *Ulpianus* auctor in L. 128. V. S. (3.) Eorumque aliquos, licet, cum *Plauto* credo loquor vel cum *Petronio*, non bene *vasatos nec peculii, majoris*, ad generationis tamen opus non esse prorsus inidoneos, certe idem *Petronius* probat, dum is, habet, *virum adhuc se intelligere, sentire etiam, cuius pars egrotans licet, funerata tamen non est, illa corporis qua quondam Achilles erat.* Consentit autem *Paulus* in Lege statim subiecta 7. dum NB quosdam ita inidoneos esse affirmat Idem *Ulpianus* eo ipso probat, dum eum spadoni æquiparat, qui unum virilitatis testiculum habet. Ut autem illum qui unum testem suæ virilitatis habet generare posse, constat, ita æquiparatorum ex vulgato Logicæ axiomate similia prædicata sunt. Ceu & ipse ibi *Ulpianus* quoad effectum generationis utriusque competentem, nominatim illos comparat. Nedum, quod idem ibi *Ulpianus* spadonem illum quo de agit, non morbosum dicat. Stultum esset, si dixisset ideo non morbosum esse, quia generare non potest. Talem enim morbosum esse, *Sabiniana* descriptio morbi, enarrat in L. 1. h. t.

Nil Haloandri molitionem juvat §. 9. *Inst. adopt.* coll. L. 2. §. 1 ff. *ibid.*

B b 2

Utrum-

Utrumque initio motum dubium tollamus simul. Dic Spadonum nomen generale esse. d. L. 128. Dic allegatos textus in *Spadones qui generare non possunt* &c. de illis Spadonibus agere, qui nunc, live ad tempus generare non possunt, ob præsens v. g. tantum existens forteam in seminariis vasis pororumque obstructionis vitium, vel, ob meatum v. g. distortum coli, quo vinculo abscisso generant. d. L. 128. V. S. Galen. 15. *de Us. Part.* Vel dic, de illo spadone agere, qui ita spado non est, ut tam necessaria pars corporis ei penitus absit. Tales dari ponit d. L. 7. ff. *ad ed.* Dum tales spadones generare possunt, ubi naturæ vel artis medicæ auxilio sublata obturatio, vel alias temporarium vitium sublatur fuerit, quid miri, si & tales spadones adoptare consequenter posse, textus habeant. Conciliationi huic consentit, Cicero ubi pro Oratore ita dixit: *Quid est Pontifices ius adoptionis? nempe ut adoptet, qui neque procreare liberos* NB. jam possit. Huc facit, quod & talibus spadonibus inire matrimonium permissum legas. Vid. L. 30. *jur. dot.* Explicationem probat, quod collatis omnibus, tandem nunc observo; tantum abesse, ut jura nostra adoptare permittant, vel morbofo spadoni, h. e. quo de certum constat quod generare nunquam poterit; Vel ei etiam, qui generare jam potest; ut utrumque arceant; Atque eum solum admittant, quo de dubium est, num generare poterit; vel, qui nunc in præsentem quidem tempore, ubi adoptare cupit, ob præsens jam aliquod vitium generare non potest, quo de tamen spes est, ut vitio illo tandem aliquando sublato, generare possit. Tria talia observo. AUT (1) certum constat, generare aliquem posse; AUT (2.) contra, certum patet, generare non posse, VEL (3.) denique res in dubio est. *Priori casu*, adoptioni non indulgebimus facile. Per fundamentum in adoptionis hæc materia liquidum: *ut ille qui potest, ipse potius de procreandis liberis cogitare debeat, quam ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam.* L. 17. §. 2. h. t. L. 15. *ibid.* Non debet honores ferre ex filiis aliquis, quos alter fecit; si facere ipse possit. Arcet illum ab adoptione noster sphis, dum illum admittit, qui generare non potest, ob præsens aliquod vitium. Ut scias, illum arceri, qui generare jam potest. ALTERO casu, similiter prohibita adoptio erit, secundum regulam illam: *Adoptio naturam imitatur* in §. 4. *adopt.* Ut consequenter, nec liberos per *adoptionem* habere possit, qui non *naturales* per generationem habere potest. Conf. §. 10. *I. ibid.* Ita nominatim vult, textus in §. 9. *Castitatum* enim, quod de in proparulo est, quod generare nequeat, ab adoptione arceri. Ita vero in *primo & 2do casu*, consentire adoptioni non debemus, nisi iusta forteam causa exceptionem induxerit. Veluti, si quis personam conjunctam adoptare voluerit. d. L. 15. §. 1. **TER-TIO** vero casu contra, juxta adoptionum juris ordinarias regulas, adoptionem permissam alicui dixeris. Ita vult (1.) quod utraque antedicta ratio, in duobus illis prioribus casibus prohibens adoptionem, in hoc casu cesset. Sicuti

eniam,

enim, dici nequit, generare illum posse, qui in præfenti, laborat vitio; ita vero contra poni non de illo etiam potest, morbosum esse, & inidoneum prorsus, ad procreationem; cum contra, sublato vitio creationi studere poterit. Sic itaque cessante utraque prohibendi causa, cessare quoque ipsam prohibitionem, adoptionum regulæ volunt. Huc facit (1.) L. 39. *Jur. dot. junct. §. 4. h. t.* Quemadmodum enim lex illa, spadonem quo de dubitatur, ad matrimonium, causam patriæ potestatis *naturalem* illam, admittit, ita vero adoptionem *naturam imitari*, habet d §. 4. Ita (3.) habet Lex 17. & 15. h. t. *Majoribus 60. annis, adoptare permittens.* Quoniam, de illis nec sine dubio dici potest, ad procreationem validos esse, nec negari etiam. (4.) Quod argumentum, eo probo, quod in eadem lege, minorem 60. annis, JCrus tum tamen admittat, si forte morbus aut valetudo (tum temporis præfens) in causa fuit. (5.) Ratio, ta ex ad adoptionem admittit, maxima: Quod sicuti lege cautum erat: *Sacra privata manento*: ita vero, is qui jam in præfenti laborat vitio, si ipse procreationi studere naturali modo vellet, prorsus se inidoneum ad procreationem faceret, nec ullam reipublicæ prolem ferre posset. Ita gallus, ita capo. Rationi huic consentit JCrus in d. L. 17. h. t. *cujus ætatis sit, ut NB. æstimetur an NB. melius sit de liberis procreandis cogitare &c.* Sed de hac spadonum castratorumque materia, plus satis.

L V I I.

Ad L. 71. ff. de Leg. Imo.

Si domus alicui simpliciter sit legata, neque adjectum qua domus: COGENTUR HEREDES, QUAM VELLE domum ex his, quas testator habebat, legatario dare. quod si nullas ades reliquerit, magis derisorium est, quam legatum utile.

CUM notis variorum, Prothei instar in figuras omnes, est mutata Lex 71. ff. d. Leg. 1. Ac (1.) quidem Halsander, loco, *cogentur heredes quam velle domum*, hoc modo, *cogentur heredes quam velle domum*; Nonnulli (2.) *cogetur heres quam domum velle*; Alii (3.) *quam voluERIT*, &c. Ego, vestra attentè bona venia viri, lectionem hanc factam rectam servandam existimo: *cogentur heredes quam velle domum &c.* Atque ex iis verbis de jure tenuerim, quod alias nostra jura civilia dicunt: *In re generaliter legata*

(qualis hic est domus) *electionem esse legatarii, & non heredis.* Vid. §. 21. *Inst. Leg.* Ita vero in lege nostra habes, si *to, vellet*, ibi, non ad verbum præcedens, *heredes*, sed ad sequens, *legatario*, referas. Qualem scilicet domum legatarius vellet, cogentur heredes dare. Ad quid ergo, corrumpemus textum, illo modo, qui falsum dicit juris articulum, qui contra textus salvus servatus, illud habet quod est inter juris nostri elementa? vid. d. §. 21. coll. §. 3. *7. in Procem.* Sed quæ de legato generis materia, quoniam confusius ab interpretibus nostris, ac quidem a JCris nostris proposita videtur, agedum Lector, certis eam regulis exponamus.

I.

Dixerim, illud non valere, quoties derisoria posset fieri testatoris voluntas. *a. L. nostra 71. Leg. 1. H. e.* ergo non valebit legatum, ubi natura sui, hominis factò, aut destinatione, certos non habet terminos. H. e. consequenter, valebit legatum, si v. g. *Servus, bos, equus, &c.* legetur. Sive eas res in bonis habuerit, sive non, testator. Ratio, quia sive in bonis sive non reliquerit, habent tamen illæ res sui natura determinationem. adeoque ad minimum reduci, consequenter nec derisoria fieri testatoris voluntas potest. Idem erit, ubi *fundum ades*, in bonis suis relinquens legaverat. Tam enim, hominis (testatoris) factò (si quidem certis finibus & terminis eas in bonis suis reliquit), res ex terminationem habent. Perinde erit, si testator vinum legaverat, idque doliis inclusum in bonis reliquit Testatoris (hominis) factò enim (quod doliis illud terminavit), vinum certam determinationem jam habet. Contra, debet sequi, legatum generis non valebit; si quis v. g. *animal* in genere legavit; vel, vinum; cum nullum doliis inclusum reliquerat. Hæc enim possunt ad minimum redigi, & per hoc derisoria fieri, cum v. g. vilissimum animal, etiam animal sit. atque guttula vini, etiam vinum sit. Ridiculum autem esset, si heres, legatario, legatum vini in genere, guttulam v. g. in ungue, præstare vellet. Ei, quod de fundo dixi, legatum illius in genere, valere, si testator fundos in bonis reliquerit, non obstat, vulgo alias hac in parte opponi solita, *L. 60. de Verb. S.* quasi quælibet etiam minima fundi pars, fundus sit, & per hoc, legatum tale redigi ad minimum, & sic derisorium fieri posset. Assertum enim illud negaverim, quasi quælibet fundi pars ipsius heredis arbitrio, fundus perpetuo dici possit; Sed tum demum, si testator partem illam fundi (convenienter tamen acceptam), fundum esse, nominatim constituerit arg. *7. ibi si jam NB. constituerimus* Vel; dic ad hanc, aliasve leges, ita esse, si testator fundos in bonis non reliquerit.

II.

Nunc regulam subijcio: *Si generaliter res aliqua legetur, legatarii electio est.* Limitando (1.) regulam, ita illam intelligas, ut legatarius non tamen eligere possit optimum, sicuti eligere non cogitur pessimum. Ita vero regulam

lam intellectam, limita eam (2.), nisi aliud testator dixerit. Tum enim prout nimirum testator dixerit, vel optimum poterit, vel pessimum legatarius debet eligere. Limita (3.), nisi res a testatore *nominata* sit. Utrum scil. electio heredi, non legatario, competat. Finge, Testatorem, servum (nominando) *Davum*; ædes (nominans) *Tusculanas*; fundum (nominatim) *Cornelianum* legaverit, cum *plures* ejusdem nominis, servos *Davos*, ædes *Tusculanas*, fundos *Cornelianos* habuerit; quid? hoc casu, cessabit regula, h. e. non legatario, sed electio heredi competet, qualem servum *Davum*, qualem fundum *Cornelianum*, quales *Tusculanas* ædes, legatario dare velit. Ita (a) per L. 37. §. 1. *d. Leg. I.* L. 24. §. 3. *ibid.* *¶. fundorum* NB. *nomina.* (b) Propter L. 32. §. 1. *ibid.* ibi enim *¶. elegerit*, ad heredem debere referri, & non ad legatarium, patet ex verbis præcedentibus: *heres dato, debet præstare.* (c) Conf. Pac. ad §. 3. *de stip. serv.* & ibi alleg. L. 37. *d. stip. serv.* junct. L. 24. ad *S&T. Trib.* L. 124. *Leg. I.* (d) Rationem autem habet, hæc sententia: quod cum res ex defuncti voluntate suum nomen habeat, d. L. 24. ab eo quoque, vel, qui cum eo non persona dicitur Nov. 48. herede, eligi debeat. (4.) In illo casu exceptio erit, *si legata sit quantitas.* nempe respectu *qualitatis*, ut hanc tum eligat heres. L. 4. *trit. vin. al. leg.* arg. L. 3. *ibid.* Heredem enim ibi electurum colligitur ex *¶. ibi: non acetum.* Et habet rationem in §. 11. *de Legat.* Neque amplius, hac vice etiam de legato generis.

L V I I I.

Ad L. 22. §. 5. & 6. *Qui Test. fac. poss.*

§. 5. *Signum autem utrum annulo tantum impressum adhibemus, an vero. Et si non annulo, verum alio quodam impresso? Varie enim homines signant: Et magis est, ut tantum annulo quis possit signare: dum tamen habeat Χαράκτῆρα id est formam insculptamque signis imaginem.* §. 6. *Posse Et nocte signari testamentum, nulla dubitatio est.*

Verba Taurellii in Præf. ff. de testat. hæc sunt: *Quæ parenthesi sunt comprehensa non habentur in Pandectis Florentinis. Nos autem perfecto rectoque reddendo sensu, eâ tali nota apposita adhibemus (). Parenthesin alias omnino rejicimus, quod nunquam in sacris, aut manuscriptis codicibus, ea quo in præsens usu recepta sit,*

fit, inveniatur. Posterioribus verbis poterat Taurelius pepercisse. Cum sapienti
 sât sit, veteres omni interpunctione olim caruisse. Vid. sup Obs. 29. Ut ut autem,
 recte monet Taurelius; Veteres nostros Jctos aliosve, tamen non aperta quidem
 illa recepta a nobis hodie figura parentheseos () tacito attamen modo parenthe-
 seos scripsisse sapius & per hoc, recto perfectoque reddendo sensu, inductam
 postea figuram () hodie haud raro debere nos restituere; Ita vero, an exem-
 plum observare liceat in L. 22. *Q. Test. fac. poss.* videamus, in controversia:
Num testamentum annulo prae se, signare debeamus? Nunquam a me impetrare
 potui, ut crederem, ita de jure civili cautum fuisse. Retraxit me (1.) arg.
 §. 2. *I. de Test. ord.* ubi septem testium signa sufficiunt. Ergo, ut solo an-
 nulo fiat necesse non est. Movet me (2.) quod rationes quas allegare vulgo
 solent, absurdæ ne dicam ineptæ, mihi videantur. Earum una hæc est,
 quod existimasse veteres dicant, acii a penultimo in manu sinistra digito, ad
 ipsum cor vena quædam pertingeret, ut sic detracto de hoc annulari digi-
 to annulo, & suppresso testamento, totam quasi cordis sinceritatem testamen-
 to subsignarent. Sed vix ego (A) credo, Justinianum hanc inutilem philoso-
 phiam habuisse; Aut si habuerit, quis (B) dixerit ita inde illum ratiocina-
 tum fuisse. Quæ quæso enim hæc coniectendi ratio: a digito illo transit ve-
 na ad cor, ergo detracto de illo digito annulo, & suppresso testamento, cor-
 dis simul sinceritatem digito illi detraho & testamento subsigno? Similis fe-
 licitatis est altera ratio, quam ex annuli figura rotunda tanquam cæterarum per-
 fectissima, deprimunt. Retrahit autem me in amplectenda illa sententia (3.)
 ipsa lex illa per quam vulgo ita nostræ statuunt, quæ est L. 22. §. 3. ff. *Q. Test.*
fac. Alio quovis impresso posse signari testamentum, aperte textus habet, si
 conjunctis (male separatis) versibus §phi 6. & 5. verba illa, *varie usque ad*
¶. dum tamen &c. et παρὰ δεξυ, atque post ¶. an vero & si non annulo, interrogan-
di signo posito, legas, hoc modo: Signum autem utrum annulo tantum impressum
adhibemus, an vero & si non annulo? Verum, alio quodam impresso (varie enim
homines signant, & magis est, ut tantum annulo quis possit signare) dum tamen ha-
beat χαρακτες id est formam insculptamque signis imaginem, posse, & nocte,
signari testamenta, nulla dubitatio est. Ut in verbis videlicet: Signum autem
utrum &c. proponatur quæstio. Ad quam sequatur, decisio, in ¶. Verum
alio &c. Juxta hunc germanum Jcti sensum. Non annulo tantum, verum
alio quodam impresso, posse, & in ipsa nocte, signari testamentum. Ita li-
cere textum interpungere, vidimus. Ita vero debere interpungi, probò: (A)
ex ¶. posse NB. &. Quæ enim verba indicant, POSSE aliquid fieri, sive
LICITUM aliquid esse, non vero, aliquid NON posse, sive aliquid PRO-
HIBITUM esse. Vulgatam interpunctionem falsam esse, evinco (B) quo-
niam alias bis idem Jctus quæret, in verbis: an vero & si non annulo, ve-
rum alio quodam impresso. Verba enim illa: alio quodam impresso, illis, non annulo,

jam

jam infunt. Quare, ne bis idem quærat alias Jctus, In prioribus: *an vero est non annulo*, quætionem; In sequentibus: *verum alio quodam impresso*, decisionem illum habere, dicamus oportet. Quemadmodum dixi, ita debere interpungi, liquida res est (C.). Propter verba: *dum tamen habeat xægxneg* &c. Ad ¶. enim: *ut tantum annulo &c.* referri nullo modo posse, eo ipso constat, quoniam in præcedentibus initialibus versiculis, jam posuit Jctus, *annulum xægxneg formamque insculptam habere*. Respuunt quoque alias temperamentum illud: *dum tamen &c.* verba illa: *Ut NB. tantum &c.* Et quia respuunt, sic ergo, illa verba: *ut tantum &c.* in Parenthesi legas. Ita vero debere substitui textum, (D.) aperte jubet, quod alias verba sensum non habent. Quid enim hoc esset: *Signum adhibere impressum impresso?* Quid esset instrumentum, quod impressum continet, vel, cui impressum, cum eo quod impressum, confundere, si illud non hoc esset? Quid esset, tam stultum quam hoc? Quis unquam signaverit impresso, quod impressum est impresso? Nec moror verba: *& magis est, ut tantum annulo quis posset signare.* a) Namque, cum *Hotomanno* intudere liceat *to, non.* Sed malim (b.) particulam, *quam,* ibi desiderare. Vel (c.) loco *ut, utut,* restituere. Nil ita me corrigere ex stylo veterum, probavi supra Obs.: 9. & 31. Ita me recte restituere, vult ipse naturalis sensus, idem videlicet ille, quem habes in §. 5. *Inst. h. t.* Ut scilicet annulo tantum signari tamen possit.

Cæterum: quod annuli mentionem fieri passim videas, ratio est: quod frequentius annulo signaverint. Alio autem impresso licitum fuisse signare etiam, probat lex nostra. Sed & fecisse, habent verba: *varie enim homines signant.* Hodie ita quoque obtinere, ignorat nemo.

L I X.

Ad Nov. 18. C. 1.

Hæc nos moverunt corrigere legem, & non eam despiciere semper erubescens: talique modo determinare causam ut siquidem unius est filii pater, aut mater aut duorum vel trium vel quatuor: non triuncium eis relinqui solum, sed etiam tertiam propria substantia partem, hoc est uncias quatuor: & hanc esse definitam mensuram, usque ad prædictum numerum. Si vero

Cc

San-

ultra quatuor habuerint filios, mediam ejus totius substantia relinqui partem: ut sexuncium sit omnino quod debetur, singulis ex aquo quadruncium vel sexuncium dividendo &c. Licebit enim ei reliquum octuncium forte aut sexuncium habere & largiri sicut voluerit filiis ipsis, aut cuilibet extraneorum: & natura primo curata competenter, sic ad extraneas largitates accedere. HOC observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiqua quarta ratio de inofficioso lege decreta est.

AN portio legitima, ex sola N. 18. c. 1. Sicuti quoad liberos, ita & quoad fratres parentesque, aucta sic satis feliciter dici possit, loco *quarta triens* vel *semis*? quibus argumentis apud meum animum dubitare occipio, scribam. (1.) Jura priora mutata in dubio dici non debent, L. 27. C. de Testam. (2.) Hic mutata esse, non ideo puto, quoniam ad solos potius liberos Imperator id restringere videtur; Dum *de eis solis nominatim* agit. (3.) In solis liberis jus antiquum correxisset, argumento adhuc aperte constare videtur. Quemadmodum enim Imperator in dict. Nov. tam *de triente*, quam de NB. *semisse*, consequenter *de utroque* casu, h. e. ubi minus quam quinque, & ubi plures quam quinque personæ adsunt, agit, ita vero plures quam duos parentes, aliquis habere per naturam non potest. Sed nec (4.) dictam novellam ita mutasse, verba finalia probant. Verba enim ibi: *hoc observando*: restringi debent, ad verba præcedentia proxime, non ad verba initialia. Scilicet, ut relicta parte legitima liberis, reliquam substantiam, parentes dare aliis possunt; Ita & *hoc observari* vult, in *liberis fratribusque*. Ut scilicet etiam liberi, fratresque, relicta patribus, fratribusque suis legitima, reliquam substantiam dare extraneis possint. Ita hanc Novellam interpretaris, videtur, velle, quod interpretari ita potes. Ergo enim ita debere interpretari, vult dicta Lex 27. Ita jubet quod alias absurdum haberet. Ita vult adhuc (5.) Illud ipsum verbum: HOC. Quippe quæ notio ad proxime præcedentia referri solet. Et habet hæc Novella fundamentum, quod liberi vix aliunde quid habere possunt; Parentes contra quod habuerunt, retinent. Conf. d. N. c. 1. in fine. Cui & duo parentes facilius ex quarta vivere, quam vitam ex ea sustentare possunt v. g. decem liberi vel plures. fortean vid. d. N. *7. decem*.

L X.

Ad Pr. I. Si quadr. paup. fec. dicatur.

Animalium nomine qua ratione carent, si qua lascivia aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio, lege duodecim tabularum prodita est. Quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum, scripta est: ut puta si equus calcitrosus calce percusserit; aut bos cornu petere solitus cornu petierit. Haec autem actio in iis, qua contra naturam moventur locum habet. Caterum, si genitalis sit feritas, cessat actio.

NUm quadrupedaria actio noxalis locum habeat, si bestia fera juxta naturalem feritatem damnum fecerit, inter DDres quaestio est? Qui negant, utuntur Principio I. Si q. paup. fec. dic. *¶ ceterum si genitalis* &c. Qui affirmant, ratione utuntur, quod major sit culpa in eo, qui bestiam alit quae genitali feritate damnum fecit, quam in illo argui culpa possit, qui feram alit mansuetam alias natura, sed contra hanc, damnum facientem alicui. Ratio placet, sed obstat textus, in Pr. I. *h. t.* Neu dixeris cum vulgo, Justinianum ibi, *verba Legis 12. Tab. probare, mentem* vero ejus, debere nos tam late interpretari, ut & de reliquis animalibus intelligi debeat; non probo, anteverti dicere. Ut ut alias enim quidem memini, *omittendum non esse religione judicantium, quod omissum est legibus*, ita vero lege NB. omissum dici non potest, id quod (volunt) textus noster aperte aliud cavet. Actiones facere utiles, competere legislatori, teneo, non privato homini, contra apertam aliam legislatoris intentionem. Toties statuo, ex mente legis scriptae, actionem utilem competere, quoties legislator ipse mentem legis tam late est interpretatus.

Cui consentit, credo, Pater meus, dum non modo textum, de sola *directa* actione intelligit, sed & alios textus Juris civilis, ad *probendam* actionem *utilem*, adducit.

Aperte autem Justinianum & in ipso in d. textu, de utili actione egisse, atque ita ininterpretatum esse 12. Tabulas, probabilius teneo. Incipit enim ita principium-illud: *Animalium nomine, qua ratione carent, si qua lascivia, aut pa-*

vore aut feritate pauperiem fecerint. Agit de animalibus, generaliter & indistincte omnibus, quæ ratione carent. Qualia & illa certe sunt, quæ feritate naturali moventur. Agit nominatim de illis, quæ NB. aut pavore NB. aut feritate pauperiem faciunt. Sine dubio de illis etiam, quæ feritate faciunt pauperiem.

Neque obstat, quod ita in eodem principio obloqui sibi videatur Justinianus, in vers. *Si genitalis sit feritas, cessat actio*. Non obstat. Respondet (1.) Vinnius, & cum Vinnio alii, dicta illa initialia verba, *aut feritate*, supplenda esse, si scilicet *contra naturam id faciunt*. Ita suppleri, non est necesse. Et enim Tu (2.) in verbis initialibus, Justinianum suam sententiam, vel ex sua sententia. 11. Tabulas dixisse, quemadmodum scilicet ex sua interpretatione, etiam dictæ 12. Tab. legis quadrupediaria actio locum habeat; in seq. autem, verba legis 12. Tab. exhibuisse. Ex quo pacto, si initialia illa verba, Vinnius atque nostri vulgo animadvertissent, dictum suum supplementum, ni fallor, retinissent potius, quam ut eo dubio locum fecissent. Ita textum nostrum relego, ita interpretor: *Animalium quoque, quæ ratione carent, si quæ lascivia aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio, lege (mente ejus, a nobis, Justiniano, tam late interpretata a g. v. aut feritate) 12. Tab. prodita est. Quæ animalia si noxe dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita Lex XII. Tab. scripta est. Ut pote, si equus calcitrosus, calce percusserit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit. Hæc autem actio iniis, quæ contra naturam moventur locum habet (Ex dictæ 12. Tab. legis verbis scriptis). Ceterum si genitalis sit feritas, cessat actio. (ex dicta lege scripta, sive verbis ipsis.)*

Cæterum: Actionem utilem, competere si hipes animal danum fecit, probat §. 1. h. t. Nominatim, L. pen. ff. h. t. Atque S. V. stercoreo exemplo monstrat Glossa, si v. g. museum ipsius Gallina vicini intraverit, & conspurcaverit librum suum. Non nemo ulterius, & mulieres facientes pauperiem, huc reulerit in tractatu, *Mulieres non esse homines*. Th. 34. An jure: Lector, Tuum Judicium esto.

L X I.

Ad L. ult. Si quadr. paup. fec. dic.

Agaso cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit. Mula calcem rejecit, & erus Agasonis fregit. Consulebatur possitne cum domino mula agi? Respondi posse.

- Respon.

Respondet *Alfenus*, agi posse in causa, qua de consulebatur, in *L. ult. Si quid. paup.* Ab *Alfeno* dissentire videtur *Ulpianus* in *L. 2. §. 11.* eodem titulo Qui, quoad animalia inter se committentia, ita distinguit, ut agi nimirum possit, si pauperiem fecit animal quod adgreditur, contra, actio cesset, si animal provocatum, damnum dederat. In causa vero proposita ab *Alfeno*, mula provocatur, damnum fecerat. Est in propatulo, & patet cuilibet conciliatio, textus de duobus diversis casibus agere. (1.) In dicto §. 11: animal provocatum animal adgredienti; Hic, mula non adgredienti equo, sed ipsi *Agasoni* erus fregit. (2.) *Ibi*, animal, animal provocaverat ad pugnam; Hic, ad cotum. arg. *ψ. ol-fecit.* *Ibi*, animal, provocans animal volebat facere male; Hic, bene. Sed diversitatem rationis, ex ipso naturali foedere videamus ulterius. Sicuti nimirum equus, naturali lege permittente, mulam olfacit, & quasi jubente naturali pacto, ad eam trahitur, & hactenus *Agaso* extra culpam est, quod tale equum habuerit; Ita vero contra, hactenus mula commisit, dum malefacit, ad provocationem equi, de jure naturæ licitam. Ratione hac vel aliqua alia prægnante, motum fuisse *Alfenum*, videtur, quod alias ipse ille teneri dicatur, cujus animal, alterius animal concitavit, quo damnum fecerit, juxta *L. 2. §. 8.* eod. Cui hic *Agasonis* ipsius equo, concitata mula fuit. Certe, hæc ut magis ob stare alias possint *Alfeni* responso, quam quidem ipsi obest dicta differentia visa in *l. 10*; Ita vero ratio decidendi in eo est, quod sit in culpa mula, dum naturale beneficium, & ad quod natura *Agasonis* equum ducebat, non admittere voluit.

Quoniam sordidam rem ab *Alfeno* propositam, attigimus, pergamus querere, quid juris sit, si in causa visa, mula forteam jam conceperat? Idem dicendum puto. Sicuti enim ipse *Alfenus* indistincte respondit; q in & ordinario, mula ubi concepit, non alias facile, olfacientem, calce rejicere solet; ita de casu ordinario Leges interpretari debemus. Το γαρ απ'ε η dis παραβαυον οι νομοθεται. Et habet hæc quoque sententia *Alfeni* rationem suam. Licet enim mula equum recte non admisserit, quod jam naturali illi legi: multiplicandi sui generis, satisfecerat; non id olfacere tamen etiam sine olfactu *Alfeni* equus potuerat. Ut ut alias quidem tantum absit, malefaciat non admittens equum prægnans mula, ut ex facto naturali hoc, cum *Cl. Wolfio*, *Bernuffe*, *Gedanken.* 2. 23. colligam potius, injuste ipsos homines agere, qui consuecunt tempore graviditatis. Cui subscribo facile, quod ita putavi temper Juris Naturæ esse; Sed & alias, ex animalium naturalibus factis (cæteris nimirum paribus, & quatenus suum quodlibet genus, non aliud suadet), naturalia jura esse colligenda existimavi. Consentit *Ep. Jud. ψ. 10.* Et fundamentum habet. Quid interest enim verbis an factis, Deus voluntatem significet? Et hoc est, ut quidem ego interpretor, quod *Justinianus* dicit, Jus naturæ esse, quod natura omnia animalia docuit. vel, ut alibi habet, quod cum ipso humano genere rerum natura prodidit. Ut testis scilicet Omnium nempe animalium natura fa-

Quum illud, testimonium deponit, satis sic locuples, quid sit naturæ juris. Et contra quæ, quoniam sæpe homo agit, hinc pejores sunt hæctenus, quam animalia. Et quæ si auctor nostræ versionis germanicæ in dicta epistola *Juda*, attendisset, non ad suum modum vertisset. Ego pro concione hodie, ad explicationem germanicæ versionis, ad sensum quem anteverti dicere, intelligi fortean posse, Dno Collegæ consentienti in aurem dixi, significare nim. S. Spiritum: *homines illos, quibus de ibi agitur, quantum ad jura naturalia que ut animantia juris expertia sciunt, in eis sese corrumpere.* Ita destitutus quidem eo tempore, græco textu, fretus solius juris N. principiis, videbatur in ecclesia. Et ita visum domum venientem non pœnitet. Quod ita etiam in Authentico videam, atque naturalia jura probant. Hæc, textus dicit, v. g. (1.) etiam animalia, licet rationis expertia, jura naturalia scire. i. e. hæctenus, quatenus sciunt. (2.) Non ea quidem mutare, attamen contra ea, hominem agere posse. Atque (3.) hæctenus se corrumpere, pejoresque esse, quam animalia. Ita v. g. sodomiticum crimen, non animalia committunt, peccant ergo & pejores sunt homines illi, de quibus ibi sermo, qui talia committunt, vid. d. epist. 7. Animal v. g. etiam ubi sitim levavit, plus non appetit, homo contra onerando corpus se corrumpit. *Plures homines queritur olim Cæsar, gula interfecit quam securis.* Animal v. g. gravidatum, non vult coitum, homo contra sæpe facit. Injuste facit, teste natura animalium. Vult ita ratio, quia ut legi propagationis sui generis, jam satisfactum, ita ergo sui conservationi nunc studeat, nec perdendo semen se corrumpat, Deum amoris Venerei, auctorem faciat. Cæterum: si fortean homo lapsus, tempore ventris, Sacra ineat illa nude pedalia, injuste quidem agere, ast non tamen, tam exorbitans crimen committere, puo. *Sed natura jura, hac vice non scribimus.*

L X I I .

Ad §. 1. Inut. Stip.

At si quis rem, qua in rerum natura non est, AUT esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti stichum qui mortuus sit, quem vivere credebat, aut Hippocentaurum, qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.

Textus difficultatem peperit, quod res in stipulationis contractum, deduci non posse, dicat, *qua non sunt in rerum natura*, cum contra tamen, fructus

Aut (qui in rerum natura non sunt) nascituros , stipulari , ut & in alios contractus deduci posse , textus probant , in L. 73. V. O. L. 8. *cont. emt. Sc.* Pacem quomodo conquiremus ? Respondit (1.) Vinnius , & cum Vinnio communis ecclesia , *to Aut* , in dicto pr. pro , *Et* , scriptum esse . Tamen si aurem , Præstantissimi Heroes ! recte alias adhuc tenuerim , sæpius ita esse comparatum ; Ut conjuncta (*Et*) , pro disjunctis (*Aut*) , in nostra jure sumantur , conf. L. 43. v. 5. falsam attamen , hanc hoc loco explanationem esse , probant duo subjecta exempla . Quæ enim , & duo prædicta habeant , ad quæ referri possint , ipsa res dicit . Ad res nimirum , quæ *in rerum natura non sunt* , pertinet exemplum *mortui Stichi* ; Ad res alteras , quæ scil. in rerum natura esse non possunt , referri debet exemplum *Hippocentauri* . Ita habet particula , *Aut* in ipsis exemplis repetita . Ita probat , exemplum equi mortui , in L. ult. *Cond. c. dat.* Ita noster textus habeat , vult analogia reliqui juris . Nec quid mutat allegatæ Leges 73. V. O. &c. Dicit enim (2.) potest , *res que non sunt in rerum natura* , in d. pr. illas intelligi , quæ in rerum natura non sunt amplius , dictas autem leges , de rebus agere quæ in rerum natura jam non quidem sunt , sperantur tamen futuræ . Vel (3.) compendio habeas , *res que in rerum natura non sunt , in stipulationem deduci non possunt* , d. pr. *Limita* , nisi in spe adsint . d. L. 73. Vel (4.) dic , Imperatorem , in d. pr. *per res , que in rerum natura non sunt* , illas intellexisse , quæ ita non sunt , ut per rerum naturam præstari non possint . Vid. d. L. 73. Fructus autem futuri , per rerum naturam præstari possunt . Naturali vero denique inspecta veritate , ita (5.) malim , negando scil. fructus nascituros , in rerum natura non esse . Non modo quoad spem enim in rerum natura adesse dixeris ex juris nostri decretis . conf. L. d. 8. *cont. emt. Sc.* Sed revera adesse , ita teneo : quoniam adsunt in *semine* , unde oriuntur . Frumentum nasciturum , esse in *rerum natura* , dici recte potest , quia *gramen* adest unde nascitur . Conf. in d. L. 73. exemplum *ædificii futuri* . Id quod ideo in *rerum natura* esse recte statuas , quia *ignum* adest , unde ædificari potest . Poma ex arbore nascitura , in arbore sunt , ejusve natura . De Hippocentauri fabulis , atque ejus origine , quæ habet *Verg.* inv. rcr. & alii , describere non vacat .

L X I I I.

Ad L. 35. De Statu Liberis.

NON videbitur per statu liberum NON stare , quo minus conditio libertatis existat , si de peculia , quod apud

puđ venditorem servus habuit, pecuniam conditionis offerre non possit. &c.

HALOANDRO, recte quidem visum, forte per quietem; At non per GOTOFREDUM tamen stetit; Rem acu tetigisse eorum neutrum, re ipsa verum est. Dum *hic*, verborum: *non videtur non &c.* illum eundem sensum esse, existimat: *Ut per statu liberum stetit dicendum sit.* arg. credo duarum negativarum vocularum: NON. NON. Quæ ut alias, ita & hic, bis negantes, quasi vero, affirmarent. Et quod liceat animadversum sciam a *Servus* etiam, apud *Paulum* in L. 37. V. S. quo minus tamen, in d. L. 35. ex mente *Papiniani*, per statu liberum stetit dixerim, faciunt verba ejus, ibi: *Offerre non possit. non potuit.* & quæ sequuntur. Atque non per servum stetit, in casu d. legis, recte omnino *J*Ctus decidit. Cum, quoniam peculium illud, quod servus daret heredi ex voluntate testatoris, dare quidem ille voluit, sed dare ipsi stitit venditor apud quem erat, non voluit; Tum etiam, quod testator, de peculio illo tanquam non dominus disponere non quidem valuit. *Conf. y. ad alienum peculium &c.*

II. Melius itaque quidem & hætenus recte Haloander in casu legis, per statu liberum non stetit opinatur; quod vero propterea bonus ille pro statu libero in statu stans homo, textum corrigendum existimat, demta una vocula *non*: Id non opus habuit.

III. Quin omnem potius adductæ legis emphasin, in *y. videbatur*, sitam video. Hoc modo: Ut lusitare nimirum illa vocula *Papinianus*, ex more suo hac vice iterum voluerit, haud minus atque in L. 88. §. 7. ad *Treb.* atque alias, observo. Ut *visiois* nimirum, notio, non *veritatem* hoc loco (ut alias fere, ex singulari vererum *J*Ctorum modestia, passim in fideiætarum libris usu venire solet, & *Gothofredus* hic opinatur), absolutamque consequenter ac naturalem in *Sticho* culpæ absentiam, verbotenus notet; sed præsumtam solummodo & *J*Ctorum opinionibus fictam, veritarique naturali oppositam, antedictæ culpæ absentiam, designet. Dum itaque posterius hoc, expresse ipse verbis *J*Ctus negat, quid aliud obsecro, quam prius, si recte perspicias, reapse adstruere intelligendus est? Sive igitur, non *videri*, non stare, sive, in *rei veritate* non stare, dixeris; Unum profus idemque dixeris. Non ergo *videtur*, per statu liberum non stare, sed *revera* per statu liberum non stetit.

IV. Aut si duplicem tandem, negationem hic affirmare velis, & sic *videri* per statu liberum stetit *J*Ctus dixerit, sic ergo *revera* per eum non stetit, affirmaverit. *Vah abjectam J*Ctorum styli subtilioris negligentiam!

F I N I S.

E. A.

E. A. O. C. P A G E N S T E C H E R,
UTRIUSQUE IURIS DOCTORIS, IN ACADEMIA HERBORNENSI,
PROFESSORIS ORDINARIJ, ET SYNDICI.

NOVUM JUSTITIÆ TEMPLUM.


S I V E
DIGESTUM NOVUM.

NASSAVIORUM PRINCIPI,
CHRISTIANO PRIMO,

SIC. SIC. CONSECRATUM PUBLICE. HABITA ORATIONE
IN AUDITORIO JURIS.

Herbornæ Nassavorum Præs. Cal. Dec. 1724.

EDITIO ALTERA AUCTA ET EMENDATA.




HERBORNÆ NASSAVIORVM,

TYPIS, B. JOHANNIS NICOLAI ANDRÆÆ, ACAD. NASSAV. TYPOG. VIDUÆ. 1733.

L. S.

Miraris Lector, Novum Titulum: *Novi Justitia Tem-
pli* ? Sed ego miror. *Pandectas* nostras, alias *Di-
gesta* dici, habet Lauterbachius, & alii. Quibus ego
notam addo, & **TEMPLUM JUSTITIÆ** audire, ex
L. 1. §. 5. L. 2. §. 20. C. *Vet. jur. enucl.* ceu res caræ non
uno nomine venire solent. Porro, tres scimus olim a
Nostris, Pandectarum sive Digestorum divisiones factas
fuisse, in Digestum *vetus, infortiatum, & NOVUM.*
Et sic satis, de nomine : **NOVI JUSTITIÆ TEMPLI.**



Serenissimo atque Clementissimo, Principi ac Domino,

D O M I N O

CHRISTIANO PRIMO

NASSOVIÆ PRINCIPI,

COMITI CATTIMELIBOCI, VIANDÆ ET DECIAE, DYNASTÆ
IN BEILSTEIN, &c.

ORDINIS S. HUBERTI ELECTORUM PALATINORUM EQUITI.

PATRIÆ, REIPUBLICÆ, ECCLESIAE, AC ACADEMIÆ,

CHRISTIANO PRINCIPI,

Domino suo Clementissimo.

SERENISSIME PRINCEPS, CLEMENTISSIME DOMINE !

NOlo venire, ad Christianum Principem ! *PRINCIPEM NASSOVIÆ, COMITEM CATTIMELIBOCI, VIANDÆ ET DECIAE, DYNASTEN IN BEILSTEIN. cetera. Non volo venire ad Principem. Socrates ab Archelao Rege rogatus, ut ad se veniret, ire non voluit ad eum a quo beneficia acciperet, quia paria ipsi reddere non posset. Stulta est sententia ! Absurdum ; Inspidum ; privatum homuncionem in latebris suis, delitescentem contuberniis, paria velle REGI tribuere, qualia ab EO accepit ; Non velle IPSI, in ere esse Profecto impium, nolle ob id ipsum, Majestati, Dei Ministro imo vicario per omnia, jus dicenti obtemperare ! Nolle venire, ad Eam, licet iusserat. Sed non venio ad Principem. Quoniam, quod offerre Ipsi possum, non habeo.*

Tanta, scire licet invidentium populo, Clementissimi Principis erga me gratia, ex pleno usque adeo Ejus erga me beneficia fluunt ; ut, ubi ex Belgio in patriam redux, ac Nassovio sinu receptus fuerit, si qui ad Eum venerint, ego ut ad Eum veniam, constituit, ad id dato mandato speciali eis, ut mihi referant, lege cavet. Non tamen venio ad Principem. Quid ? Titium Vespasianum, ferunt, ad suos iter olim conferentem, balsamum, arbusculam ut pretiosissimam utilissimamque, ita sua-

viltimam nullique non mortalium gratissimam, sibi præferri voluisse, quasi
 palam præter cætera significans, se addubitare nullum, quin Senatui Populoque
 Romano omni ex parte veniret acceptissimus. *Minori ratione ego, ad Te CHRIS-*
TIANE Serenissime Princeps, venire ausim, nisi quod habeam offerre Serenissima
Tua Serenitati possim, desideratissimi Tui adventus meaque humilitatis indicium. Mi-
nori ratione; Ubi Te ad imperii dignitatem, JEOVA evexit. Habeo nunc Eben!
Habeo tandem Proh dolor! Habeo quod Tibi offeram Princeps; Habeo ah! illasa-
bile insigne. Habeo, quantum subito mutatus ab illis, Io! Habeo Io, Eia,
Princeps! simul tamen, quem offeram omni populo letum nuncium, Venio, ad Te
nunc Serenissime Domine. Ea veneratione qua par est, ea humilitate qua decet, hu-
millime rogans, enixe contendens, veni ad me CHRISTIANE Princeps; Domine
Clementissime. Veniant quotquot ex vulnere reipublica dato ingenti, dolorem capitis,
desideretis, nunc iterum solatium: Quotquot gaudetis, Bono Principi, dubium arte
ac natura magis? certe CHRISTIANO, redditum imperium esse. Venite! Sere-
missimi at lacrymabilis non unius depositi par Principum, GUILIELMUM, atque
AMALIAM FREDERICAM, Principem, Utrumque Nassovia, Comitum Catti-
meliboci, Vianda & Decia Dynastam in Beilstein. &c. Utrumque ex præclaro
Nassovio sanguine natum, utriusque sexus, virtutum omnium genere decoratissimum
Principem, lugebimus una; Gaudebo simul vobiscum, Io Nos Beatos! gratulabor,
CHRISTIANO Principi redditum imperium; solitosque celebrabimus Augusta luce
triumphos. Venite! nunc lati rediere dies. Nunc Titan furtexit radiante co-
ma mundoque diem reddidit clarum. Nunc publica fastu felici turgente. Nunc
redit Alma Themis. Nunc celebrant solitos Augusta in luce triumphos. nunc
aufa est titulis luxuriare novis. Nunc pede festivo tellus pulsanda; nunc le-
pido convenit ore loqui. Venite! Ludite, plaudite, scribite carmina, fingi-
te versus. Organa, fistula, cymbala, buccina, tibia, pleetra. Fundite melli-
fluos cum levitate sonos. Venias CHRISTIANE Princeps! Templum Tibi,
struxi Monarcha. Erigam, Sacram illud Tibi publice coram omni populo faciam.
Si Hercules enim, atque Romulum in caelum collocavere merita, si flamines, ara,
delubra sunt erecta cæteris, quanto meliori jure Serenissima Tua Serenitati hic tri-
buetur honos qui, CHRISTIANUS Princeps ac Nassovius es. Princeps, qui ita
regis, ut ab Eo metuat nemo, veneretur omnes. Veni ad nos Princeps!
Tradet Templum novum Justitiæ privata manus, ex pleno fluenti Serenissima dextra
Tua. Habeo quod Tibi offeram. Dicam quid, quo fato? Tantus Tuus erga me fa-
vor est, adeo de me benigna opinio; ut haud ita pridem, die currentis mensis 16. ut
ad Te venirem, jufferis denuo. Ivi ad Te, ni atque, sed frustrans. s. ivi, sed pe-
dem struens. Quia quod offerrem, non habebam. Ivi, sed hoc simul animo; ut ubi
domum redierim, statim quid, quod offerre liceat, summa ope inquirerem. Quid
vero ego opera pretii offerrem potius, cum deliberare diu non liceret, metuens, ne
forte ad Te venire deberem, nec habens ita quod offerre Tibi possim, ex arena ideo
Patriæ

Patris mei, Eben! fato functi, cepi consilium. Evolve fili, dicebat genitor. Tuum juris corpus, & quod primo oculorum intuetur acies, Tibi Thema esto. Arripio animo, Legum illum acervum, Nostra Diva Themidos. Ecce: Justitiæ nostræ Templum novum; miror quo fato, intueor. Accedo propius, ac quid porro fatum velit (Dii melius dunt! meliora Dii! Dii meliora ferant!), curiosus. Elegantemque nostrum arridentemque, mihi ita videbatur, Ulpianum video, in Lege 20 ff delectarum de Nov. dp. nunt. Respondentem de jure interdictionum hoc dari perpetuo, heredi competere ceterisque sui cessoribus. Accipio omen! Tam quod JUSTINIANUS PRINCEPS, Ulpianum illum amicum suum, hand in uno loco appellare dignetur; Quam quod in Justitia nostræ templo mihi novo occurrat; Ac Successori aliquid competere perpetuo percipiebam. Omne illud significans, fore: ut quod reperirem, gratum, amicum, meo Principi esset, non id unice; sed nove ab Eo acceptum imperium, Tempium mansurum Justitiæ, Ulpianis similibusque Casaris æquo ac bono amicis, munitum; non etiam per modicum aliquod tempus, sed perpetuum in hoc regnaturum novo imperio CHRISTIANUM Principem. Surgit statim sententia animo; in hoc, mente curiosa magis ambulare; sacrum illud tectumque ab omni mundatam sorde, meo Clemensissimo Domino offerre. Ast, quoniam hac tanta molis, nec unius diei res est, ego tamen quod offerre Tibi possim, carere volebam diutius; hinc est, meum hunc, in id sapientia sanctissima Templum, ingressum, statim Serenissima Tua Serenitati sacrum, facere, decrevi. Ratum habeas Princeps! Accipe paucas has a me explicitas leges; Accipe hujus Templi, intra paucos dies a me inter alia negotia, purafacta limina. Salutes ea ac reliqua in Pantheo hoc Justitiæ, præclara qua sunt, oculo Tuo intueri e longinquo, & qua porro vis in eo ut ego faciam, sube Serenissime Domine. Potes jam tuto, ab omni mundata siquidem sorde, pedem Tuum Serenissimum in ea ponere. Accipe illa in indicium Princeps, quod plura Tibi debeam, plura Tibi offerre velim, subjectissimi mei cultus monumenta tanquam Totum hoc Novum Justitiæ Templum ab omni novo purgabo, spatiando in hoc animi gratia, Themide mihi duce, ac æquitate Mystago. Quid Gryphorum illa magister mirabilis noster ac tumultum excitans Paulus velit, quid Ulpianum respondet, quid velint alii? Tibi dextre Princeps aperiam. In hoc ego puram puramque aquam, ab qui dulcem! in vividæ viridisque nostræ Themidos sanitarem bibo, ne gutta superfit. In hoc pasco animum; in hoc videbimus, ut floret illic igneus mascula Orationis vigor; ut fluunt illic limpidissima Ciceroniana eloquentia flumina! Videmus, ut lacertos illic movent historica veritatis Epopæa! Videmus, ut illic fraternæ quasi concordia in unum conspirent egregii Juris Athlantes? Purgatum hoc modo Tibi illud erigam Templum, erectum, Sacrum illud Tibi faciam. Publice nunc ejus limina, in humilitatis meæ ac omnium erga Te obedientia, venerationisque, desideratissimi Tui imperii indicium, Sacra facturus, alta voce dicam: vivat Princeps! Obeatos nos ter & amplius. Vociferabimur ad tympanum & Cytharam, & lætabimur

ad sonum organi ! *Accipe nunc Here Clementissime , paucos hosce Imperatoris Justiniani amicos , in iudicium , Te non nunciare hoc meum opus velle , sed gratum Tibi omnino esse , in hoc pergere me aedificii aedificando genere . Sunt enim illi ibi 7 Cui & Tui amici , Reipubl. Tuae curam habentes , bonos in ea efficientes Tibi subiectos Viros . Ex animo mecum ,* IN NOVO HOC JUSTITIÆ TEMPLO ,

TIBI CHRISTIANE PRINCEPS , PRINCEPS NASSOVIAE , COMES CATTIMELIBOCI , VIANDÆ ET DECIAE DYNASTA IN EEILSTEIN , S. HUBERTI ELECTORUM PALATINORUM EQVES. cetera ! *hoc nomine , in novo Tuo imperio nove gratulantur humillime . In hoc ; hilari fronte , ore blando , alta voce , clamitant : O beatos nos ter & amplius , qui tanto valemus Principe ! Serva nobis Deus CHRISTIANUM ! O nos felices Te Viro imperante ! In Cujus utriusque juris throno insidet summa ratio ! Pietatem videmus atque Justitiam se deosculari emixe . Optimo jure , Optima lege Princeps ! Principe valemus ! in cuius dextero lumine bonum , in sinistro æquum , intueri licet , in utroque simul , artem nostram æqui bonique ; in fronte ipsam Themidem , libram tenentem captam lumine , cum grammate : ne statera transeat !*

Ut sol in cœlis ut lux in sole videtur.

Virtus in vultu sic habitare SUO.

Spectator quicumque venit , discedit amator.

Principe valemus , ex lapillis pretiosis gestante pendens simulacrum , cui , veritas , nomen : ex sapphiro , stellam , pravis , resistente , omnibus affectibus , pietatem , justitiam aliasque virtutes conciliante lapide ; longe , lateque emittentem radios : Cuique suum . IN HOC JUSTITIÆ NOVO TEMPLO , illi balsamum arbutulam pretiosissimam , & id alia genus , in unum acervum congerunt , desideratissimum Tuum adventum significantes . In Hoc , omnes tanquam de palma , quis elegantius possit , Quis citius ? coronam , quam diu parvis parandam Serenissimo Tuo Capiti , conficimus civicam . Tanquam morte Serenissimi FRATRIS interneccioni datos , beatissima Tua successione servatos iterum , atque a fati limine in lucem revocatos , retinuisse per Te vitam nostram . In Hoc , jam paravere omnes , sporulam aliquam repletam panibus , circumferendam a pubere aliquo quernis coronato glandibus . dicentemque , εὐρυον κωνὸν εὐρον ἀμεινον . Accinunt jam Serenissima Serenitati Tuae , leta voce : nullus Te hoc die pulchrior . Feliciter Domino & Dominae feliciter ! In Hoc , jam quinque illuminavere facibus . Pubes camillum , cumerum , panem farreum gestat . Prætextatos duos , patrimos tres ; Assenque tertium in compito vicinali reponere , res ornare , videmus , sse lactati pulcherrima . In Hoc (sed hac omnia Serenissima dextra jam credo auris tinnivit) vox audit : Io Imperatori felicitas ! Tuque dum procedis . Io feliciter ! Non semel dicimus , Io felicitas ! civitas omnis . In Hoc & alterum Tibi denuo aperimus , sarcum illud servare tectumque , omni adhibita cura ac diligen-

ita conatur, alterum, inquam, illud a me olim, & ab omnibus quotquot boni sunt, toti Nassovia genti, positum templum. Nescis Princeps? Nescis Serenissime Domine? non aliquod manu factum, non superstitiosa id, paganorum, quod merito rideo, perversitas posuit; neque calce illud ligno atque lapidibus, sed alio longe tigni genere junctum. Ex Amore, (sine Clementissime Domine, quod eadem qua concepit innocentia, cor suam ergo Te sententiam, exprimat) Obsequio, Cultuque Posui. Non hostium inibi arma suspensa, sed literis rutilantibus atro cruore, insculpta meo sanguini deprehenduntur ubique: Vivat Nassovia Gens! vivat CHRISTIANUS Princeps! Cubas in corde, Domine. Imo vivas Patria ac Ecclesia Pater! vivas ad gloriam, magni nostri Salvatoris Jesu Christi, ad Cujus Ecclesiam augendam, ex animo Christiano h. e. Nassavico, omnem lapidem moves! Vive CHRISTIANE nomine ac omine Princeps! De nostris annis, Tibi Juppiter augeat annos. Augeat imperium nostri Ducis augeat. Vive Monarcha! Ego meam vitam Tibi largior, & de mea ad Tuam addam. Deus Te perpetuet! Feliciter! Felicissime! Vivas! vincas! valeas! Multi anni Principi! Multi anni omni Serenissimæ Familiæ! multis annis imperes! Coronam Tibi Here, tradimus & dicimus: Vivat Princeps. Ante Te præcones clamitant, stectenda esse genua. UTIQUE. EI. AGERE. FACERE. JUS. POTESTAVE. SIT. ITA. UTI. DIVO. WILHELMO. FUIT. QUÆQUE. ET. QUÆQUE. LEGE. ROGATIONEVE. DIVUM. WILH. FACERE. OPORTUERIT. EA. OMNIA. IMPERATORI. CÆSARI. CHRISTIANO. AVG. FACERE. LICEAT. UTIQUE. CUM. EX. VOLUNTATE. AUTORITATEVE. JUSSU. MANDATUVE. EJUS. PRÆSENTEVE. EO. SENATUS. HABEBITUR. OMNIUM. RERUM. JUS. PERINDE. HABEATUR. SERVE-TUR. PERINDE. AC. SI. E. LEGE. SENATUS. EDITUS. ESSET. HABERETURVE. UTIQUE. EI. FINES. POMOERII. PROFERRE. PROMOVERE. CUM. EXREP. CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. UTI. LICUIT. WILHELMO. CÆSARI. AUG. GERMANO. SI. QUIS. ADVERSUS. EJUS. LEGEM. FECERIT, ID. EI. FRAUDI. ESTO. QUID. OB. EAM. REM. DARE. JUBETO. DE. EA. RE. ACTIO. JUDICATIO. ESTO. DE. EA. RE. APUD. SE. AGI. SINITO. Omnis, Tibi in nos collata potestas! Complodentes volia dicimus: vive Princeps! Constituit enim Te super populum Jehova Principem, & apposuit torquem aureum collo Tuo: Vir es ille, quem in Antecessorem inunxit super populum suum. Usique ideo beatus ipse WILIELMUS Serenissimus, ubi Te in patriam reducem vidit, gavisus est. Jehova dixit EI, hic est Vir ille, qui, dixi Tibi, imperium obtinebit in populo meo. Usique Te WILIELMUS beatus in Antecessorem in consinia hora ultima, ne dicam (cum comico) in peculio Proserpina constitutus, in Nassovia populum, in antecessorem inunxit non tantum designavitque, sed sceptri fasciumque sublimitatem in Te transfudit. Omnes! omnes! dicimus: Christianus regnat jam jubente

DO-

DOMINO. Laudanda progenies, laudabiliori iterum Principi, cessit, & fortiori Duci manus dedit; cujus fama nullis sæculis, nullis filebitur ætatibus; cujus virtutes verbis enarrare, & litteris commendare impossibile est. *Itaque vive Princeps! Omnes! omnes! optimo jure! optima lege! O Te Felicem, dicimus. Crede nobis, crede Tibi; Sic TE ament Dñi, quemadmodum TU nos, O nos felices! Sit felicitior Augusto, melior Trajano! Iterum Caesar Vive! Vive Generosissime Here! Vivas Princeps! Usque dum rebus ad voluntatem Tuam compositis, bene meritum præmium, Justitiæ coronam auhelando, ex terreno hoc statu discedere aueas, teu conviva satur. Vive Princeps! Bona rei literaria ac publica, bono terra Nassovia: adque meum privatum sed summum gaudium! Ex animo velim. Vivas Serenissime Princeps! Atque sapius ad TE tuum Pagenstecherum venire jube. toties, quoties illum videre vis, qui nullum recusat pro bono Principe periculum,*

SERENISSIMÆ TUÆ
SERENITATIS


*Devotissimum Humillimum
ac Obedientissimum.*

CHRISTIANO PRINCIPI

SIC SIC

CONSECRABERUNT.

Pridie Cal. Decembr.
MDCCXXIV.



I.

Explicantur. L. 20. §. 6. ff. de operis novi nuntiatione
& L. 8. §. 6. ibid.

Ulpianus Lib. 21. ad edictum.

*Hoc interdictum perpetuo datur & heredi ceterisque
successoribus competit.*

Paulus Lib. 48. ad edictum.

*Morte ejus qui nuntiavit extinguitur nuntiatio, sicuti
alienatione, quia his modis finitur jus prohibendi.*



Non, opus suo merito nuntiaveris Lector, quod sibi fecerunt nostri, erigendo crucem in Ulpiani Lege 20. ff. de op. novi nuntiatione; quasi vero, tanto opere dissentiret *Ille à Paulo* in L. 8. ibidem? Non sine ratione quæram. Videamus hac vice Interpretes illos quos ad manus habemus.

Lauterbachius, dictam L. 8. de casu significat, ubi res adhuc *integra* erat, ut tum nimirum morte nuntiatio cesseret, secus ac in casu Legis 20. ubi res magis *integra* non erat. Hoc est, notat ibi *Stryckius*, *Si lis jam erat contestata*. Per me licet, nota hæc *Stryckii* deleatur. *AUT* enim, hoc intelligit, de eo opere, quod jam tempore decessoris factum erat, & quis unquam dubitavit, hoc demoliendum opus manere, lite jam contestata, quod etiam lite non mota, destruendum mansit; *AUT*, de eo intelligi debet, quod factum post defunctum, sed tum ex persona defuncti nuntiationem cessare atque jus heredi hæctenus nullum inde competere, generale Pauli effectum atque ratio probat: *quia morte jus prohibendi finitur*. Vis fortean dicere, hæc exceptionem esse debere ideo, quia litis contestatio quasi contractum inducit; quis hoc probabit? Neque enim nuntiationis potestas, ex tali quasi contractu competit, sed vigore juris in re datur, quod quisque in re habet, in qua novum opus factum erat. Sed nec video multa litis contestatione, de facto vel non,

novi opere, opus esse, ubi ad factum novum operis, quid esse factum ponit edictum Prætoris. Certe, hanc Lauterbachii intentionem non esse, sed nem non integram tunc Eum intelligere, si nunciatus post nunciationem fecerit, probat ipse ibidem in Lit. E. Quare Stryckii sententia placere mihi non potest.

III. Sed nec illam quam habet *Voetius*, quasi agere videlicet non posset heres, ex prohibitione facta, a defuncto d. L. 8. At ex sua persona tamen vigore juris in re sibi competentis interdicto uti posset. Sed præstat nihil dicere, quam hoc dicere. Quid enim hoc esset alias, quam quidem, acsi de eo JCtus dubitasset, quo de nec se alias dubitare, sed ipse & totus, titulus ponit: *Heredem nimirum vigore juris in re, quod ut heres habet agere posse*. Illud itaque quod ibidem habet *Voetius* sed & *Lauterbachius*, vidimus, vult, magis teneo; dictam L. 8. de *nunciatione*, dictam L. 20. de *interdicto restitutorio* sive *demolitorio* agere. Posse nimirum heredem ex jure defuncti agere ad demoliendum illud, quod post factam a defuncto nunciationem eo vivente adhuc factum erat, contra, ad destruendum illud, quod post nunciationem a defuncto, sed post ejus mortem factum, heredem, nisi ipse quoque ante nunciaverat, agere non posse: Quos autem diversos casus, si aperte JCTi habuerint, sed & quos in utroque diverso casu, diversas habent decisiones, si, de jure ita decidere quidem illos decidere debuisse, probavimus, non credo quidem dissidium videri posse, aut conciliatione querenda, multis alias, opus esse. PRIMO. Tres potissimum in hoc titulo edicti Prætoris partes vides. *Prima*, agit de ipsa nunciatione, quis nimirum nunciare possit, causa quænam sit, *triplex*, ob quam possit, cujus effectus nunciatio, &c. Et cum hac parte incipit titulus, de ea etiam agit Paulus in d. L. 8. *Secunda* pars agit de *restitutorio*, ut scilicet, ille qui contra nunciationem factam fecerit, factum illud restituere debeat. Et de hoc vides agit L. 20. *Tertia* pars est de satisfactione, & de hac est in d. L. 20. §. 1. & seq. De *nunciatione* dicit d. L. 8. morte finire. De *Restitutorio*, illud heredibus competere, habet d. L. 20. §. 6. Idem de *satisfactione* capite habet d. L. 20. §. ult. De hisce casibus diversis agere dictos textus, verba monstrant, atque digito tangere licet, in d. L. 8. ibi NB. *nunciatio extinguitur*, in d. L. 20. ibi *interdictum heredi competit*. Quæ duo verba differunt. Hæc duo verba, diversum quoque sensum habent. Illa: *morte ejus qui nunciavit extinguitur nunciatio*, non alium sensum habere possunt, quam: *Si Tu v. g. edificavit in tuo fundo Mævio, illud prohibueris; Illam prohibitionem te mortuo cessare*. Hæc vero verba: *interdictum hoc (demolitorium) competit heredi*, significare, etiam nihil aliud possunt, quam: *interdictum restitutorium, quod defuncto competeat, ad demoliendum illud, quod alter post ejus nunciationem fecerat, etiam heredi competere*. Utrumque dixisse, ipsa verba, vidimus, probant utriusque Legis. Sed dicta L. 8. adhuc porro, id quod de expirante *nunciatione* dixerit, illud explicando repetit, quia *su*
NB.

N.B. prohibendi morte finitur. Morte jus prohibendi cessat. Ergo, quod post mortem alter fecit, contra nunciationem factum, dici non potest. Ergo hoc ut destruat, heres agere non poterit. Hoc dixisse JCtum vult. §. præced. ubi, *ut probari possit, aliquem post nunciationem adificasse, hinc adhibere modulos debet, is qui nunciat.* Morte autem ejus pergit in §. nostro 6. *qui nunciavit extinguitur nunciatio.* h. e. Vult JCtus in duobus illis sibi conjunctis §phis dicere, quemadmodum ex consilio suo ex adhibitis modulis scire potes, an post nunciationem aliquis ædificaverit, ita vero quod post mortem nunciantis factum est, huc non pertinebit. Sicuti, utrumque casum, & in eo decisiones JCti verbotenus habent, ita videamus nunc, recte illos ita statuisse, & quidem dicere debuisse. Ulpiani decisum, ita volunt juris illæ regulæ, *ut omnis actio interdictumve, quod competeat defuncto, etiam heredi detur.* §. §. 1. *perp. temp. act.* Et quemadmodum ex edicto prætoris, opus illud jam demolendum erat, ita vero in hoc jus defuncto acquisitum, succedere heres debet. Et hoc juxta sanctiones juris nostri apertas. Contra, sicuti morte cessat prohibitio, ita ergo ex cessante finitave prohibitione, tanquam ex prohibitione, acquitere non potuit. Nec mutat, quasi vero heres ut alias, ita & hic una persona esse cum defuncto debeat, atque hic ut in aliis articulis in jus defuncti ex prohibitione semel ab illo facta acquisitum succedere oporteat. Velle ad hæc, respondere, voluntatem per mortem cessare, nihil est: quia voluntas in herede continuatur, atque alias omnes leges cessarent, in quibus voluntas defuncti in herede continuare dicitur. Respondere ergo debemus, dictis juris regulas hic exceptionem habere, vel in hisce ut exceptis casibus, jus prohibendi morte finiri. d. L. 8. ibi *N.B. his modis.* Scribam porro, an continebo mecum, quod scribenti in mentem venit? Quid inquam, si nec hic dictas regulas cessare dixerim, sed nunciationem à defuncto factam in heredem transmissam esse, vel in eo continuare; Hoc sensu videlicet, ut quidquid nunciatus interim, dum hereditas jacet, vel ab herede adita nondum est, fecit, illud contra nunciationem factam dici quidem non posse. *N.B.* quidquid autem postea, ab illo nimirum tempore quo ille cui delata hereditas per aditionem factus heres est, factum fuit, contra nunciationem factum dici debeat, & sic successor ex nunciatione a defuncto facta recte agat, ut iterum hoc destinatur. Prius illius sententiæ caput, nemo negabit. Sed & alterum, ut mihi videtur, ævi Romani & omnis jurisprudentiæ sancivit. Pro utroque faciamus argumenta, quæ nostræ leges præscripserunt. Ille, nimirum, heres factus dici demum potest, qui hereditatem adivit. Neque enim sequitur, alicui ex testamento vel lege delata est hereditas, ergo heres factus. Negatur consecutio. *Testamentum & lex,* sunt modi hereditatem deferendi non acquirendi. Delata nimirum hereditate, jus eam acquirendi, adeundo, habes; acquisita ita per aditionem, heres evadis. Debet sequi, non statim a tempore delatæ hereditatis, ab illo tempore tamen

quo hereditatem adivit , unam personam heredem cum defuncto fieri, effectus jurave defuncti ad illum pertinere. Debet sequi v. g. nuntiationis effectum non a tempore hereditatis delatæ , a tempore hereditatis acquisitæ tamen ; ad heredem pertinere. Utrumque sententiæ caput , probare videntur allegatæ nostræ leges. *Prims*, dictam L. 8. probare, ex sententia omnium verum erit. Sed & *alterum* caput, dictam L. 20. §. 6. adstruere, dicere liceat. Tametsi enim, ut antea diximus, de 1da parte prætoris edicti agat, ita vero & de prima egisse, ideo sentire possumus, quia integrum hæctenus prætoris edictum in *principio* habet. *Priori* capiti non obest, quod effectus *adita* hereditatis, tempusque illud, ad tempus hereditatis *delata*, retrahi debeat, ceu ex variis effectibus, *continuanda* v. g. *bonæ malæque fidei in usucapionibus* non modo, sed & inde colligo, quod alias defunctus interim, sine herede fuisset ; sic autem & opus novum factum interim, antequam hereditatem heres adiverit, eundem effectum demolitionis pati debere videatur. Non obesse anteveri dicere. Sufficiat dixisse, regulam illam hic perdere suum officium. Ut & alias illam regulam fallere, exemplis observo. Dictam regulari, non mutare prius nostræ sententiæ caput, dixeris, vel mutes sententiam oportet, quam alias habes ex d. L. 8. *Morte nuntiationem extingui*. Alteri vero nostræ sententiæ capiti, quod est, *ut ab adita hereditatis tempore nuntiationis ius ad heredem tamen pertineat*, regulisque quibus innititur, derogabit nihil etiam dicta L. 8. §. 6. Quod enim ibi Paulus habet, *morte nuntiationem finire*, non hoc etiam negamus, sed puto verum esse. Juxta juris autem nostri fundamenta, ut nimirum cesset interim, usque dum ille, cui delata hereditas, heres factus, & una persona evadat cum defuncto. *Exspirat nuntiatio*, dicit Paulus, & cum Paulo ego dixerim, *morte*, *H. e. illo mortis tempore*, ubi nondum heres factus est. Quod vel cominus, dixisse Paulum, dubitaveris, si memineris Griphorum illum magistrum, atque brevitatis studiosum ita ex more solere. Nullo autem modo, aut hæc Pauli lex, aut aliqua alia negat, nuntiationis effectum defuncto acquisitum, ad heredem pertinere, qui heres adeundo factus est, & sic una persona cum defuncto. *Quare* ergo, Paulum ita contra omnem nostram Jurisprudentiam, dixisse, dixerim ? Sed quoniam hoc posterius sententiæ nostræ caput, præter vulgatos est, quorum memini, hoc tempore autem ubi pro Typographo properante scribere incepimus, maturius examinare non licet, sic ergo vulgatæ interim sententiæ adhuc subscribere possum, sic
 ex argumentis quæ pro illa
 feci.

I I.

L. 16. §. 4. De Publican.

Marcianus Libro singulari de delatoribus.

Servi, qui in fuga sunt, in commissum non cadunt, cum sine voluntate Domini FINES EGRESSI sunt. Et ita principalibus constitutionibus cavetur: sicut Divus quoque Pius sepiissime rescripsit. Ne (inquit) in potestate servorum sit, invitis vel ignorantibus dominis, fuga se tradendo, potestate Dominorum se subtrahere.

PROBABILIS quidem visa mihi fuit initio, Cujacii nostri observatio, ad L. 16. §. 4. de Publ. dum loco, ibi, *Fines Egressi sunt*, substituendum censet, *sines INgressi sunt*; Re tamen ipsa pressius post expensa, absque ullo disjunctiois ejusmodi molimine, salvari posse textum, nunc deprehendo. Ut enim alias, haud improbabili argumento trahebar ad Cujacii sententiam, quod & in spho præcedente, *mancipia NB. invelta* legebam; sed &, (ex Cujacii sententia), respectu solius *inveltionis* sive *ingressus*, ipsi alias, quo de quaeritur, *commissio*, locus esse proprie intelligatur; Ast quoniam tamen (1.) potissima ratio (veluti legis anima), in eo sita mihi videbatur, quod *sine domini voluntate*, omnis illa *commissio* occidisset, arg. v. *cum suo voluntate*, illa autem *non voluntas Domini* (ut sic dicam), a servi *egressu* originem habeat, commodiori aptiorique *egressus* quam *ingressus* voce, uti cum Marciano in nostra lege, malo. Vel maxime (2.), quod *ingressus* servi aliquis interdum, saltem cum domini voluntate factus intelligi quidem possit, si ipse scil. Dominus *egressui* consenserit, perraro tamen, contra, *ingressum* domino volente, oceptum recte cogites, si *egressus* absque ejus consentu factus dicitur. Cui & (3.) alteram rationem, negati commissi, in eo JCtus probat: *ne in potestate servorum sit, invitis vel ignorantibus dominis, NB. fuga se tradendo potestate dominorum se. NB. subtrahere.* Fuga autem *subtractionisque* proptiorum causam, in *egressu* habere JCtum, puto. Quin, nec (4.) *ingressum* in præsentem aliquem locum, sine *egressu* ex priori tanquam correlato suo haud recte conceperis. Probat (5.) Lectio in Florentinam, libellus in poste januæ apud Petronium cum hac inscriptione fixus: **QUISQUE SERVIJS SINE DOMINIO JUSSU FORAS;**

E. c. 3,

NB.

NB. EXIERIT ACCIPIET PLAGAS CENTUM. Consentit (6.) modus manumittendi olim ille per vindictam, quo manumittens dominus, servum apud prætorem circumagebat, eo indicans : se nunc eundi ubique, etiam extra fines ædium domini, potestatem accipere, ut hucusque Domini fines egredi ausus non fuerat. Formulam adde, qua & peragebatur manumissio : *liber esto abi quo lubet, nihil te moror.* Quod porro Jctus in nostra lege habet : *rescribit, inquit, ei adde 2. Chron. c. ult. ibi scripto, dicendo.* Ut nimirum sciamus, & illum dicere, dici, qui *exarat litteras.* Ut frustra v. g. nostri dicant, ex L. 6. C. q. bon. ced. ¶ dixit, quasi vero ad essentiam legis scripta non requiratur scriptura.

I I I.

L. 15. ff. de Donat.

Post contractum capitale crimen donationis facta NON valent ex constitutione Divorum Severi & Antonini, NISI, condemnatio secuta sit.

HAud facile, in L. 15. ff. de Donat. sive *Haloandrinam* sive *vulgamam* aliorum crisin admittere possum, Quarum *Hec* circumducendam ex textu particulam, *Non ; Illa,* loco ¶ *Nisi,* substituendum, *Si,* vult. Moventur omnes, arg. L. 7. ff. de Mort. C. Don. Coll. L. 11. §. 1, in fin. ff. d. bon. damn. Tametsi, ex dictis illis textibus ipse quidem putem (quod lex nostra 15. negare viderur) donationem, a reo capitalis criminis factam, inutilem esse, si sit subsequuta condemnatio ; Quo minus tamen, truculentæ illi utrique crisi subscribam, facit, quod salva servata lectione Florentina, sublata tantummodo falsa interpunctione, idem sensus adsit quem Domini correctores volunt, hoc modo : *Post contractum capitale crimen donationis facta non valent. Ex constitutione Divorum Severi & Antonini (subaudi, id verum est, vel limitatur) nisi condemnatio secuta sit.*

Quid si omnem emphasin denique Jctum habuisse in ¶ *secuta,* dixerim? Ut nimirum donationes valeant, quæ quidem factæ post contractum crimen, antequam tamen, ipsa condemnatio secuta fuerat. Sive, quæ quidem post commissum crimen factæ, quas tamen ipsa condemnatio *secuta* fuerat. Tum donationes, factas post contractum crimen, valere, probat L. 11. §. 1. in fin. bon. damn. Ubi ante condemnationem omnia bona fide peragi a reo, atque illa sola non valere dicuntur, quæ in fraudem fisci alienaverit reus. Cui consentit L. 7. Don. mort. caus. Ubi *cætera* donationes, quæ scil. bona fide factæ, sive sine sus-

spicio-

suspicione mortis, sive, non in fraudem fisci, valere dicuntur. Adstipulatur Hemogenianus in L. 40. §. 6. *jur. fisci*. Hæc omnia *Marcianum* probare videbis, si vel solam vocem *secuta* tanquam exacte scriptam ab Illo, animadvertis: *Post contractum capitale crimen donationis facta non valent ex consuetudine Divorum Severi & Antonini, nisi condemnatio secuta sit*. Et quæ sententia rationem habet, quia condemnatione sententia facta, Fisco jus acquisitum demum proprie dici debet. Quare autem nunc obsecro, id quod Marcianus habet, legum aliarum auctoritate & ratione suadente, alterabimus; O, *Petulantes. Critici!*

I V.

L. 36. de Mort. Caus. Don.

Certe quod a statu libero conditionis complenda causa datur indubitate modo LEGATI concessio imputatur.

INconstantia Cujacii fit, an correctionis prurigo, dum in L. 36. ff. de Donat. loco. & modo *legATI concessio*, mox in Commentariis suis ad Tit. Inst. d. L. Falcidia, modo *legATIS concessio*, jam iterum, in Observ. suis 7. 24. modo *legI concessio*, reponendum existimat; haud parum ambigo. At posterioris ejus quidem dispositiones *legati* vice *legem* obrudentis absurditatem, vel ipsa legis sequentis 4. 1. superflua convincit inspectio. Ubi nimium id quod a statu libero datum (quo de hic etiam agi vides) in NB: Falcidiæ computationem venire dicitur. *Falcidia* lex autem sola *legata* respicit, non *legem* item, nescio, quam. Ut sensus nostri versiculi revera talis sit: *Id quod statu libero conditionis complenda gratia heredi dedit, absque ullo dubio computabitur* (in Falcidiam scil. juxta d. L. 41.) modo *legati concessio*, i. e. eodem concessio sive licito modo, ac si legatum fuisset. Sive, pro mensura: modove *legati* qui permissus atque concessus dicitur. Conf. L. 13. §. 6. in fine *de her. pet.*

Quidnam ita nunc etiam, obsecro iterum atque iterum, supervacaneæ: 2dæ Cujacianæ criseos necessitas? Nisi dulcius fortean, contra rationem juris, sic auribus esse futurum dixeris, *si modo legATIS concessio*, quam, *si modo legATI concessio*, scripseris? quod mihi profecto non videtur.

V.

L. 4. §. 17. d. Fid. Libert.

Eadem constitutio prospexit, ut si fiscus bona admiserit, aque libertates competant. Ergo siue jacent bona

fisco

fisco spernente, sive adgnoverit, constitutio locum habebit. Caterum si alia ratione adgnoscat, cessare debere constitutionem. Quare & si CADUCIS BONA LEGIONIS DELATA sint, idem erit probandum.

Loco, si caducis legionis bona delata sunt, ita (1mo) restituendum Nostri arbitrantur: si ad Ducis Legiones bona delata sint. Nonnulli (2do): si ducis legionis bona delata sint. Vel ut alii (3tio): si militis legionis bona delata sint. Haloander sic (4to) emendat: si qua ducis legionis bona delata sint. Cujacius denique (5to), sed sibi ipse male constans ad 28. *Plp.* §. 7. si caducis legionibus bona delata sint: Vel aliter (6to) ad L. 3. C. de bon. vac. cum *Horomanno de Legib. Rom.* Si caduciaris legibus (i. e. juliis) bona delata sint. conf. *Gotofred. ad d. l. 4. §. 17. lit. e.* Quid, si (7mo) tantas inter conjecturas ideo adhuc, at una solum litera mutata, altera demta, separataque secundæ vocis Lestione, ita omnium commodissime substituias: si Ea ducis legionis bona delata sint. Eo videlicet in casu quo militis ab intestato mortui bona vacant. Quæ non Fisco enim (ut in aliis paganorum bonis) sed Legioni sub qua militiam toleravit vindicanda sunt, juxta. L. 6. §. 7. in f. ff. de injust. rupt. irr. test. sive (ut §. noster 17. lautius ait), Ducis Legioni, deferuntur. Adde L. 2. C. de hered. decur. Ut sensus periodi nostræ talis sit: Quare etiam si ILLA BONA (de quibus agitur, militis nimirum legionarii, ab intestato & sine cognatis vel uxore mortui) DUCIS SUI LEGIONI EX SCTO DELATA FUERINT, idem erit probandum. i. e. cessabit constitutio D. Marci. De qua nempe agitur in L. 2 ff. h. t.

V I.

L. 23. §. 2. ff. eod.

Collatam existimavit, portionem enim à fratre DOMINO, fratrem eundemque coheredem citra damnum voluntatis redimere non cogendum.

SALVE Domine Frater!

Dic, quid est, mihi, quod *Gotofredo* fecisti? quod adeo ille Tibi offensus, nec critico suo telo, id quod alias quidem solet, vulnerare modo, sed morti illico TE duere velit. Opportunam *Lector*, in L. 23. §. 2. ff. h. t. voculam, DOMINI, ceu imperiti cujusdam glossatoris additamentum, ex textu circumdu-

cea-

cendam, *Gotofredus* putat. *Ibid. lit. K.* Quinimo contra ! Emphaticam enim hanc ipsam a *Papiniano* FRATRIS nōmini ad, etiam, DOMINI, notiuenculam, peridoneum hic discrimen aliquod duos inter fratres, ibi memoratos, notare, suspicor, quorum UNUS scil. in patris potestate retentus domi manserat arg. *vers. fratris qui mansit* : ALTER vero, peregre militatum abiturus, donatum à Patre servum acceperat, adeoque servi iltius, velut *castrensis peculii* sui, DOMINUS jam erat factus. *¶. portionem enim à fratre Domino : ¶. servum peculii castrensis. & ¶. filium militem.*

II. Nisi DOM NUM, malis *heredem* interpretari. *Heredes* namque (a.) *Dominos*, *heros*, dici ex *Terentio* &c. scimus. Ut & (b.) *filios*, quorum hic mentio, rerum paternarum *Dominos* vocari, ac *suos* (c.) *heredes*, quasi *sibi ipsis heredes* dici, videmus in §. 2. *Inst. hered. qual. diff.* Ni fallat, hanc animi sui sententiam aperte, ipse prudenter *Papinianus* significat in verbis proxime ibi sequentibus, NB *eundemque*. NB. *coheredem*. Quasi dicat, & hic heres est, æque ac prior HERES sive DOMINUS erat. Eximere igitur dictam notabilis differentie *domini* vocationem, non adjuvare textum est, sed circumcidere. VALE iterum & SALVE DOMINE FRATER, a me & ab Auditoribus meis.

V I I.

Ad Vers. Ibid.

Fratri qui mansit in potestate.

Allucinat̄ur etiam *Cujacius*, dum *ibid. loco v. fratri qui mansit in potestate*, substituendum autumat : *fratri qui mansit in paganis*. arg. l. 7. ff. R. I. Rationes enim, prætexta ab ipso emendationis, licet binas videas, apud *Gotof.* ad L. 23. §. 2. *Lit. O.* At nihil profusus tamen hic in textu mutandum iterum reor. *In potestate* enim, non *juris* significationem hoc loco tenet, quatenus pro *Sacris paternis*, ac *civili potestate patria* sumitur, ut in l. 215. ff. *V. S.* distinctamque ipso jure rationem ab *emancipatione* (ceu *Cujacius* hic perperam opinatur); sed *naturalem* in patre, & quasi *domesticam filii possessionem* significat, factique dicitur, quemadmodum alias in d. l. 215. *vers. in lege Atinia coll. l. 4. §. 12 ff de usucap.* observo. Ad illum videlicet fratrem, qui *Domi* apud *Patrem* remanebat emphatice subinnuendum, ejusdemque ab altero, qui *peregre* militatum concesserat, discrimen aliquod rite constituendum. Quemadmodum enim qui *peregre* est, non videtur *in potestate* (quia *facti* dicitur) esse. l. 21 §. 3. *in fin. ff de nox. act.*; ita contra, qui *Domi* remanet, *in potestate* eadem retentus haud infaucte notabitur, ut *in potestate* se interpretative idem sit, quod *domi esse*. Cui consentiunt verba proxime præcedenti, atque hisce nostris, *in potestate*, opposita : *profecturo filio*.

II. Sed ne quid ego dissimulem, dormitasse nostrum *Gotofredum* reor, quando in Sacris paternis constitutum filium, intelligi ideo hic non posse, existimat, quoniam tum sequi debebat, alterum filium militem scilicet a patriæ potestatis nexu fuisse liberatum. Cui tamen (1.) textus repugnat. Ut nec (2.) militia etiam a patria potestate liberat. *Quo abis, Gotofrede lingua, quo mente? Quoniam enim filius fam. miles pro patre fam. quoad effectus habetur. l. 2. ff. ad Maced.* quare hæcenus opponere ei fratrem in potestate p. constitutum non liceret? Non video.

V I I I.

L. 26. pr. ff. eod.

Cum vero is qui rogatus, NON est, alienum servum manumittere &c.

Vix me reprimo, quin continuo exclamem:

Si, NON, non esset, perfectum quidlibet esset.

Usque adeo negotium fere sempiternum nobis cum mirabili isthoc monosyllabulo est: Ecce enim denuo, in *L. 26. pr. ff. eod.* interpungendam esse initialis lineæ negativam, NON, particulam, *Gracis* placuit, teste *Gotofred. ibid. Lit. K. Proh Miseras juris nostri vices!* si, quod revera negandum, affirmare, & quod re ipsa affirmandum, negare, ad privatam *Graculorum* auctoritatem, oporteat. Inprimis, ubi citra perniciosissimas ejusmodi lustrationes, illibatus servari legum textus quam commodissime potest. Suam itaque prædictis quidem *Graculis*, vim potestatemque relinquendam hæcenus arbitror; at ut potior tamen semper nobis *Pandectarum* nostrarum, quas ante omnia cuique Sacras esse volumus, auctoritas inaneat. Quid ergo? Intemeratam, hanc nostram præstari legem posse, probabiliter existimo, si casum, *ibi* in pr. propositum, ad præcedentis legis 24. §. finalis verba: *ad quemcunque enim pervenerit: & ad v. si hoc maluit NB. is qui rogatus est*, condigne retuleris. Sicuti ibidem enim non is modo qui NB. *rogatus erat servum manumittere*, sed NB. *qualiscunque etiam alius ad quem, vel non rogatum, servus ille pervenisset, manumittere eum, constitutionibus teneretur, v. cogetur igitur, &c.* Sed & de NB. *rogati* persona insuper sufficienter ibidem ab *Ulpiano* tractatum fuit; Ita recte ergo in sequenti porro lege sua 26. idem *JCrus*, de persona *ejus ad quem vel non rogatum servus iste, fideicommissaria libertate donatus, pervenerat*, notabilem *questionis* casum proponere non erubuit; si naturali sc. morte vel civili præreptus ipse servum illum a se nondum manumittitum ad alium forte transtulisset: *AN & is manumittere nihilominus adhuc servum v. constitutionum, cogatur? Dignam, opinor, affirmative positionem!* Ob eximiam nempe *libertatis* prærogativam. in v. *magis* opi-

opinor &c. Nec quicquam pro correctoribus subjecta militat JCi ratio, in v. nam *Et cum* : ubi disertum scil. *rogati* specimen adferri vides. Nil mutat. Cum etenim ex speciali libertatis favore, *rogatus*, non *rogato*, quoad manumissionis necessitatem, *equiparatus* sit, in d. *praced. L. 24. §. 21.* à communi juris nostri decore alienum esse, exemplo *illius* causam *hujus*, & viceversa, ibi illustrari; contra commune Logicorum effatum: *similium similis ratio*, nemo sanæ mentis dixerit.

I X.

Ad L. 29. in f. ff. eod.

Si quis posteaquam in ea causa esse cœperit, ut ex fideicommisso manumitti deberet, alienatus sit, is quidem, cujus interim servus erit, manumittere cogetur, sed hic non distinguitur, justa, an non justa causa absit: omnimodo enim libert AS ei servetur.

L Onge minorem adhuc corrigendi textus necessitatem video, in L. 29. in f. ff. h. t. dum loco *vers. libertas ei servatur*: iidem, si *dis placet*, sapientes Græci nostri, juxta *Cujac. 18. O. 19.* substituendum censent: *libertus ei servetur*: vid. *Got. ibid. L. C.* Bruta crisis! Neque enim verba: *ei servatur*, ad *vs. absit*, sive ad illum qui manumittere ibi cogitur, referenda sunt, sed ad initialia potius *Ulpiani* verba: *alienatus sit*, referri debent. Utur quidem etiam *omni modo* libertatem servari manumittendo censeam, ita vero, an *omni modo* libertus ei servari debeat, cujus interim servus fuit, dubito. conf. L. 24. §. f. h. t. *Prob temerarias, insontium juris textuum sancinationes!*

X.

Ad L. 21. §. 1. pr. ff. d. Stat. lib.

PACTUM EIUS clemens ajebat, si ita sit fideicommissum relictum, cui eorum voles, rogo, restituas, si nullum elegisset, cui restitueret, omnibus deberi, Imperatorem Antoninum constituisse.

Mirabilis Doctorum divinatio circa genuinum *Pomponii* intellectum, ad

Ff 2

L. 21.

L. 21. §. 1. pr de Stat. Lib. in v. pactum ejus Clemens aiebat, & multorum Judicia JCto- rum graviter haecenus torfit, & ingentem in super animo haud ita pridem meo scrupulum addidit. Quid si ergo, caeteris eruditorum virorum conjecturis & meam quoque divinantis animi opinionem superadditurus, conjunctis ita vocibus legendum opiner: Pactum ejus Clemens aiebat? Ut pro Romano Clementis JCti, à Pomponio hic allegati, prænominis, valeat. Usitatum namque apud Romanos ejusmodi prænominis, genus extitisse, dubitare nos non patitur contius, à choronda laudatus ibidem. conf. Oxoniaficon. Lunderpsii & Georg. Eberlin. in tract. de success. prudent. pag. 455. n. 8. Sed quam conjecturam, ut in prior editione tanquam meam dixi, ita vero postea, & aliis eruditus viris ante me ita visum fuisse, video. Illa autem viri mox laudati audacula nimium, liceat ita loqui, ex contio, ut sit disputationis molitio, sicuti haud exacte adhuc placet, ita refutata ab aliis nondum occurrit, dum Clementem scilicet JCtum illum nostrum (cui sub D. Marco s. n. Antonino Philosopho vigentem & Papiniani auditorem) non Terentium, sed Pactum ejus scribendum autumat: cum plurimi tamen sstrum textus praedicti in Terentii prænomen aperte comprobent, ut in l. pen. ff. de oper. serv. l. 72. ff. de hered. instit. l. 6 ff. de vulg. substit. l. 52. ff. de Legat. 2. l. 62. & l. 64. ff. de cond. & dem. l. 24. & l. 31 ff. q. & aq. manum. aliisque ab Everlin. add. n. 8. citatis ff. textibus. Quid itaque ad hæc dicimus? an Terentium Clementem, ab hoc nostro Pactum ejus Clemente, discernimus? ut ILLUM quidem ante Pomponii JCti, sub ALEXANDRO Severo florentis, ævum, arg. d. l. 21. §. 1. coll. ejus inscript. Hunc autem alio aliquo tempore viguisse tentemus? At obscura de eo, aut nulla, quod sciam, scriptorum judicia. Quid si igitur unum eundemque Clementem JCtum, & Terentium & Pactum ejus simul appellatum fuisse arbitremur, v. gr. Pactum ejus Terentius Clemens? Quorum sc. velut prænominum alterutro, magis tamen Posteriori illo, JCti alii posteriores fuerint usi, more Romanis non inuitato. Ita in l. 2. §. 44. de orig. jur. Gajus Aulus Offilius, conjunctive, soloque Auli prænominis venit, Aulus Offilius. Tu interim B. L. an ad conjecturalium, an fiducia. causas; nostra hæc referri inspectio debeat, prudentior Judica.

X I.

L. 29. Pr. Stat. Lib. Pomponius Lib. 28. ad
 Quintum Mucium.

*Statu liberi a caeteris servis nostris nihilo pane differunt.
 Et ideo: quod ad actiones, vel ex delicto venientes,*
 vel

vel ex negotio gesto, contractu pertinet, ejusdem conditionis sunt statu Liberi, cujus cateri. Et ideo in publicis quoque Iudiciis, easdem pœnas patiuntur, quas cateri servi.

STatu Liberum, in publicis quoque judiciis, eandem pœnam cum reliquis servis, debere sentire, habet L. 29. Pr. Stat. Lib. Contra, quasi liberum jam puniendum esse habere videtur L. 14. *quasi*. juncta L. 9. §. ult. *pœn.* Cujacius. l. O. 37. ita pacem tentat, legendo, loco: *Et ideo in publicis quoque; sed non in publicis quoque.* Non sentio, hac vice, cum Cujacio; quoniam verba omnia in textu affirmativam locutionem volunt. Nec moror dictas leges. De *privatis* enim delictis, non de *publicis*, quibus de hic, intelligendas esse, constat, arg. *¶. ibi delicto.* junct. L. nostra, *ibi publicis.* coll. L. 26. LL. Cui conciliationi, non refragatur etiam L. nostra *¶. ex delicto.* De pœna enim ex *privato* delicto orta civili, vel criminali etiam, non *corporali* tamen, sed *pecuniaria* potius, intelligendam esse, arbitror. arg. *¶. ex delicto.* Item, *ex contractu.* Ceu contra, d. L. 14. & 9. de pœna statu liberi extraordinaria *corporali* agere, ex verbis colligo, *ibi puniendus est.* Item, *puniendum.* Ita distinguo: AUT de crimine publico, *quæstio est;* AUT de privato. *Illo casu,* indistincte, æquiparatur statu liber *servo.* d. L. 29. pr. in fine. *Hoc casu,* subdistinguendum autumo, inter pœnam non *corporalem,* & *corporalem.* *Priori casu,* ejusdem iterum conditionis erit, cum *servo,* statu liber. d. L. 29. *¶. ex delicto venientes;* *Hoc casu,* ut liber puniendus erit. d. L. 9. & 14. Et quæ sententia rationem habere videtur. Quod criminis publici gravitas, indignum privilegio statu liberum faciat. Ut contra, in *privatis delictis,* tanquam levioribus, occurrens conditionis ambiguitas, benigniorem *JCorum* interpretationem promeruerit; Ut liberis æquiparentur, si pœna *corporalis* sit.

XII.

L. 3. §. 14. ff. de Acquir. Poss.

Paulus Libro 54. ad Edictum.

Item feras bestias, quas vivariis inclusimus, & pisces, quos in piscinas conjecerimus, à nobis possideri, sed eos pisces, qui in stagno sunt, aut feras, quæ in silvis circum-

septis vagantur à nobis non possideri : quoniam relictae sint in libertate naturali. Alioquin etiamsi quis silvam emerit, videri eum omnes feras possidere. quod falsum est.

Non erit inelegans juris quaestio : *An possidere quis feram bestiam dici possit, qua vagatur in silva circumsepta?* Gotofredo ita videtur, & ut visionem defendat, hinc in L. 3. §. 14. d. acq. poss. loco *ψ. in silvis circumseptis, in silvis non circumseptis*, substituit. Alii, in dicta quaestione, de eisd feris affirmant, quae non evagantur. Negare autem in quaestione indistincte licebit, ex L. 3. §. 14. acq. poss. si ita lex illa habeat? Videamus. (1.) Legi ita in Florentinis, atque mscriptis optimis, testantur *Tawrelius* atque *Russardus*. Lectiones has Florentinas, atque mscripta, probatratio a Paulo subiecta : *quoniam relictae sunt in libertate naturali*. Quod probò. cum circumseptio silvae, finium regundorum causa fieri consuevit, non quaerendi possessionem ferarum. Ut ex Pauli sententia ipsum nimirum illud : *circumseptum esse : in genere consideratum, quasi tam illam ferarum quasi possessionem*, simpliciter haud constituere credendum sit. Sed ita demum circumseptum esse, oporteat, *ut in NB. VIVARIIS (veluti? angustiori ferarum includendarum loco) fieri consueverit. Non item in silva, ut circumsepta*. Utpote, *qua terminorum plerumque suorum a vicino territorio discernendorum gratia, suis distincta simbis, satis commoda, nihilominus adhuc ferarum in libertate sua naturali vagantium, sedes esse potest*. (4.) Absurdam esse Gotofredi crisin, ex eo patet, dum ea id ponit, *Jctum habuisse in ambiguo, quo de nemo nisi stultus dabitare poterit, quin possidere quis feras dici possit vagantes in silva non circumsepta?* Ipse Paulus hanc falsam absurdamve quaestionem esse, subijcit. (5.) Falsam esse a Gotofredo factam alterationem textus, eo constat, dum in *ψ. alioquin etiam in silva Sc. silvam ibi non circumseptam*, silvae qua de in nostro *ψ. nominatim opponit*. Ipsum nimirum Jcti argumentum (ab absurdo petitum), in voce emphatica *alioquin* : Silvam hic (Germ. *Wald*), qua vivario (*einen Thiergarten*) opponitur, generalem habere significationem, plus satis indicare videtur ; Ut adeo, *An circumsepta praecise sit (utpote quod finium reservandorum causa fieri solet) ; An non, parum interesse hic, dicendum sit.*

X I I I.

Ad L. 1. §. 5. quod Legat.

*Si quis ex mortis causa donatione, possideat ; utique
cessa-*

cessabat interdictum, quia portio legis Falcidia apud heredem ipso jure remanet.

IN Donationibus m. c. *Legem Falcidiam* obtinere, DDres ajunt, ex L. 2. C. Don. m. c. &c. Num in iis vero, locum vindicet etiam sibi, *interdictum quod legatorum*, belle inter nostros disputatum olim memini? Non habere locum, puto, per ea quæ sunt scripta in L. 1. §. 5. *quod & leg. v. cessabat interdictum*. Quod porro probat §. seq. 6. in verbo NB. *vero*. Sicuti enim verbum hoc, contrarii alicujus solet index esse, ita vero §. ille 6. habet, *interdictum ibi obtinere*. Ut consequenter adeo, ex solita logicorum regula, contrarium negativum casum. (non *habere locum interdictum*), in d. §. 5. obtinere, diu omnino oporteat. Consentiant ipsa interdicti verba: *Quod NB. Legatorum*. Et habet rationem, quem JCtus addit: *quod portio legis Falcidia ipso jure apud heredem remanet, etsi corporaliter res in solidum translata sint*. Hæc enim verba, ego ita interpretor, atque ex eisdem jure teneo: Ut liceat interdictum illud in donationibus m. c. cesset, nihilominus tamen heres, rerum, ut ut a donatario possessorum, dominium ex *ipso jure* saltem retinuerit, ejusque nomine utilem rei vindicationem contra donatarium habeat. Conf. L. 23. pr. ff. R. V. Quid autem? Divus Bartolus dissentit. Et ut dissentiat, hinc pugnum criticum adhibet, atque, loco, *cessabit, necesse habebit, adulterat*. Crassa satis Bartoli crisis! Non necesse illum habuisse corrigere, vidimus. Sed non debere quidem, dicta argumenta volunt. A latino sermone etiam, cujus tamen JCtus nostros, imprimis elegantem Ulpianum hic nostrum, studiosos ad modum fuisse constat, alienum esse: *interdicto utroque necesse habere*, nemo credo negaverit. Nil præstantissimum Bartolum juvat, quod, ut in legatis, dictum interdictum obtinet, ita vero legatis, donationes hæc mortis causa, æquiparata dicantur, in §. 2. *Don.* Non enim hoc perpetuo verum esse, probat ibidem in fine, illud verbum, *fere*. Conf. L. 24. LL. Et Obl. Leg. nostras ad. d. §.

X I V.

L. 3. §. 5. *Uti possidetis.*

Ulpianus Lib. 96. ad Edictum.

Item videamus si projectio supra vicini solum non jure haberi dicatur, an interdictum uti possidetis sit utile alteri adversus alterum? Et est apud Celsum relatam

utri-

utrique esse inutilem. quia alter solum possidet, alter cum adibus superficiem.

Videamus, an in casu proposito ab Ulpiano, in L. 3. §. 5. *Uti possid.* interdictum, *uti possidetis*, utrique utile vel non sit? Cujacius, utrique utile esse, existimat, atque ut existimet, verba in dicta lege: *utrique esse inutile*, hoc modo ad suum palatum substituit *utrique esse utile*. Facile quidem compendium; Sed ego nondum mecum constitui, an ex Cujacii filii privato arbitrio ita dependeat, ex lege scripta, sed adulterata, falsum jus inducere. Contra itaque potius, in proposito casu, utrique inutile esse interdictum existimo. *Si enim ego possideo, ex justa causa, tu ex causa injusta, non a me tamen sed ab alio, neuter nostrum vincetur, nam & tu possides & ego.* Ita dicendum esse, putat ibidem. Et s. in pr. I. hoc autem §. 3. alterum, *fundum possidere juste*, alterum *projectum in adium suarum superficie*, injuste quidem non ab altero illo, sed tertio aliquo possidere, verba nostri §. tertii probant. Ceu & nominatum convenient verba in d. pr. *nam & tu possides & ego*, cum illis in §. 3. *quia alter solum possidet, alter cum adibus superficiem.*

Quod si non illum eundemque dictum casum in §. 1. quem in pr. habes, habere velis, *utrique* tamen tum inutile esse interdictum, recte apud Cassium relatum erit, quia re ipsa illi tantum utile est, qui projectum habet.

X V.

L. 5. §. 3. *de Itinere actuque privato.*

Ulpianus Lib. 20. ad Edictum.

Si quis servitutem jure impositam NON habeat, habeat autem velut longa possessionis prerogativam ex eo quod diu usus est servitute, interdicto hoc uti potest.

NUM interdictum ex titulo ff. *de itin.* illi competat, qui jus eundi non quidem dispositione hominis, vel alias jure sibi acquisiverat, attamen longo tempore usus fuerat? Disputemus cum Haloandro. Interdictum competere, esse dicendum mihi videtur. Quoniam servitus, si non 10. vel 20. annis de jure ff. de actum, vid. Go. ofr. ad hanc L. attamen immemorabili tempore quasi possessa, vicem obtinet servitutis constitutæ ab homine. Conf. L. 3. §. 4. *d. aq. quot.* In summa, tria sunt, per quæ inferior locus superiori servit. *lex, natura loci, vetustas, quæ semper pro lege habetur, minuendarum scil. litium causa.* Verba sunt legis 2. *de aq. pluvi.* Adde L. 1. in fine ibid. Hæc convenienter, respondit Ulpianus in L. nostra §.

§. 3. *de itin. act. priv.* Neque moror, quod Haloander respondet, loco, non habeat, deleta illa, non, particula, substituendum esse: habeat. Neque enim video, quam ob rem sine ratione mutem quod lex noster habet, convenienter nostris legibus? Vis dicere, longo tempore, h. e. 10. vel 20. annis, servitutes de jure fideiatarum non usucapi posse? dummodo memineris Haloander, dissentire hac in parte a Te alios. Vid. *Gotofred.* h. l. Aut si vel maxime largiamur Tibi sententiam illam, non propterea tamen tua statim correctione opus erit. Non enim verba illa: *longa, dixi: 10.* tantummodo vel 20. annorum, sed varia tempora, significare, tironi debet notum esse. AUT, argumentor, *longa* illa consuetudo & *vetustas*, in d. L. & 2. d. aq. §. aq. pluv. quæ servitutem ibi inducere dicuntur, ibidem significant, 10. vel 20. annos, atque convenienter illis legibus, *longa diuturnaque* possessione h. e. 10. vel 20. annis, servitutem constitui, in L. nostra 5. recte Ulpianus dixerit; AUT, per tempus *longum*, in d. L. 1. & 2. d. aq. pluv. *immemorabile* tempus significas, juxta d. L. 3. §. 4. *de aq. quot.*, & convenienter iterum illis tum legibus, ita quoque *longam diuturnamque* possessionem Ulpianus in L. nostra 5. intellexerit. Plane constat, legem hanc nostram, Haloandrina correctione non indigere, dum eisdem verbis haberet, quod habent leges alix: *longa diuturnaque possessione servitutes constitui*, in d. L. 1. & 2. *de aqua §. aqua pluvia.* Id quod tam apparet liquido, quam aqua pluvia si imbet cadit. Omnimodo autem particulam, non, textum nostrum desiderare, & auferri ipsi nullo modo debere per Haloandrum, ad liquidum constat, ex v. sequenti huic nostro opposito: *habent NB. autem.* Quæ enim, quæso, boni Dii! hæc esset verborum oratio: *si quis servitutem jure impostam habeat, habeat autem, velut longa possessionis prerogativam &c.*? Si ita legeremus, textum tum emendandum esse, atque debere ita substitui, *si quis servitutem jure impostam non habeat, habeat autem velut longa possessionis prerogativam*, sermonis latini ratio vult. Quare itaque nunc, obsecro, huic textui auferam, quod habet, id quod si non haberet, ipsi addendum esset; O, bone dormitans Haloander? Sed ades dum adhuc. Credisne tu, Vir Præstantissime, JCrum nostrum, super vacuum requisivisse longæ possessionis prerogativam, ad id quod alias jure acquisitum quis jam habet? Non Judæus Apella.

X V I.

L. I. §. 15. *de Aqua quot.*

Illud tamen hic intelligendum est, eodem modo priorem duci aquam Prætozem jussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi, neque alia permissis

sisse potest videri. Quare si SI ALIA AQUA SIT, quam quis velit ducere, quam hoc anno duxit, vel eandem, per aliam tamen regionem velit ducere, impune ei vis fiet.

CAlida Gotofredo, an frigida magis, amplior ipsi certe aqua fuerit, eo tempore, oportet, dum notam suam excogitavit, ad L. 1. §. 15. de aq. & aq. quot, atque loco, si alia aqua sit, si alio aquam quis velit, restituendum putat; Vel alias, per aquam aliam, aquam ampliozem, intelligi debere, existimat. Ad quid autem mi Gotofrede, hæc tua non obsecuta tantum: sed & latina minus hæsitatio: si alio aquam quis velit? Sed nec per aliam aquam, ampliozem aquam, JCrus inelle ite, inde constat, quod aquam aliam, aquæ ampliori ibidem aponit. Per aliam ergo aquam, intelligo, ut JCrus habet, quæ eadem non est, quam quis hoc anno duxerat. Aliam enim aquam, non eadem aquæ opposuisse, verba monstrant, ibi: ex eadem. Ast qualis ergo alia aqua, si non amplior? Demus, hoc anno frigidam duxisse, & nunc velle calidam ducere. Vid §. præc. ibi frigidus. calidus.

Si tamen quid corrigi, dulcius fortean tuis auribus sit, loco aliA, aliO, tum reponere malium: Neque amplioris modi, neque alia (modo sil.) permisisse potest videri.

XVII

L. 6. §. 4. de Precario.

Ulpianus Lib. 21. ad edictum.

Quæsitum est, si quis rem suam pignori mihi dederit, & precario rogaverit: an hoc interdictum locum habet.

Quæstio IN EO EST, UT precarium rei sue consistere possit. Mihi videtur verius precarium consistere in pignore. Cum possessionis rogetur, non proprietatis, &c.

Condigna res erit, videamus, quid juris sit, qua de quæsitum esse, JCrus habet, & quæstionem in eo esse, repetit: ut precarium consistere rei sue possit?

possit? Verba illa: *questio in eo est, ut*: sensum non habere videntur. Certe, Haloandrum ea non intellexisse, eo ipso patet, dum *decidentia* illa esse existimat; sed & intrusa sua, cum qua liberalis esse solet, NON, particula, ita corrigendum putat: *questio non in eo est, ut Sc.* Idque arg. L. 4. §. 3. ibid. dum *receptum* ibi dicitur, *rei sua precarium non esse*. Non ita debuisset Haloander. Modum dubitandi enim, atque quaestionem, verba illa: *questio in eo est, ut*: continere, probandi initiale illud ibi verbum: *quasitum*. Atque magis, decisionem demum continens vers. ille sequens: *Mihi videtur verius*. Dum enim hic demum decisio sequitur, oportet in praecedenti adhuc *questio in eo est ut*, quaestionem agnoscas. Nec immerito, quaestionem in eo esse, *num hoc casu* (in pignore scil.) *rei propria consistere precarium possit?* repetitaeque quaestione, dubitandi rationem JCTus proposuerit; cum precarium alias rei propria non consistere posse, dicatur, d. L. 4. §. 3. h.t. Sed non obstante hac dubitandi ratio e, in quaestione proposita, hoc casu rei propriae posse precarium consistere, JCTus decidit. Et quod rationem habet. Videmus, ut sic scire simul liceat, quatenus precarium pignoris de jure nostro dicatur admissum. Ratio, & sententia JCTi haec est: quod precarium pignoris, non sit ipsius *proprietatis* (quale esse non potest d. L. 4. §. 1.) sed *solius possessionis*. (quod leges non prohibent). Conf. in § nostro *cum possessionis*. Et quae ratio atque sententia JCTi, iterum rationem habet: *quod jus in re aliena*. i. e. possessio pignoris, non tua *debitoris*, sed *aliena*, creditoris esse intelligitur. Cui consentit, quod & ita furtum fieri a debitore dicatur rem pignoratam creditori auferente, cum alias furtum rei propriae fieri non posse constet. Et haec quidem, ad quaestionem JCTi decisionemque probandam. Sed nunc ad verba, quae sensum non habere videntur: *Questio in eo est, ut Sc.* Loço, *questio in eo est UT*, reponendum censet, *questio in eo est, Au.*

VEL, salva servata lectione, *to ut*, pro qua ratione, quomodo, significo. *Questio in eo est; quomodo rei sua precarium consistere possit.*

VEL, *in eo est* (h. e. huc abit, hoc vult) *questio, ut precarium rei propria consistere possit. Mihi videtur verius precarium in pignore consistere posse.*

XVIII.

L. 7. in fine de Except.

Paulus Lib. 3. ad Plautium.

Idem dicitur Et si pro filiofamilias contra senatusconsultum quis fidejusserit, aut pro minore viginti quinque annis circumscripto. Quod si deceptus SIT IN RE,

G g 2

RE,

RE, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit, nec fidejussori danda est exceptio.

Non dolo quidem malo, in te ipsa tamen, nostros se decepisse invicem Criticos, teneo, dum in L. 7. in fine de *Except. loca* *¶. deceptus sit in re*, corrigunt, *non deceptus sit in re*; vel ut Haloander habet (quasi veto quid novi, & a precedenti illa diversi), *deceptus non sit in re*; a que alii dicunt, *deceptus sit jure*. Decepisse in re, se invicem, anteverti dicere. Absurdas esse correctiones, inde patet, quoniam minor, nisi deceptus sit in re, (sive revera. damnus passus sit) nunquam in integrum restituitur. Decepisse autem se invicem nostros, probo, atque hinc esse auguror, quod immemores fuerunt, nostri juris. Grammaticæ, juxta quam enim, sicuti alias, dolo alius dicitur ex *proposita*, alius *ex re*, Laut. Tit. d. *dol. mal.* sive, ut deceptio alia sit descendens ex ipsa facti fraudulentæ qualitate, alia quæ citra talem fraudulentæ facti qualitatem quidem, ex ipsa re tamen oritur, ita de *hac* hic egisse Paulum verbis: *in re deceptus, quare negaveris?* De hac deceptionis specie, illum egisse, liquido patet: dum in præcedentibus suis verbis, de prima deceptionis illa specie, ubi aliquis *dolo malo circumscriptus* & sic deceptus fuerat, egisse illum, verba probant. Duas hæc deceptionum diversas species, illum proposuisse, volunt verba: *quod si*. Sed nunc videamus, quid juris sit, in controversia, qua nostri disputant, num ratione posterioris hujus nostræ ex te venientis deceptionis, efficax fidejussori competat exceptio? Indistincte ita vulgo nostri negant, arg. *¶. nec fidejussori*. Non placet. Quoniam, fidejussori exceptionem demum denegari lego, antequam ipse minor ea propter restitutus fuerit, arg. præc. *¶. nec ipse minor*. Mediæ ergo viam ingrediens, ita teneo: Fidejussori dictam exceptionem non competere, antequam minor restitutus; tamen, postquam restitutus fuerit. Et quæ sententia fundamentum habet, quod lætio ejusmodi ex re orta, non præsumi, sed probari antea debet. Conf. L. 19. §. 4. jurej. Adde L. 4. Rest. in integ. L. 9. d. *dol. mal.* L. 16. §. 4. de *Minor*.

X I X.

L. 1. §. 2. *Quar. rer. act. non detur.*

Ulpianus Lib. 76. ad Edictum.

Si petitor fundi jusjurandum detulerit adversario, UT si auctor ejus jurasset suum fundum se tradidisse, ab ea

con-

controversia discessurum se : exceptio possessori fundi dabitur.

Verba illa, in L. 1. §. 1. *Quar. rer. act. non detur : UT SI AUCTOR &c.* prima lectione videbantur mihi, in obscuro esse. Gotofredus, usque adeo fuit moratus, ut particulam: *ut*, in textu esse delendam, vel tandem, idem significare, existimaverit; quod: *ea conditione, si*. Malim: *to: ut*, hoc loco ita interpretari, ut idem sit, quod: *simul ac si, quamprimum, statim si*? More apud Latinos non alias inusitato. Juxta hunc, ni fallor; legis nostræ Germanum sensum: *Si petitor fundi, adversario suo, i. e. possessori, detulerit tale jusjurandum : QUAMPRIMUM, (ut), SI AUCTOR EJUS JURASSET SUUM FUNDUM SE TRADIDISSE, AB EA CONTROVERSIA DISCESSURUM SE : exceptio possessori fundi dabitur.* At qualis exceptio? Fortean, doli mali: In hoc enim, versari illum recte dici potest, qui vel post delatum mihi tale jusjurandum, a me petit fundum, quem auctoris mei sacramento jam habet, ejus fuisse & ab eo ad me transisse. Conf. L. 1. *pr. in fin. ib.* Quid, si ad dictum sensum, *to, ut*, interpreter pro, *veluti s. verbi gratia?*

X X.

L. II §. I. *De Verb. Oblig.*

Qui presens interrogavit, si, antequam sibi responderetur, discessit, & reverso responsum est, obligat. Intervallum enim MEDIUM non vitiauit obligationem.

Gotofredi hac vice crisis, non possum pluris facere quam ancillam quæ latrinam lavat, dum in L. 1. §. 1. *de Verb. Obl.* loco *obligat*, substituendum potius, *obligatur*, existimat. Ne ita existimem, facit, quod stipulatio in jure nostro, referatur, ad *unilaterales* contractus, ex quibus autem non nisi unus, solus v. g. respondens, non etiam promittens, obligatur. Sed obligat. Præterquam, quod ipsum illud præcedens verbum, *efficit*, aliud tamquam summa correlatum, *obligat*, non itidem, *obligatur*, desideret.

X X I.

Ibidem..

Intervallum enim MEDIUM non vitiauit obligationem.

ERrant, qui dicunt, medium tenere beati? An contra vero, Ulpiane, Juris nostri civilis Grammaticam, bene non tenuerunt, qui ex vulgata Pandectarum lectione, loco verſ. *intervallum enim MEDIUM*: ſurrogare malunt: *intervallum enim MODICUM*: arg. L. 6. §. 3. v. *modicum* ff. d. duob. reis? Fruſtraneo omnino diſpunctionis conatu! *Medium* quippe intervallum, hic non ſumitur pro INTERveniente aliquo inter factam ſtipulationem temporis ſpatio (cui alias quidem fieri conſuevit), non ita hic ex Ulpiani ſententia, hoc enim ſub ipſa ſimplicis INTERvalli notione jam comprehenditur, ſed pro ſpeciali potius aliqua intervalli ipſius qualitate, ac deſcriptione, h. e. pro *mediocri* intercededine. Quemadmodum, *in medio*, i. e. in mediocritate, *tuttiſſimam eſſe virtutem, mediumque tenuiſſe beatos*, cum Philoſophis hoc ſenſu recte Grammatici dicunt. *Medium*, adde, *in Anco rege ingenium*, apud Livium. Sed & *medii itineris intervallum*, in L. 4. c. *fruct. & lit. Expens.* Ut ſenſus periodi noſtræ talis ſit: *Intervallum enim medium, id eſt mediocre, ſive modicum, non vitiauit ſtipulationem. Medium* intervallum, & vel eo magis, ac quidem *Modicum*. Jctum dixiſſe, veroliſſime eſt; Quia, ut alias *Modicum*, id ſignificat, quod toto, ultimo etiam ejus diei momento, peragitur, & qualis ipſe dies a mane ad vesperrum, actus plures alios intervenientes habere ſolet L. 12. duob. r.; Ita vero, ſtipulationi, quia debet reſponſio NB. *mox* accedere, atque nullo actu alio intercedente, hinc *medium* intervallum loqui magis Jctus voluit, ac quidem illud, ſua nota vî, integrum diem ſignificans, verbum, *Modicum*. Ut non quis alias ſcil. de actu interveniente licito, dubitare potuiſſet fortean. Coiſ. L. 11. v. ibi *mox* add. L. 1; 7. v. O.

II. Quid, ſi loco: *intervallum enim medium*: hoc modo: *intervallum enim adium*: ſubſtituam? Malim ita, ac quidem vulgatam correctionem. Nam non modicam, loco, *medium*: *modicum*. Et (1.) enim veteres, quando: *enim medium*, habuere in animo, non ita tamen, ſed una *m* litera omiſſa, *enim edium*; ſed & loco *e. a.* ſcripſiſſe; (2.) etiam intervallum non tantum de tempore ſed & de interveniente loco dici conſtat. Aut ad id quid (3.) alias emphatice ſcripta verba illa, *diſceſſit, reverſus*? Quæ proſecto, ſi ſolum intervallum temporis ſignificas, addi non necelle ſunt. (4.) De NB. eo aperte loquitur, qui *exceſſit & reverſus* eſt. Ut ſenſus nimirum Ulpiani hic ſit: ſi quis præſens interrogavit, *mox* diſceſſit, & revertit reſponſum eſt, obligat. Intervallum enim *edium* non

non variavit obligationem: Sive, propterea quod quis interim in eisdem verbis non fuit, stipulatio non variabitur.

X X I I.

§. 2. Ibidem.

Si quis ita interroget, dabis, responderit, quidni? Et is utique in ea causa est, ut obligetur. Contra, si sine verbis adnuisset. NON TANTUM AUTEM CIVILITER, SED NEC NATURALITER, obligatur, qui ita adnuvit.

Loco, non tantum autem civiliter, scribunt nostri, non tantum enim non civiliter. Pessime, si quid unquam alias! Quando enim, in eadem oratione, bis aliquid negandum nostris Jctis fuit, priorem negationem tacite tum compendii causa, sub expressa negatione posteriori vocula: nec: comprehendere illi solent. Sed quid hoc est, quod Jctus habet: Non naturaliter obligari qui capite adnuvit, cum alias s'o'a animi voluntate (qualem nuru exprimi naturali s'odore alibi diximus), de jure Naturæ obligatio teneat? Non moror aliorum hac in parte sententias. Ita rem omnem deciderim: Ut naturalis scilicet obligatio, non illa intelligatur, quæ alias juxta primas ipsius juris naturæ regulas obligat, sed quæ propter alias status Romani circumstantias & sic ex ipso jure Naturæ, non obligare dicitur, (aliquando recte, aliquando minus) ex Justiniani sententia. Et sic hanc legem, sic alias passim intelligo.

X X I I I.

L. 2. §. 3. Ibidem.

Paulus Libro 12. ad Sabinum:

Si tamen hominem stipulatus, cum uno ex heredibus promissoris egero, pars duntaxat caterorum obligationi supererit, UT ET SOLVI potest. Idemque est, si uni ex heredibus accepto latum sit.

Quid sit jctis, quæro, si plures promissoris heredes, hominem debeant; num

UNUS

minus ex illis solvere partem recte possit? Ita puto dicendum esse, arg. (1.) quod licet solidum debeat, illud heres quilibet tamen pro sua parte tantum debeat. (2.) Cui consentit, §. 1. l. *Quib. mod. toll. obl.* Quem ita interpungo: *Sicuti autem quod debetur pro parte, recte solvitur, ita pro parte debiti acceptilatione fieri potest.* Ita (3.) vult L. nostra §. 2. de *Verb. Oblig.* 4. *Ut & solvi potest.* Nec me retrahit, quod Haloander hæc verba mutare velit, corrigendo, loco: *ut & solvi potest, ut exsolvi possit.* Non enim video, quare textum mutabo ut male se habeat: qui non mutatus, id dicit, quod alia juris decreta probant. Sed & ita vidisse Criticum Haloandrum, credo, si in mentem ipsi venisset, ut, hic non *finalem conjunctionem, sed comparationem*, significare, pro, *quemadmodum*. Minus autem dubitaveris, de utroque eodem illo tam dicti §. 1. quam hujus L. nostræ sensu, si attenderis, in utroque textu, acceptilationis exemplo probari, quod de solutione præmissum. Si ad quem præmissi sensum non vis, ad hunc tum intelligas: *Pars cæterorum coheredum in obligatione supererit: quemadmodum & solvi ejusmodi portio recte potest.*

X X I V.

L. 35. §. 2. de *Verb. Oblig.*

Paulus Lib. 12. ad Sabinum.

Si in locando conducendo, vendendo emendo, ad interrogationem quis non responderit, si tamen CONSENTITUR in id, quod RESPONSUM est, valet quod actum est, quia hi contractus, non tam verbis quam consensu confirmantur.

PERINDOLE Paule moveris? An non, acsi Deus *Par*, Tibi merum incussisset, ita Tibi videretur, dum tot erga te tantosque stringentes gladium ex latere utroque acutum criticum, in statu stantes viros, deprehendis? An potius, quibus Tu juris civilis Philosophiæ septus sis principiis, ignoraverint; Teque victorem existimas? Imo Magister, Io Triumpe Tibi! Habes! Hoc habes! Peractum est! Victor Paule existis. *CONSENTITUR*, omnino prudenter, ac de jure respondisti: Furtumque Tuarum binarum litterarum. V.R. animo lucrandi (ambitiosi inquam critici nominis, causa), luci eos committere magis, ac solidam quidem verborum tuorum interpretationem dare Corycæos nostros, existimo, dum loco, *consentitur, consentit*, substituere non erubescunt. Substitutio non valet. Emphatice namque (at ne me etiam fallas Paule!), *con-*

mune

omne utriusque contrahentium parti, verbum, impersonale, adhibere voluisti, atque eo significare, Vir mirabilis, habuisti in animo tuo, differentiam inter stipulationem hanc tuam, contractui alicui utrinque obligatorio (emtioni videlicet ac locationi) adjectam, & simplices illas, quæ ex uno promissionis latere obligant tantum.

Ut impertinens adeo etiam Zoannetti observatio sit, dum loco *consentitur, consentiatur* reponendum esse non dubitat; Illudque tum referendum esse putat, ad solum *promissorem*, non ad *stipulatorem* etiam. Non bene sonat, Zoannetti observatio.

Sed & supervacua sit *Haloandri* crisis oportet, legentis in sequenti mox versiculo, intrudendo communis generis: *NON, particulem, loco, responsum est, responsum non est.* arg. opinor, vers. præc. *quis non responderit.* Non recte, anteverti dicere. De casu enim lex agit, ubi quis aliud quidem quam erat interrogatus, at aliquid tamen, responderat. arg. *§. ad NB, interrogationem quis non responderit.* Nil aliud possunt verba dicere, quam illum NB. *respondisse*, (aliquid ergo), sed non ad *interrogationem.* Servata lectione, non inelegantem in lege nostra, juris civilis questionem, dubitandi rationem, atque eam decidendi, deprehendo. **QUÆSTIO** hæc est: Num, contractui consensuali apposita stipulatio valeat, si aliud quis quam interrogatus erat responderit. **RATIO DUBITANDI** hæc est, quod alias stipulationes valere non dicantur, si responsio interrogationi non congruat. *§. §. d. inut. stip.* Sed non obstante hac dubitandi ratione, affirmative JCTus decedit, utilem esse in hoc casu stipulationem. **RATIO DECIDENDI** hæc est, quod adjecta sit contractui *consensuali.* Qui ut *quovis* consensu confirmatur, ita ejus naturam, apposita ei stipulatio, sequi debet. Ut regula quidem sit: *Responso, si non interrogationi congrua, inutilis erit stipulatio* d. §. §. Sed excepto notabiliter casu, si contractui alicui consensuali adhibita reperiatur.

Quid *Gorofredi* igitur illa ibi interpretatio sibi velit, dum *responsonem* ibi factam, ad eam restringendam autumat, qua ex longiori aliquo temporis intervallo facta erat, si quis alius ego plane non animadverto. Ut ut enim quidem ex allegata a *Gorofredo* l. 117. h. t. & alias cuilibet notum est, valere stipulationem, si interrogationem & responsonem, intervallum intercessit exiguum, ita vero illud secus esse crediderim, si ad interrogata (ceu in lege nostra) quis non responderit. d. §. §. de *inut. stip.* Nisi scil. contractui consensuali, ut hoc casu, apposita fuerat. Non intervallum longum, hic JCTum significare, ipsa verba probant: *IN locando*, quasi ubi stipulatio facta statim eo tempore, ubi in locando adhuc erant. Sed agit d. L. 137. de stipulatione simplici, non illa quæ adjecta est consensuali contractui.

XXV.

L. 110. de Verb. Obl.

Pomponius Lib. 4. ad Quintum Mucium.

Si mihi & Titio in cuius potestate non sim, stipulor decem, non tota decem, sed sola quinque mihi debentur. Pars enim aliena DEDUCITUR. Ut quod extraneo inutiliter stipulatus sum, non augeat meam partem.

Quod Pomponius, in L. 110. de Verb. Obl. scriptum habet: *pars enim aliena deducitur*, nostri vulgo ita substituunt: *pars enim aliena in obligationem deducitur*. Absurdam esse crisin, aut ineptam, certe frigidam, ille debet scire, qui juris ipsius nostri fundamenta tenet. (1.) Namque, alienam partem in NB. obligationem deduci non posse, inde est, quia extraneo facta stipulatio, obligationem nullam parit. §. 4. d. *inut. stip.* Sed nec legem nostram ita dixisse, ut dicamus, aut ut magis ita dixerit, eam adulteremus, opus est. *Deducere* enim hic non, -*obligationis inductionem* sive *constitutionem* aliquam, notat, ut Aristarchi illi putant; sed contra potius obligationis *exemptionem*, *subtractionem*, significat. - Ut *deducere* idem hic sit, quod *subtrahere*. - Ut in illo Terentii, ubi inquit: *haud virgo est similis virginum nostrarum, quas matres student demissis hinc esse, si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt, deducunt* (i. e. subtrahunt) *cibum*. (Adde, quod ipsi alias nostri in ore habent, de *deducenda* 4ta Falcidia &c.

Consentit fortean, in ipsa re quidem, Haloander, dum superflua crisi, loco, *pars aliena deducitur*, ita reponit: *pars aliena in obligatione deducitur*; Sed ad quid mi Haloander, tua correctione, quod solo uno verbo, *deducitur*, eleganter JCrus habet? Aut quare ita *obligationem*, nominatim dicemus, ubi esse obligationem nullam, jura civilia dicunt; & ipsa nostra lex probat, in verbo: *inutiliter*? Et qua in parte adhuc illud in nostra lege observandum: Non dici quidem, de NB. *obligatione, deduci alienam partem*, sed, simpliciter: *deduci*. Ne alias *positum* (praesuppositum, suppositum, habent barbari), videri quidem possit, ac si obligatio vel ab initio saltem valida quoad hanc alienam partem fuisset. Deducitur ergo illa aliena pars, non de *obligatione*, sed de *summa* interrogata, de *decem*.

X X V I.

L. 121. eod.

Papinianus Lib. II. Responſorum.

Mulier ab eo in cuius matrimonium CONVENIEBAT, stipulata fuerat ducenta, ſi concubina tempore matrimonii conſuetudinem repetiſſet. nihil cauſa eſſe reſponſi, cur ex ſtipulatu qua ex bonis moribus concepta fuerat, mulier completa conditione, pecuniam a ſequi non poſſit.

CUm *Hugone a Porta*, aberraffe a porta, ut eſt in proverbio, *Charondam* apud *Gotoſfredum*, ad L. 121. *de Verb. Obl.* dum ibidem ille loco, *in cuius matrimonium conuenerat*, editionem habet: *in cuius manum conuenerat*, aberraffe utrumque a janua, vel ex eo ſolo capite dixeris, quod illum loquendi modum *Juris* noſtris uſitatum, conſtet. conf. L. 15. ff. *de Rit. Nupt.* Ut ſic nec pluris ualeat illorum correctio, qui loco, *in matrimonium, in matrimonio*, ſurrogant. Quare enim non *in matrimonium* conuenire dicere liceret; æque ac ut alias, *in aliquid aliud*, conuenire dicimur. Sed nec in hoc cum noſtris conuenio, quod ſolam illam matrimonii ſpeciem hic intelligendam putant, qua olim in manus *Virii* conueniebant mulieres, ut eſt apud *Cicer.* in *Top.* III. Generalitas textus obſtat.

X X V I I.

L. 122. Ibid.

Scævola Libro 28. Digefſtorum.

Qui Roma mutuam pecuniam acceperat ſolvendam in longinqua provincia PER MENſES TRES, eamque ibi dari ſtipulanti ſpondiſſet, poſt paucos dies, Roma reſtato creditori dixit, paratum ſe eſſe Roma numerare, detracta ea ſumma, quam creditori ſuo uſurarum nomine dederat. Quaſitum eſt, cum in integrum ſummam, qua ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit, an eo

H h 2

loco,

loco, in quo solvenda promissa est, sua die, integra peti possit. Respondit, posse stipulatorem sua die, ibi ubi solvendam stipulatus est, petere.

Quid, per *mensēs tres*, apud Scævolum in L. 122. d. Verb. Obl. intelligi debeat, inter Doctores nostros, est altercatio. Haloander & Vulg. quia non ea verba recte intelligunt, loco, per *mensēs tres*, ita potius, post *mensēs tres*, substituunt. Male! Haber Gotofredus, hoc loco. Ubi ita ipse potius interpretatur. *Per tres menses* i. e. *tribus pensionibus*. Ut Græci, *ἄρα τριῶν μηνῶν*. Et ita male Gotofredus. Tametsi enim, quod credo Gotofredi argumentum est, haud negaverim, usuras s. pensiones apud Romanos singulis mensibus solvi solitas, & argumento probem, legis 12. Tab. *Si qui nunciario fœnore amplius fœnerasset, atque vulgato illo constat, tristes venere Calenda*, quin, ipsa *calendaris* vox, sed & ille consentiat, qui *lunam cœlo detrahere* cupiebat; Quo minus tamen, per tres menses solvendas *usuras*, in lege nostra, intelligam, facit, quod aperte de *ea solvenda* per tres menses pecunia, ibi agi videam, quam NB. *mutuam* quis accepit; non tantum, sed & pecuniam per tres menses solvendam, usurarum nomini, ibidem oppositam legam. Per *tres menses*, intelligi debere, *conventum a contrahentibus totum debiti tempus*, volunt verba in lege finalia: *sua die*. Per *suam diem* enim, placitum ante solutionis terminum h. e. *tertium mensem, naturaliter elapsum*, Jctum significare, non ambigo. arg. §. 2. d. Verb. O. L. 6. ff. d. Obl. & alt. Ut præpositio, *per*, idem hoc loco, quod *intra* (Germanice *inwendig* / *innerhalb*), notet, ceu in illo Maronis: *Circum perque* (i. e. *intra*) *duos, in morem fluminis arctos*.

X X V I I I.

Ibid. in integrum summam.

Quid porro, in d. L. 122. de Verb. Obl. illa sibi verba velint: *in integrum summam*? Variis modis inter se nostri pugnant. Ut confutentur, vix est merito. Gotofredus probata ediriene vulgata, legendum putat: *integram summam*. Charondas ita: *in integram summam*. Alii: *non integram summam*, retinendum existimant. *Integram summam*, ad sensum saltem quem præfati duo critici in lege ponunt, non esse oblatam, inde sequitur, quia NB. *detracta* ei summa erat, quam creditori suo dederat, usurarum nomine. Propterea autem, cum memorata postremo loco aliorum secta, loco, *in*, *non*, corrigere, non est necesse. Cum conjuncta potius oratione: *inintegram summam*, summam *non integram*, habeas. *Inintegram* enim, idem erit, quod *non integrum*. Ut alias,

alias, *incestum, incastum, pro non casto, inofficiosum, pro non officiosa, &c.* dicimus.

Ex facto adhuc quod obvenit, consultus de jure; quæro: *Primus* dat v.g. *Roma, 1do*, mutuos aureos ducentos. Stipulatur a *2do*, ut eos solvat, intra annum, in longinqua provincia. Solvit *2dus, primi* creditori *Tertio* alicui, usurarum nomine, *decem*. Post paucos dies, *Romæ* testato creditori dixit, paratum se esse, *Romæ* debitam pecuniam numerare, detracta ea summa quam creditori suo usurarum nomine dederat. Quæro, an in eo loco, in quo solvenda promissa est pecunia, sua die, integram summam petere *primus* possit? Respondi, posse stipulatorem sua die, ibi, ubi solvendam stipulatus est, petere. Licet enim, ratio dubitandi hæc sit, quod in integrum summam, qua stipulatione obligatus erat, *2dus* obtulerit, cum 10. stipulatoris creditori dederat, reliquum dare paratus erat; Ast hæc tamen me decidendi ratio movet, quod non in eo loco obtulerat, ubi dare promiserat. Ita respondi, non adducta quidem hac lege nostra, quoniam in controversia est, sed decretis alijs nostri juris liquidis. Utur alias nihil videam, quare in facto proposito, dicta dubitandi, atque decidendi ratione, *JCrum* in d. nostra L. respondisse ita, negaverim. Ita esse, faciunt, verba legis: *creditori NB. suo*. Ita habes dubitandi rationem. Ita vides, in integrum summam oblatam esse, dum partem creditoris sui creditori jam dederat, partem alteram solvere paratus erat. Ita tandem salva servari lectio in omni sua parte potest.

X X I X.

Ibidem. §. 5.

Seja heres unius tutoris, cum herede pupilla transactione pacto solo facta, majorem partem solvit, residuam cavet, sed illico negavit heres se transactionem servare, Et apud judicem tutela agit, Et victus provocavit ad competentem judicem, Et ab eo quoque ad principem idem provocavit, Et injusta hæc quoque ejus provocatio pronuntiata est. Quæsitum est, cum per pupilla heredem mora intercesserit, quo minus pecunia in stipulationem deducta, ab herede tutoris solveretur, nec un-

H. h 3;

quam

quam petieris, azei hodie debeantur usura ab herede tutoris. Respondit, si SEJA NON CESSASSET, ex stipulatione pecuniam offerre, jure usuras non deberi.

L Aceretur, per me licet, Alciati quod habet manuscriptum antiquum (O san-
ctum antiquum manuscriptum !), ex quo ipse nostram evertere omnem
jurisprudentiam, atque loco : *si Seja non cessasset*, in L. 122. § 5. de V. O : *si Seja
ante cessasset*, reponere, conatur. Nimia Alciati tua, erga *Sejam* ante cessantem,
liberalitas ! *Sejam* ante cessantem, *pecuniam offerre quam cavuit, & cujus ratione,
actionem jam patitur*, ab usuris immunem non laudari, contra, illam non ces-
santem ab usurarum præstatione liberam esse, probò. Quid enim, ab illo me-
rito, quo sacerdotes juris alias appellamur, tam differens est, quam *cessantibus
desidibusve, præ vigilantibus*, legitima liberationum præmia concedere ? Conf.
L. 1. ff. de just. & jur. Debemus, Haloander, bonas reipublicæ *Sejas* efficere, pœnz
metu, & non, cessantes facere, exhortatione præmii. d. L. 1. *just. & jur.* Debet differen-
tia esse, inter *Sejas* desides, & vigilantes. L. 2. C. de ann. except. *Illas*, non debe-
mus audire quidem L. 78. leg. 2. *Hiscæ*, sunt premia scripta. L. 24. *Q. in
fraud. cred.* Nec Jctum in Lege nostra aliter dixisse, sed contra potius, *heredem
pupille* in mora fuisse, & sic non cessasse *Sejam*, verba textus habent.

X X X.

L. 37. de Stip. Serv.

Pomponius Lib. 3. ad Quintum Mucium.

Si communis servus ita stipularetur, Lucio Titio & Gajo Sejo dare spondes? qui sunt Domini illius. Pro virilibus partibus, eis ex stipulatione debetur. Si vero ita, Dominus meus dare spondes? pro parte qua Domini essent. Si vero ita, Lucio Titio & Gajo Sejo Dominis meis dare spondes? dubitaretur utrumve VIRILES PARTES, an pro Dominica portione eis deberetur? &c.

V *iriles partes*, offenderunt Haloandrum, in L. 37. ff. de Stip. Serv. dum ita ipse ibi : *per viriles partes*, reponit. Ob sequens, ni falliar, verbum : *debetur*. Cui tanquam singularis numeri voci, illa numeri pluralis verba : *viriles*

les partes : minus convenire videntur. Hem virilem tibi in Haloandro impetum ! Ab elegantiori enim latino sermone alienum esse mihi videtur : *per viriles partes debetur*. Sed quod non utar *Haloandri* correctione, facit, quod citra eam, textus intelligi meliori modo possit. Quid ergo ?

Per ellipsin hic, ut alias ex stilo Jctorum veterum, fuisse locutum *Pomponium*, arbitror, hoc modo : *dubitaretur, utrumne viriles partes* (subaudi, deberentur), *an pro Dominica portione eis deberetur*. Sæpius autem, oratione Elliptica, Jctos Veteres, verba subaudivisse (subintellexisse, scribit secunda latinorum rudior), observamus passim.

Si corrigere opus esset, præferrem : *dubitaretur, utrumne virili parte, an pro Dominica portione eis deberetur*.

Vel, *dubitaretur utrumne IN viriles partes, an pro Dominica portione eis deberetur*. Quod magis Romanum est, quam Haloandrinum illud : *per viriles partes &c.*

X X X I.

L. 16. §. 3. 4. & 5. De Fidejussoribus.

Julianus Libro quinquagesimo tertio Digestorum.

§. 3. *Fidejussor accipi potest, quoties est aliqua obligatio civilis vel naturalis, cui applicetur.*

§. 4. *Naturales obligationes, non eo solo estimantur, si actio aliqua earum nomine competit: verum etiam cum soluta pecunia repeti non potest.*

§. 5. *Nam licet minus proprie dicantur naturales debitores: per abusionem intelligi possunt debitores. Et qui ab his pecuniam recipiunt, debitum sibi recepisse.*

Totum illum spherum ætæ, privata alicujus glossatoris auctoritate, in nostrum juris corpus irrepsisse, atque translatum ab eodem glossatore esse, ex L. 10. d. *obl. & act.* putat Hotomannus. Quinimo contra, ab ipso *Juliano* hic inferta fuisse, probat spherus præc. 3. & magis ille qui sequitur. In §. 3tio, de obligatione naturali, *Julianum* tractasse, in §. 4to, naturalem obligationem illum significare, in §. 5. explicationem eam illum probare, verba connectentia probant. Probare Jctum in §. 5. explicationem a se factam in §. 4to, non tantum con-

tex-

textus probat, sed adhuc volunt verba in utroque §pho : pecunia NB. repeti non potest pecuniam NB. recipiunt. debitum sibi NB. recepisse. Hotomannum fecellit, sed nescio quomodo, quod in d. L. 10. eadem verba, quæ hic in § 4 legantur. Est turpis dictu dubitandi ratio ! Præterquam enim, quod aliquo modo adhuc differant in utraque lege verba, quoties non in nostro etiam juris corpore, easdem juris sententias eisdem verbis, in diversis locis, pro explicatione, atque decidendis quæstionibus, adductas vides ? Cæterum : quod post verba finalia : *debitum sibi recepisse*, Glossa notam faciat hanc : *scilicet videtur. Ut supra L. quibus §. Dominus*, quare faciat glossa, non video. *Quod enim debitum sibi recepisse*, NB. *intelligi possunt*, est in præced. vers. Conf. quæ notavimus, in præc. capite, ad. L. 37. d. stip. serv.

X X I I.

L. 19. Ibidem.

Idem Libro 4. ex Minicio.

Servus inscio Domino pro quodam fidejusserat, Et eo nomine pecuniam solverat : querebatur, Dominus possetne ab eo cui soluta esset, repetere. Respondit, interest quo nomine fidejusserit. Nam si ex causa peculiari fidejussit, tunc id quod ex peculio solverit, repetere Dominus non poterit. QUOD ex Dominica causa solverit, vindicabitur. Si vero extra causam peculii fidejusserit, quod ex Dominica causa solverit, a quo vindicabitur, quod ex peculio, condici poterit.

DUOS distinctos articulos, duos utriusque illius membri, iterum appendices, quatuor autem sic juris diversas sententias animadverto, in L. 19. ff. de fidejussor. Hæc est in lege nostra proposita quæstio : *Num dominus repetere pecuniam possit, quam servus ejus solverat, ex fidejussione ab illo facta, Se inscio ?* Respondet JCtus, duobus positis distinctis articulis, interesse, An EX CAUSA PECULIARI fidejusserat servus ; An EXTRA CAUSAM PECULIAREM. Primum articulum habes, in *v. nam si*. Alterum, in *v. si vero*. Circa utrumque, duobus adhibitis appendicibus sive partibus, iterum subdividit, num ex *peculio* solverit, num ex *dominica causa*. In ipsiis distinctis membris, de facta *fidejussione*, in utriusque ejus membri partibus, de *solutione*, tractat. Pruden-

denter & solide, cum hæc duo sint in quaestione. Et sic nunc quatuor hæc juris sententias Julianus dicit. I. Si, ex PECULIARI CAUSA fidejubens servus, ex *peculio* solvit, reperere dominus non poterit. II. Si, EX PECULIARI CAUSA fidejubens servus, ex *causa Dominica* solvit, jam dominus vindicabit. III. Si vero EXTRA CAUSAM PECULIAREM fidejubens servus, ex *causa Dominica* solverit, itidem vindicatio Domino competet. IV. Si EXTRA CAUSAM PECULIAREM fidejubens servus, ex *peculio* solvit, jam conditio Domino competet. Hæc omnia, nostram legem significare, nemo negaverit, qui verba scripta: *ex peculiari causa*, item, *extra peculiarem causam*, cum industria scripta, attenderit, atque in iis principalia duo distinctionis pacta sive membra; in verbis autem reliquis, utrique illi distincto articulo subjunctas duas iterum distinctiones, sive, membri utriusque illius, partes iterum duas observaverit. Nemo ambigat magis, qui vel sola verba nunc relegerit. Et hæc monstrasse sufficiat. Sed ulterius, legem ita habere convenienter nostri juris decretis reliquis, probabo etiam. Quod in casu, ubi servus ex *causa Dominica* solverat, nihil tum intersit, EX CAUSA PECULIARI an EXTRA EAM fidejusserat, sed in UTRAQUE tum facti illa specie, æque Dominus pecuniam vindicare poterit, solutam ex Dominica causa, ratio vult in ipsis verbis tacite a Jcto proposita, quod ex causa Dominica NB. *sua* soluta erat. Leges, hac in parte notæ sunt. Quod vero Dominus condicere pecuniam nequeat, si ex *peculio* facta erat solutio, in facti specie PRIORI (ubi ex causa peculiari facta fidejussio), in POSTERIORI vero casu (ubi extra peculiarem causam facta fidejussio) condicere tamen possit, pecuniam solutam ex *peculio*, & hoc vult ratio a Juliano iterum in ipsis verbis tacite dicta, quia illo casu ex *causa* NB. *sua peculiari*, altero casu, *extra causam suam peculiarem* servus fidejusserat. Solutionis factæ, initium, fidejussio facta quomodo, inspicere debet. Sed nunc judicetis, quæso, O optimi nostri juris interpretes atque sanctissimæ pene jurisprudentiæ socii, quotquot pro salute Romanæ artis estis solliciti, judicetis inquam, quanta ergo ratione, ad ipsa juris nostri limina eruenda, in dicta lege Haloandri correctio hucusque probata fuerit, dum contra in manifestum Juliani stili autorem, idque invita Themide, loco, ibi, *quod ex Dominica*, substituendum esse, *quod si ex Dominica*, arbitratur. Nemo credo amplius sentiat, qui, quod Haloander non attendit, posthac animadverterit, in dictis verbis: *ex causa peculiari*, atque *extra causam peculiarem*, primarias distinctiones, in reliquis subjectis utrique capiti verbis, subdistinctiones, Julianum habere.

Ibi, de facta fidejussione; Hic, de solutione agit.

X X X I I I.

L. 21. §. 3. Ibidem.

Africanus Lib. 7. Quæstionum.

Quod si stipulator reum heredem instituerit, omnimodo fidejussoris obligationem peremit, siue civilis siue naturalis tantum in reum fuisset: quoniam quidem nemo potest apud eundem pro ipso obligatus esse. Quod si idem stipulator fidejussorem heredem scripserit, procul dubio solam fidejussoris obligationem peremit. ARGUMENTUM REI, QUOD si possessio rerum debitoris data sit creditori, aque dicendum est fidejussorem manere obligatum.

Verba illa: *Fidejussoris obligationem peremit. Argumentum rei quod si, ut vulgata lectio habet, in L. 21. §. 3. de Fidej. sunt in mendo. Purgemus; operæ pretium erit. Sic autem emendo: Fidejussoris obligationem peremit, argumento rei. Quod si &c.* De alterata interpunctione nemo verbum dixerit, aut oportet ante limina antiquitatum versetur. Conf. Obs. Leg. Obs. § 1. Loco, O, UM, ut facile potest, ita irrepsisse sæpius, nemo ignorat etiam. Sensus autem perspicuus est, & naturalis jurisprudentia: *Quod si idem stipulator fidejussorem heredem scripsit, procul dubio solam fidejussoris obligationem peremit, argumento rei. Argumento rei, h. e. exemplo rei. De ipso enim reo, ut antea egerat JCtus, ita ergo recte, de fidejussore subjiciens, argumento rei, tanquam ratione suæ sententiæ, dicit, & fidejussoris obligationem perimit.*

II. Vel, *solam fidejussoris obligationem peremit, argumentum rei.* H. e. Noh. hoc casu (ut in priori quidem), heredis institutio, in persona scil. fidejussoris facta, utriusque personæ obligationem perimit, non rei principalis videl., sed *solam* fidejussoris obligationem peremit, tanquam rei, siue debitoris principalis, non nisi argumentum. Sublata scil. in priori casu ipsius rei obligatione principali, & argumentum ejus, obligationem fidejussoriam, tanquam accessorium (argumentum ejus), sublata esse, dicas oportet. Contra, in casu posteriori, per sublata fidejussoris obligationem, utpote nonnisi accessorium atque argumentum principalis rei obligationis, hanc sublata, non dixeris. Cui accessorium, sequi principale suum, non hoc, illud sequi necesse habet.

Sub-

Sublata ergo fidejussoria obligatione, sola hæc, non per hanc sublata etiam rei obligatio dici debet. Cum illa nonnisi hujus argumentum sit. Quid ita nunc æqui bonique Lector, de Haloandrina correctione dicendum sit, ipse judicaveris, dum

III. Ille, prædicta verba ita substituit: *Fidejussionis obligationem perimit Argumentum rei hoc est.* Est superflua correctio. Cum vel nulla plane, vel non tam magna & monstruosa Haloandrina indigere nos, jam vidimus. Et quale, amabo vos! hoc rei argumentum esset, a possessione rerum debitoris data creditori, ad fidejussorem institutum heredem a stipulatore? Argumentum, mentum indicans sic satis quidem bonæ fidei, amplum, largum etiam atque spatiosum, sed non tamen arguens mentem aliquam. Quare, argumento tali probaverim, fidejussorem heredem factum a creditore, a fidejussionis causa non liberari, quem liberatum ita volunt, sanctiones nostri juris? Quam quæso, sive cum sequentibus sive cum præcedentibus *Africani* verbis communionem connexionemve Philosopho dignam, hæc verba: *argumentum rei hoc est, quod si*, construere, intelligenda sunt?

X X X I V.

Ibidem. Fidejussorem manere obligatum.

M *Alum, malum auget, est in Proverbio. Quoniam verba præcedentia in L. 21. §. 3. nostri non intellexerunt, hinc nec sequentia ibidem: Fidejussorem manere obligatum, percipere Faber potuit. Et quia non percepit, hic corrigi: Fidejussorem non manere obligatum. Et ne nugis refutandis, tempus teramus, dicam compendio, to æque i. e. similiter, se referre, non ad v. fidejussoris obligationem peremit, sed ad v. præc. solum. Sicuti in præcedenti nimirum casu, solus fidejussor liberatur, reo adhuc obligato, ita vicissim, æque, similiter, hoc casu (ubi bona debitoris ad creditorem pervenerunt) solus debitor liberatur, fidejussore manente obligato. Et quis quæso dixerit, fidejussorem per hoc liberatum esse, quod possessio rerum debitoris data sit creditori? Integra verba nostri sphi repetas, sensum quem dixi videbis esse: *Si stipulator rerum, heredem scripsit, non rei tantum, sed & fidejussoris obligationem peremit. Quod si heredem scripserat fidejussorem, non rei etiam sed solam procul dubio fidejussoris obligationem peremit, (utpote, nonnisi) argumentum rei. Quod si possessio rerum debitoris, data sit creditori, æque, similiter, fidejussor manebit obligatus, reo solo exempto. Non liberato ipso jure, ut in primo casu. Quem casum adde Laut. h. t. in fine.**

X X X V.

L. 70. §. 4. De Fidejussoribus.

Cajus Lib. I. de Verborum Obligationibus.

Si a furioso stipulatus fueris, non posse te fidejussorem accipere certum est: quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed nec negotium quidem ullum gestum intelligitur. Quod si PRO FURIOSO jure obligato, fidejussorem accepero, tenetur fidejussor.

VEL, furibundus fuit JCtus, Haloander; Vel, titulo fidejurarum cerebrum ejus operam dedit, de *moto termino*; Certe, non capite bene valuerit, eo tempore oportet, quo ipse in L. 70. §. 4. de *fidejuss.* loco, *pro furioso jure obligato*, ita, *pro reo furiosi jure obligato*, reponendum esse, tecum studuit; arg. v. precedentis, ubi nimirum dicitur, & quod alias constat, *furiosum obligari nullo modo posse*. Sit hoc, per me licet, acumen Haloandri, non erit meum tamen.

II. Distinguentem in dicta l. *Cajum* nostrum JCtum video, inter furiosum illum, qui furiosus *jam* est, interpositæ stipulationis tempore, atque illum, qui furiosus *postea* factus, ante autem furoris tempus, jure jam obligatus fuerat. Has duas de jure sententias a Cajo propositas teneo. I. *Præ negotio gesto a furioso furoris ejus tempore, fidejussor acceptus, non obligatur.* Contra, *pro negotio a furioso gesto ante ejus furorem, assumi recte fidejussor potest.* Sive, ut id nunc verba nostræ legis habent. I. *Si a furioso* (qui ergo hoc tempore jam furiosus erat) *stipulatus fueris, non posse te fidejussorem accipere certum est: quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessit, sed nec negotium quidem ullum gestum intelligitur.* II. *Quod si pro furioso jure obligato* (antea jam, sive non furoris hoc tempore), *fidejussorem accepero, tenetur fidejussor.* Nihil est tam clarum, quam, hanc explicationem verba legis admittere. Duos diversos casus, legem habere, probant verba, diversos casus indicantia: *Quod si.* Et quid alias tam absurdum esset, quam hoc: unum eundemque furiosi temporis casum, JCtum bis in uno loco proposuisse; Et quidem ad hoc, ut diversa decideret? Duos illos, quos dixi, distinctos a se casus, *Cajum* habere, plus satis indicant illa verba: *a furioso stipulatus fueris*, item, *pro furioso obligato, fidejussorem accepero.* ILLA verba, in priori legis parte, illum furiosum dicunt, qui talis erat tempore in itæ cum illo stipulationis; POSTERIORA vero verba, in altero legis capite, furiosum illum dicunt, qui talis erat tempore assumti fidejussoris pro illo

illo; jurè jam obligato antea. Verba illa : *a furioso stipulatus fueris*, non possunt aliud quid significare, quam, *stipulatum te fuisse a furioso*, sive, *ab illo te fuisse stipulatum, qui jam cum furiosus erat*. Contra, verba hæc : *pro furioso jure NB. obligato*, significare non possunt, *te a furioso stipulari*, sive *furiosum te obligare velle*, sed, *obligatum jam antea* (ubi nondum furiosus erat) *fuisse*, significare debent. Vis excipere, *furiosi illud obligati tempus*, utut *præteritum* quidem, non illud solum tamen dicere quod ipsum *furorem* præcessit, sed & quod *fidejussionis actum* anteivit, & sic furiosum ante fidejussionem quidem, in ipso tamen furoris tempore obligatum, significare posse; Non dissentiam. Dum ita vero id simul tamen consentis, & quod nemo nisi furiosus negare potest, & alterum, ante furorem scil., præteritum tempus, verba legis admittere, quare ergo hoc negligere, & id solum præteritum tempus agnoscere vis, quod difficultatem parit, furibundam jurisprudentiam habet, & citra correctionem brutam, a te non intelligi potest. Dicitæ nostræ distinctioni, consentit, quod & ipsa alias nostri jurisprudentia, in dirimendis de furioso quæstionibus, distinguere ita solet, inter furorem *supervenientem*, atque illum *qui ab initio* fuit. Conf. §. 1. *Quib. non est perm. fac. test.* L. 14. *de off. præf.* L. 8. *de his q. sunt sui vel alien. jur.* Sed magis erit, utrumque illum in nostra L. articulum, ratione juris monstremus. *Cajus* Ipse, utut recte, rationem maximam habet. Prioris ejus sententiæ (*pro contractu cum furioso tempore furoris ejus inito, assumptum fidejussorem, non obligari*), ratio hæc est: quia contractus a furioso celebratus, obligationem nullam inducit. Et hanc rationem *Cajus* habet, in *§. stipulatio nulla &c.* Hoc est, rationis ratio hæc erit: Quod sicuti fidejussoris obligatio NB. *accessoria* est, sic ergo esse non possit, ubi *principalis* obligatio, cui accedere queat, nulla est. Sicuti fidejussor, ille definitur, *qui quod alius NB. debet, fide sua esse jubet*, ita ergo fidejussorem non agnoscere poteris, ubi nemo adest, qui debet. Hanc rationem *Cajus* attendisse, minus dubites, si observaveris, illum, quod exacte scripserat, NB. *nullam cum furioso intercessisse stipulationem*, hoc modo, emphatice scriptum reperiisse: *sed nec ullum quidem gestum negotium intelligitur*. Sicuti nimirum alias in contractu *pupillari* sine tutoris sui consensu factò, juris est, ipsum illum pupillum quidem inde non teneri, fidejussorem attamen pro eo acceptum obligari, atque hic ut obligatus recte dici possit, pupillarem ideo obligationem illam, *aliquam*, sive *hactenus validam* haberi, ut fidejussoria scil. ei tanquam principali accedere possit; Sic ergo, ne idem fundamentum alias, quoad *furiosum* hic tibi dubium faceret, *Cajus* prudenter ita nobis occurrere voluit: NB. *nullam hic stipulationem, nec ullum plane quidem hic negotium intelligi posse*. Et recte nullum hic, ut in contractu pupillari aliquod tamen, negotium gestum statueris. Optima lege, optimo jure, ex *furiosi* factò, nullam, ex *pupillari*, aliquam obligationem ortam dixeris. Quoniam pupillus, etsi pupillus, aliquem tamen intellectum habet, furiosus contra-

nullo plane animi sensu gaudet, unde vero omnis obligatio proficisci debet. Neque amplius de ratione, sententiæ prioris, in lege nostra. POSTERIORIS (fidejussorem teneri scilicet quem pro furioso accepisti, obligato tibi ex negotio gesto ab illo ante furorem), ratio, ex præcedenti prioris sententiæ ratione collecta, itidem a Cajo obscure quidem, sed tamen prægnans proposita est, ut quidem ego suspicor, in verbo illo; obligato: Quod licet alias, dubitandi hæc esse causa posset, furiosi obligationem nullam dici, & per hoc, nec accedentem ipsi obligationem fidejussoriam, tanquam principali destitutam, esse posse, ita vero decidendi nunc hæc ratio est, quod antea semel furiosus obligatus fuerat, & sic fidejussoria obligatio utriusque tamen habeat, cui tanquam principali accedere possit. Et quæ ratio iterum rationem juris habet: Neque enim furor superveniens, aliquod ante recte gestum negotium dirimere potest. Non maleficium quidem, non ultimam voluntatem, non contractum, stipulationem v. g. non matrimonium quidem. d. §. 1. Quibus non est per. fac. test. &c. Et quod iterum fundamentum habet. Quemadmodum, illud nimirum quod vitiosum est ab initio, tractu temporis convalescere (reconvalescant præputiati) non posse dicitur, ita quod initio semel valuit, nec vitiosum fieri tractu temporis hoc casu oportet. Prima ratio hæc est: Principium cuiusque rei inspiciendum est. Secundum regulam. Juxta quæ omnia, contractus tempore furoris cum furioso initus, vitiosus erit, & vitiosus semper manebit; & per hoc, fidejussorem accipiet nunquam. Contra, qui tempore sanæ mentis celebratus contractus fuit, validus semel, & validus semper, manebit, nec per furorem supervenientem invalidus fiet; & sic fidejussorem semper recte assumer.

III. Quod si pertinaciter contendas tamen, de solo illo, obligati furiosi, præterito tempore, Cajum agere, quod quidem fidejussoris actum, sed non ipsum furorem præcesserit, quid? non tamen opus habuisset Haloander illa sua correctione, dummodo memor fuisset juris nostri præceptorum reliquorum. Possumus enim & alio modo adhuc, furiosum jure obligatum, in nostra lege tenere, v. g. si sit locupletior factus. Quemadmodum tum furiosum namque obligatum, nominatim legis in L. 46. de oblig. convenienter rationi, qua vult NB. neminem (nec furiosum) cum alterius damno locupletari, L. 14. d. Cond. ind. Sic omnino recte, pro ita obligato furioso, fidejussorem assumi posse, Cajus dixit. Ut ita hunc casum, ita & alterum quoque, quem primo loco memoravi, lex nostra habeat. Utrumque illud præteritum tempus; in utroque ita temporis præteriti casu, obligatum furiosum, & pro furioso obligato, fidejussorem acceptum teneri, dixisse Cajum, vel dixisse saltem posse, juris saltem ita esse, teneo. Ex antedictis juris sanctionibus. Dixisse autem utrumque casum, Cajum, potest revera: Tenetur fidejussor, acceptus, pro furioso jure obligato. H. e. illo, qui ante furorem negotium gesserat; vel etiam, illo, cum quo in furore gestum negotium, si locupletior inde factus sit. Tres has juris sententias propu-

gno;

gno ; Ita de jure profitebor semper ; Ita in obviente futuro casu, vel de jure Referens, vel Consultus respondebo, atque Patronus tuebor. I. Si pro aliquo, qui furoris sui tempore debitorem se constituerat, fidejusseris, conveniri nullo modo poteris. II. Si pro aliquo fidejussorem te constituisti, qui jam quidem interposita fidejussionis tempore furiosus est, antea vero, tempore sana mentis, ansam obligationi dederat, omnino ex fidejussione tua teneberis, etiamsi locupletior furiosus factus non fuerit. III. Si pro illo fidejussorem egeris qui ipso furoris tempore causam obligandi inivit, unde locupletior factus erat, iserum nervo nexus fideiussor eris. Ita de jure dicam, sine qua diffidentia animi mei, sine fraude. Ita per legem nostram, omnes enim illas tres sententias habet. Ita proptignabo argumentis juris nostri reliqui liquidis, quæ dixi.

Illud adhuc in lege nostra quod scribens observo, negligentius non omitterendum reor, totam illam, de contractibus cum furioso celebratis, materiam, ad raros in jure nostro casus, referendam esse. Quis ad furiosum enim, contrahendi causa cum illo, facile accesserit ? Quis sensum suum cum furiosi sensu libenter conjunxerit ? Quis erit tam vilis ingenii, ut suum sensum, cum furibundo jungat ? Qui per naturam homo ingenium tuum acere atque augere cupis, (Vid. Wolff vernünftige Gedanken) quo pacto a te impetrabis ut cum furibundo convenias ? Quomodo sensum furiosi desiderabis, qui sensu caret ? Mihi nondum talis casus occurrit, ut in Belgio olim atque Germania in foro versanti diu. Num furiosus ex malo facto a te commisso, teneatur quatenus lucrum apud illum fuerit superstes ; Etiam, an fidejussor pro tali lucro acceptus, teneatur, occurrit quæstio ? Posse etiam ex quasi contractu, negotii v.g. furiosi gesti ab alio, debitorem furiosum evadere, non nego. Casum autem, quo quis a furioso v.g. stipulatus fuit, commodati contractum &c. cum eo ineat, aliasve vere cum eo consentiat, casus esse contingentes raro, *ἐν παραλογῷ*, non, *ἐπι το πλῆθος*, existimo. Et quos magis miraberis, dum non in nostra lege tantum, aut semel alias vel bis, ceu in rebus raris aliis consuevit, sed ut plurimum & ubivis passim, ex professo illam materiam, quatenus ex contractu obligari furiosus possit ? propositam legimus.

X X X V I.

L. 5. §. ult. de Solutionibus.

Ulpianus Lib. 43. ad Sabinum:

Apud Marcellum Libro Digestorum queritur, si quis ita caverit debitori: in sortem. Et usuras se accipere;

utrum;

utrum pro rata & sorti & usuris decedat, an vero prius in usuras, & si quod superest, in sortem? Sed ego non dubito, quin hac cautio, IN SORTE ET IN USURAS, PRIUS USURAS ADMITTAT, DEINDE, si quid superfuerit, in sortem cedat.

Ille verba: *in sorte & in usuras &c.* in L. 5. §. ult. ff. d. solut. in editione hodierna nostri juris corporis, probata etiam a *Charonda*, non habent sensum. *Haloander & Vulgati*, ita substituunt: *in sortem & usuras admittatur, sed prius in usuras, & deinde.* Nec in usuris nec in ipsa sorte placet correctio. Quale enim, si subtiliter attenderis, hoc esset admonitorium: *in sortem & in usuras admissum esse, sed prius in usuras admissum esse?* Sed quare tanta mole correctionis opus erit, ubi citra correctionem, textus est omni pisce sanior. Loco *sorte* enim, *sorte M* (ut hoc recte *Haloander & Vulgati* habent), substituto, atque tum verbis illis: *in sortem & in usuris*: curvis (ut hodie dicunt), vel uncialibus litteris lectis, sensus hic erit genuinus: *sed ego non dubito, quin hac cautio: IN SORTEM ET IN USURAS* (subaudi se accipere), *prius usuras admittat.* Ipsum ita illum modum cautionis, attendisse *Cajum*, probat verbum: *Hac*, item illud *NB. ita.* Quod vero in *Florentinis*, in hoc *v. non sorte E, sed sorte M*, legatur, ipse dicit præmissus ille hujus cautionis modus: *si quis ita caverit debitori: In sortem & usuras se accipere.* Item, quod scriptum antiquitus ex more ita fuerit, transposita linea: *sortē. h. e. sorte M.* Quam vero lineam, dum non viderunt alii, aut scribendi illum morem ignoraverint, hinc vitium: *sorte E.* Et quare in præcedenti quoque *v. an vero prius in usuras & si quid superest in sorte E,* itidem *sorte M,* reponamus; Vel, utramque vocem, *usuris & sorte E,* in ablativo casu, reponendam suspicor.

X X X V I I.

L. un. §. 4. *Furt. advers. naut. Caup. Stab.*

Ulpianus Lib. 38. ad Edictum.

Quod si receperit salvum fore caupo, vel nauta: furti actionem NON dominus rei surrepta, sed ipse habet, qui recipiendo periculum custodia subiit.

Post verbum: *NON*, in L. un. §. 4. ff. *fure. advers. naut. caup. stab.* sub-audire

audire nos debere, verbum : *ransum*, monet *Charondas*, & *Gotofredus* probat. Non recte illos subaudire, non veram quoque sic profiteri jurisprudentiam, tali argumento puto : Quoniam actio furti, domino non datur, nisi quando ejus interfit, §. 13. *I. d. obl. q. ex del. nase*. In casu autem hic nostro, Domini non interesse, inde sequitur, quia nauta caupoque, periculum in se receperant, & a quibus sic suum consequi recte poterit, rei surreptæ dominus. Si non ex hoc juris nostri fundamento, inde ramen, duo illi Divi fratres (*Charondas* & *Gotofredus*), videre debuissent, *Dominum rei surrepta hoc casu agere non posse ex Jcti sententia*, dum in præc. §pho legunt, *dominum rei surrepta sibi agere posse*. Cui enim, dum hunc §phum nostrum oppositum legunt, arg. *¶ quod si*, utique dicere nihil aliud potuissent, quam, Jctum in hoc §pho, non voluisse, dominum rei surreptæ actione furti agere posse.

X X X V I I I.

L. 5. §. 10. de Injuriis.

Ulpianus Lib. 56. ad edictum.

Eadem pana ex Senatusconsulto, tenetur etiam is qui επιγραμματα, aliudve quid sine Scriptura IN NOTAM ALIQUORUM produxerit.

Notæ sunt variorum, memini, ad *¶. in notam aliquorum*, in L. 5. §. 10. de injur. Evolvere omnes hac vice non vacat. Unam earum hanc teneo : Ut *to* : *aliquorum*, in textu deleamus ; Atque per, *notam*, Scripturæ compendium siglaque, intelligamus. Quasi vero Jctus dixisset, *injuriarum ex SCto teneri, non illum tantum, qui integra litterarum consequentia, sed & etiam quoque qui contractis lissèrarum notis, sive siglis, libellum famosum scripsit*. Domini Notarii : Hæc mihi vestra nota placere hodie non vult. Neque enim Jctus, integræ litterarum consequentiæ, *notas* sive sigla, sed *quid aliud*, opponit. Et quis dubitaverit, obsecro, *dum ille ex SCto tenetur, qui libellum famosum scripserit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret*, quin etiam ille teneatur, qui siglis scripserit ? Quasi vero etiam alias, libellus famosus ad infamiam alterius notis scriptus, ad infamiam alterius scriptus libellus famosus non esset ? Quasi vero *injuria*, sine litteris integris sive siglis scripta, non injuria esset ? Quasi vero non contra potius, si rem ad verum exigas, *conrumeliam* magis contineret, si quis non integris litteris, sed siglis ad infamiam alterius utatur ? Qualis autem etiam insolita hæc apud Latinos locutio fuisset : *in notas NB. producere* ? Cum illis *contrahere* potius, quam *producere* nos, dici oporteat.

Per *notam* igitur, hoc casu, non *litterarum compendium*, ut alias quidem, sed ipsam alicui factam contumeliam, ipsam alterius famæ læsæ *notam*, intelligendam esse, arbitror. Juxta hunc, ni me fallat omnis interpretandi ratio, *Ulpiani sensum*: *Eadem pena ex SCto tenetur; etiam is qui epigrammata* (i. e. inscriptiones), *vel aliud quid, sine scriptura* (h. e. non inscriptione sive alterius libelli genere), *in alterius notam* (infamiam), *produxerit*. Vel id quod de libro factu ad alterius infamiam, in §. præc. dicitur, hujus ratione scilicet teneri non illum tantum qui scripserit, sed & qui non scribens ediderit, idem illud in hoc §. nostro, quoad epigrammata aliudve libelli genus repetierit. Idcirco, ut & quoad hæc, teneatur nimirum, non tantum ille qui scripsit, sed & qui non scribens (sine scriptura), in *notam* alterius, ea produxerit. Ut sic in duobus hisce sp̄his, eodem modo quemadmodum in §. 1. Inst. h. t. tam de ipsis libris, quam de epigrammatibus carminibus atque historiis, habeas, tenei non tantum, qui scripserit, sed & qui ea ediderit (sive produxerit), in *notam* alterius. Hoc autem pacto, *notam*, Idcirco in textu nostro desiderasse, ex eo patet, quoniam sola *epigrammaticis* vel *alterius libellis* productio, ad hoc ut ex SCto tanquam injurians teneatur, non sufficit, sed in specie dolosus injuriantis, in *notam* alterius, animus requiritur, ex primis juris nostri decretis. Adeo enim verum est voluntatem & propositum delinquentis maleficia distinguere. L. 51. d. furt. Et. Ad hunc vero sensum, *notam*; in Lege nostra recte Idcirco significare, habet v. g. totus titulus: *de his qui NB. notantur NB. infamia.*

X X X I X.

L. 15. §. 28. Ibid.

Ulpianus Lib. 77. ad Edictum.

Quod ait Prator, si quis adversus ea fecerit, prout quaere erit, animadvertam, sic intelligendum est, ut plenior esset Pratoris animadversio. i. e. Et quodcumque Eum moverit, vel in persona ejus qui agit injuriarum actione, vel ejus adversus quem agitur, vel etiam in re ipsa, in qualitate injuria, AUDIAT EUM qui agit.

Non minus belle quæremus, in injuriarum actione, quale sit officium judicis, & quid ad ipsum actorem pertineat? *Hunc*, non debere audire judicem, in

in enarranda qualitate injuriæ, Haloander putat. Quare, nescio. Fortean, quod putavit, in L. 15. §. 28. ff. de injur. legendum esse, loco, *audiat eum, non audiat eum*. Et quare hoc putet? Tantundem, scio. Ego, agramen tua bona venia Haloander, tantum re: rohor putem, legem hanc esse corrigendam, vel non audiendum esse actorem in exponenda qualitate injuriæ, ut contra prius tenuerim, Jctos nostros diligenter actores admonere, ut qualitatem injuriæ domino judici exacte depingant. Et ne frustra ita putare videar, ecce: movet me (1.), quod non impetrare a me possim, ut credam, nostros Jctos, in scena hac, mutam personam imposuisse actori. Ne hoc credam, facit (2) quod, sicuti ex qualitate injuriæ, actori injuriam passo, jus ipsi suum competens tribuitur, ita vero, actio enarratur: *jus persequendi in judicio quod sibi debetur*. Quominus cum Haloandro sentiam, vult, quod & alias auctores sunt actori, ipsi nostri Jcti, ut rem ille cum omnibus suis circumstantiis accuratissime Judici, qui divinare necesse non habet, enarrare allaboret. Conf. L. 7. h. t. Hisce omnibus nunc nostra Lex. 15. consentit, in *ψ. audiat eum*. Vel unico enim puncto, ante *ψ. in qualitate* &c. posito, sententia Jcti, Germana hæc erit: *Sicuti Prætor tria, nimirum hac animadvertenda considerare debet, (a) qua injuriantis, (b) qua injuriati persona, (c) qualis sit ipsa injuria; ita vero & actor, unicum illud non omittere debet, ut qualitatem ipsius injuria cum omnibus suis circumstantiis diligentissime prætori, qui divinare hand cogitur, significet.* Et quem ita enarrantem, *audiat Prætor*.

Quod si in omnibus ibi memoratis quatuor illis articulis, audiendo actorem, animadvertere debere judicem, velis, habebis & ita, citra correctionem in lege nostra, si punctum ante *ψ. audiat*, legeris. Et quodcumque eum moverit, *Vel in persona ejus qui agit, Vel ejus adversus quem agitur, Vel etiam in re ipsa, Qualitate injuria. Audiat eum qui agit.*

Si qua vero correctione atque simulata Haloandri juris sapientia opus esset, malletum tum: *Hand audiat*, quam: *Non audiat*. Ex stilo Veterum, qui quando, *Hand audiat*, dicere voluerunt, non ita tamen, sed *HAUDIAT* scripserunt.

X L.

L. 17. §. 3. Ibidem.

Ulpianus Lib. 57. ad Edictum.

Quadam injuria a liberis hominibus facta, LEVIS NONNULLIUS momenti videntur. Enimvero a servis graves sunt.

IN evolutione *Legis* 17. §. 3. ff. *de injur.* tot tantasque correctiones, tam varias editiones, nullius fortean momenti quidem, ex tribu certe levi ortas, tana suo numero multas tamen, deprehendo, ut recensere omnes, animus deficiat. Potius dicam, quid sentio. Vel I. loco, *nonnullius*, verbis separatis, *non nullius*, sensum talem construo: *Utut, quadam iniuria a liberis hominibus facta, levis momenti videntur; attamen injuria sunt.* Sive, ut lex nostra hoc sensu ita nunc habet: *quadam injuria a liberis hominibus facta, levis, nonnullius* (h. e., alicujus tamen) *momenti videntur.* Duo textus habet. *Primum* hoc est, non omnes sed quasdam injurias a liberis hominibus factas, levioris momenti, sive non atroces, esse. Tametsi autem, *Alterum* legis caput est, quædam illæ injuriæ levis momenti sint, sunt attamen *injuria.* Utrumque, recte JCtus dixerit. Romani enim atque ævi omnis jurisprudentia vult, injurias a liberis hominibus factas, non *omnes*, sed *quasdam*, atrociores; alias, levioris momenti haberi. Atque licet, injuriæ illæ quædam levioris momenti sint, quoniam tamen injuriæ sunt, hinc, *non nullius* sed *alicujus momenti*, pœna sua vindicandæ injuriæ, videri debent. Utrumque illum juris articulum, JCrum habere, ipsa, verba monstrant: *Quasdam: Iniuria.* Injuriæ *quasdam* leves sunt. Sunt tamen, *iniuria.* Contentit §. seq. *Enimvero a servis* NB. *graves sunt.* Quid si non divisionem ipsam illam, *in injurias atroces & non atroces*, in jure nostro alias propositam, sed hujus posterioris speciei, *injuriarum* scil. *non atrocium*, iterum subdivisionem aliquam, in Lege nostra, agnoverim? Ut nimirum injuriæ illæ *non atroces*, iterum aliæ *graves*, aliæ *non graves*, sive aliæ sint *levioris*, aliæ *non levioris* momenti. Divisionem hanc & subdivisionem, probat ipsa ratio. Quis enim, illas non atroces injurias, ejusdem semper ponderis aut momenti dixerit? Injuria atrox, pœna suo merito atrociori; Gravis, s. non atrox injuria, ordinaria pœna; Levioris vero momenti injuria, modica sive levioris, (non nulla sed aliqua tamen) pœna coercenda erit. Est enim pœna delicti æstimatio, ait JCtus. H. e. ut ego interpretor, sicuti in e. g. emtione, pretium, mercedem, ita in maleficiis, pœna delictum æstimare, atque compensare debet. Ut ita compensato scil. cum pœna maleficio, hoc ante oculos Dei tollatur e medio. H. e. ergo, pender ex libræ una parte, delictum, injuria v. g. gravis, debet & ex altera ejus libræ parte, pœna gravis pendere. Pendet contra, ex una parte, injuria levis, debet & lex altera parte, levis pendere pœna. Debet compensatio esse. Debet æqua lance pendere libra. *Cave!* stateram transilias. Debet pœna delictum æstimare. Et quis negavit, ad hæc JCrum respectis, in ipsis illis verbis: *gravis, levis?* Sive autem divisionem ipsam, sive subdivisionem, quam dixi in lege nostra, agnoscas, patet, semper tamen, correctione violenta aliorum non indigere.

Si corrigere velimus, loco, *nonnullius*, ita, *nonnullis* scribam, atque per, *nonnullos*, *quosdam*, intelligam. Et sic iterum correctione alia opus non erit.

X L I.

L. 3. §. 1. de Abigeis.

Callistratus Lib. 6. de Cognitionibus.

Eum quoque PLENIUS coercedendum, qui a stabulo abegit domitum pecus, non a Sylva nec grege.

SECUNDUM verba scripta : *plenius coercedenda*, in L. 3. §. 1. de Abig. dixisset *Callistratus*, ajunt nostri, ac si gravius puniri is deberet, qui a stabulo abegit domitum pecus, quam is qui a sylva vel grege a egit. Et hoc quoniam esset contra juris decreta alia, hinc loco, *plenius*, substitunt, *lenius* vel *levius*. Non unum, Callistratum dixisse, puto. Quoniam verba legis, sensum talem non unum admittere videntur. Particulam etiam illam connectentem : *quoque*, quemadmodum in præc. & sequenti spho, ut & in L. præcedenti, ita & in hoc nostro versiculo, pœnæ potius *infligenda* rationem, quam *lenienda*, excipere, dicendum est. *Pro plenius* ergo, non ad sequentia verba : *non a sylva &c.* Sed ad præcedentia potius, & ut per se subsistens verbum, capiendum puto. Ut sensus videlicet talis sit : *Eum quoque, qui domitum pecus a stabulo, non a sylva nec a grege, abegit, coercedendum esse plenius. Gravius quoque, h. e. eodem modo, quo illi puniuntur, qui de sylva vel grege abegerunt. Vel gravius quoque punietur saltem, quam alias fur simplex. Conf. L. 1. §. 1. & L. 2. h. r.* Gravius autem quoque, VEL ut alias nimirum abigentem de sylva, aut grege, VEL gravius saltem quam furem simplicem, puniendum quoque esse, qui domitum a stabulo pecus abducit, in lege nostra Callistratum recte habere, probo sequentibus argumentis. (1. Licet enim sit a stabulo abactum domitum pecus, est tamen abactum pecus. Ut & (2.) haud levis temeritas dicenda erit, pecus a *stabulo suo* abigere, cum hoc, ut homini domus sua, pecudibus tutissimum esse debeat receptaculum. Conf. L. 18. *d. in jus voc.* Ceu (3.) quoque facilius domitum a stabulo pecus quis abigere potest, utpote quod ducentem sequi facilius solet. quare si non puniatur plenius, ad id induci facilius homo possit. Ut ut autem (4.) hæc ita non difficilis abactio, non sine NB *violenta* tamen, vel murorum stabuli, vel ejus januæ saltem, effractione atque invasione, fieri poterit. Et quæ rationes tres posteriores saltem, ut alias tantum valere mihi videntur, ut gravius puniendus sit ille qui de stabulo domitum pecus, quam qui in sylva pertrans abigit, est quoniam tamen lex nostra hoc habere non potest bene, quin, leges reliquæ aliud videntur velle, sic ergo tantum tandem apud me illæ obrinuerunt, ut, quod lex nostra habet, probent : *abigentem de stabulo domitum pecus, coercedendum plenius esse.* Si non ut alias abigentem de sylva vel

gręę, gravius attamen quam furem simplicem. Plane, illud futuro Judici vel Patrono causę, negligentius non omittendum reor : Non ita durissime rem hanc debere puniri, si non frequentius sit, id maleficii genus. Vid. L. 1. h. t. *¶. frequentius maleficii genus. item, quasi artem exercent.*

X L I I.

L. 9. §. pr. & 1. ad Legem Juliam de Adulteriis.

Ulpianus Lib. 4. de Adult.

Etsi amici quis domum prębisset. §. 1. Sed & si quis in AGRO BALNEOVE stuprum fieri prębisset, comprehendi debet.

NUM Lege Julia de Adulteriis, conveniri etiam ille possit, qui domum non propriam quidem sed amici prębuit, ut in ea adulterium cum uxore alterius committatur ? Erit quęstio. Affirmandum id mihi videtur, per L. 9. pr. ad L. *Jul. d. Adult.* Nec mutat, quod dicunt Critici, loco *amici*, *amicis*, substituendum esse. Risum teneatis amici ! Id quod ipse Paulus enim, in L. pręc. 8. in princ. *de domo sua* dixerat, atque in fine ibidem tam late interpretatus fuerat, ut appellatione domus & *habitatio* quoque veniat, id Ulpianus latius adhuc, ut & *amici* domus huc pertineat, extendere voluit. Et quę alias, quęso, hęc ab Ulpiano facta esset, Papinianianę regulę, extensio, sive ampliatio. Quasi vero scil. Papinianus generaliter loquens de concedente domum suam cuicumque, non etiam de eo agat, qui domum concedit amicis ? Quasi vero jus amicitię alias velle, vel in eo consistere, videri possit, ut ad malefaciendum, opem feramus ?

Num, quęramus porro, eadem Lege Julia teneatur etiam ille, qui *agrum balneumve alterius*, ad hoc concessit, ut committatur in iis, cum alterius marrefamilias, adulterium ? Hoc non puto dicendum esse. Quoniam nullam legem ita dicentem video; Quin contra potius, ad balneum agrumque *suum*, restringendum esse reor, arg. L. 8. ibi domum NB. *suam*. Non dixeris, Ulpianum in lege nostra 9. balneum agrumque indistincte memorare. Cum enim de balneo & c. *alieno* tacet, sic ergo ad balneum *proprium* restringas, fas est, arg. d. L. 8. *¶. suam*. Ceu nec alias leges restringentes extendere oportet, sed generaliter loquentem legem, ex alia restringente lege, significare debemus. Conf. L. 26. ff. de LL. Maxime in odiosis atque pęnalibus, quę restringi inprimis oportet. Vid. L. *pen. de pęn.* Nec est, quod cum *Haloandro*, loco, *agro balneove stuprum fieri*, ita, *agro alieno ut stuprum fieret*, aut cum *Vulg. agro suo alienove, stuprum fieret*, sub-

stit. fas.

sticuas Perquam absurdum est, sine ratione, quin sanctionibus juris volentibus aliud, leges nostras corrigere. Vis rationem dicere, quod & ex præc. v. constat, domum amici, non suam, huc quoque pertinere? Melius est, nullam rationem dicere, quam, tam pulchram. Quoniam enim, id quod Paulus de domo NB. sua dixerat, & ipse ad *habitationem* jam extenderat, atque sic illo præeunte hætenus, Ulpianus ulterius & ad *amici* NB. domum extendit; sic ergo eo usque extensum maneat, & non ulterius. Leges enim, legem striete loquentem, ad unum vel alium casum nominatim extendentes, & sic eo ipso ad illum unum vel alium restringentes, ob id ipsum extendere ad casus alios, non debemus. Conf. L. 27. C. Test. L. 22. Prob. Minus, in pœnalibus. Parifelicitate contendes, si dixeris, nullam dubitandi rationem habere posse, quin ager balneumve proprium huc pertineat. Quinimo contra enim, dum de sola domo sua, Papinianus egerat, illud vero ad solam *habitationem, domumve* solius amici, extensum legis, concludere utique, citra specialem legem extendentem, debuisses, ad *balneum* proprium, hoc non pertinere. Habent & Jctorum illæ restrictiones atque extensiones, maximam rationem: Quod in domo facilius, quam quidem in agro ac balneo committi adulteria possint. Cum non remotis modo arbitriis in ædibus id recte fieri possit, sed & ipsa domus, non ager non balneum, receptaculum dicatur tutissimum, unde vocari quis, aut aliquem introire per vim, pati nemo cogitur. Ut merito sic majori prudentia coerceant, ne quis ad adulteria committenda domus, quam quidem agros concedat vel balnea. Conf. L. 18. 20. ff. de in jus voc. Ubi & *balnea* vides, alias *balinea* vocari. More Romanis probato.

X L I I I.

L. I. § 4. ad Leg. Corn. de Falsis.

Marcianus Lib. 14. Institutionum.

Qui in rationibus, TABULIS CEREISVE, vel alia quare, SINE CONSIGNATIONE, falsum fecerint, vel rem moverint, perinde ex his causis atque fuerant falsarii puniuntur. &c.

Sicut matrem Ciceronis olim, memini, lagenas etiam obfignasse inanes, ne inanes dicerentur fuisse, quæ clam exsiccatæ essent, sic & Gotofr. atque Haloandrum læpius video, etsi quod solide scribing non habeant, ne exsiccati alias plane videantur (Conf. Cic. Epist. alibi), scribere tamen velle, v.g. in L. I. §. 4. ad Leg. Corn. de fals.

Vgr-

verbum *cereisve*, vel etiam *cereis*, otiosum esse, atque ideo, vel, *ceterisque*, vel alias *cereis*, substitui debere. Inanis lagena! Quod otiosum initio *Gotofredus* putabat verbum, *cereis*, idem illud statim substituendum putat. Ideo autem, ut quidem suspicor, postea maluit, *cereis*, quam, *ceteris*, quoniam Ipse tandem viderit, *ceteras* res, sub illis in seq. vers.; *aliis* rebus, jam comprehensas fuisse.

II. Si textus correctione indiget, malim *tabulis*, *chartisve*; Vel,

III. *Tabulisve* *cereis*, restituere.

IV. Sed nulla potius alteratione facta, per anastrophen, *tabulis cereisve*, h. e. *tabulisve cereis*, interpreter. Simile *αυαροφν*: exemplum, habes apud *Tertens.* in *Andria*: *Ah! ne tu omnia.* h. e. *Ah! Tunc omnia.* Arque sæpe in nostro jure. Conf. *Obs. Leg.* ad L. 10. de *fideiuss.*

Videamus porro, quid sit juris, Num & is scil. ut falsarius ex lege puniri possit, qui *sine consignatione* falsum fecit, v. g. celando aliquid in testificatione? Eum teneri, puto. Auctore *Jcto*, in d. L. 1. §. 4. *¶. sine consignatione.* Nec mutuo sententiam ideo, quod *Haloandrina* lectio habeat, loco, *sine consignatione*, ita, *sive consignatione.* Non recte enim illum ita consignare, sed falso quidem, & ne exliccatus videretur alias, inde est, quod *in rationibus*, *tabulisve*, consignationem Romani ex more fecerunt. Quibus de itaque cum ante egerat *Jctus*, in *¶.* autem sequenti hoc nostro, de *re alia* se tractare aperte dicat, utique oportet, illum, ibi rem significasse, in qua falsum factum, *sine consignatione.* Consentit *Paulus* in L. 16. h. t. Et quod plenius (si verus *Pauli* ille tractatus est) probat, §. *Rec. sent.* 25. §. Quod in dicta L. 16. *Paulus* habet, *Paulum* respondisse, *ceteros omnes huc pertinere*, qui *in rationibus*, *tabulis*, *listeris publicis* (consignatione), *aliaque qua re*, *sine consignatione*, falsum fecerunt; Id fusiori tractatu in *Paul.* dicto *Rec. sent.* loco, ita legis: *Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas, sciens dolo malo in fraudem alicujus deleverit, mutaverit, subjecerit, subscripserit: quive es inauraverit, argentoraverit, quive cum argentum vel aurum poneret, as stannumve subjecerit, falsi poena coercetur.* H. e. ex interpretatione, sumta ex *edd. Genev.* *Qui chartas qualescunque adulteraverit, qui as inauraverit, vel alia metalla fraudis studio miscuerit, falsi poena afficitur.* Quid est tam manifestum, quam, *Paulum* etiam de ea re tractasse, in qua sine consignatione quis falsum committit? Sed adhuc quæro, Humanissimi Viri, qualis hæc esset per vestram particulam, *sive*, sive in præcedentibus, sive in sequentibus verbis, constructio? Qualis hæc explicatio, sive verborum: *alia qua re*, (h. e.) *consignatione*, significatio?

X L I V.

L. 13. §. 1. Ibidem.

Papinianus Lib. 15. Responsorum.

Ordine Decurionum 10. annis advocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente Præsidi recitavit, post finem temporis, dignitatem, respondi recipere. Quoniam in Corneliam, falso recitato, non factò, NON INCIDIT.

AD multos, ni faller, Advocatos hodie, pertinebit quæstio ; Quali quidem sit ille pœna dignus patronus causæ, qui instrumentum falsum cognoscen- te Prætorè recitavit ? In Corneliam legem, ejusque pœnam consequenter, illum incidere, putat *Haloander*, & alii, ad L. 13. §. 1. h. r. Vid. *Gotofr.* ibi Lit. e. Quominus ita sentiam, ipsa verba faciunt, in d. L. 13. §. 1. ibi : *in Corneliam non incidit.* Liceat enim *Haloander*, illam particulam : *non*, jugulet, in mea atramen editione, vocem illam retinendam mihi cupio. Non tantum enim rationem nullam video, quare hoc verbum innocens delerem ; Sed contra magis, ut retineam, me movere debet, quod pœnam Advocati illius, *simplicem ad tempus dignitatis privationem fuisse*, legam ; cum illius, qui in Legem Corneliam incidit, pœna, præter infamiam, esse soleat, vel *deportatio*, vel *honorum amissio*, vel, *ultimum etiam supplicium*. Vid. L. 1. h. r. Dum vero etiam, damnatus Cornelia lege, tanquam publico crimine, infamis dicatur alias, non admovendus ad dignitatem ; quo pacto sane non percipio, hic, illum Advocatum, qui ad honores admissus iterum, in Legem Corneliam incidisse, dixerim ? Pro advocato, Papiniani in lege nostra benigniorem sententiam, non in arduam videntur Cornelie pœnam incidisse illum, probant verba, quibus excusare eum vult : *non factò*. Et quæ, oro, obtestor ! alias juris sententia & ejus ratio in nostra lege esset ? Hæc est sententia : *Qui ad 10. annos motus erat advocatus, eo lapsò tempore ad dignitatem admitti iterum debet.* Ratio. *Quoniam in L. Corneliam incidit.* Ratio rationis : *Quia falsum non fecit, sed tantum recitavit.* Et quare tam dura Cornelie pœna adversus advocatum insurgerem, qui solertia tali suum Antipatronum vincere studuit ? Cum, ut alias in militia dolus dicatur licitus, atque in bello fallere liceat ; Ita & causarum Patroni, *militare*, suis nimirum legibus, diuntur. Vid. L. 14. C. adv. I. Non tantum hoc, sed & plura alias, a re militari, ad judiciariam, quævis nostros milites, manasse, probat v. g.

Undecim illa Tabularum lex : **ÆRIS CONFESSI REBUSQUE JURE JUDICATIS, XXX. DIES JUSTI SUNTO.** H. e. 30. diebus, actori non licebat rem iudicio laceffere. Translatum a vera militia, in qua nimirum nec hostem laceffere licebat 30. diebus, quibus exercitui, vexillum rufum in arce positum erat. Quos & iidem justos dies appellatos fuisse constat. Sed & alia multa, a vera illa militia, ad nostram quasi militiam, desumpta esse, liquet. Usque adeo, ut Imperator tam illos quam hos, *militare*, pari voce significet. Neque sine ratione, a militari re, ita ad judicariam, argumentari, probo; cum utraque faciat ad salutem reipublicæ, neutra Hæc carere possit, sed utroque esse eam armatam oporteat. Quæ vero cum ita sint, Humanissime Haloander, quare ergo velis nescio, contra aperta textus verba, falso, in vera militia indulgere, in quasi vero milite tam dire animadvertere, ut in eum insurrexeris *Legge Cornelia*; Atque hoc ut dicas contra juris analogiam, atque aperta verba legis, ideo ea in textu verba delere, quare vis, sane non percipio?

Ast peccare tamen talem advocatum, lex nostra probat, & verum est; Ex qua ergo maleficii genere, obligatum illum esse dicemus? Vel, ex eo repetundarum, dum accepta sine dubio pecuniæ causa, officio suo advocati ita non recte fungitur; vel eo stellionatus crimine obligatum esse, crediderim. Conf. L. 3. in fin. *de stell.* In mitiorem potius unam horum criminum speciem, quam quidem in duriores legis Corneliæ vindictam, incidisse advocatum, propter antedicta, & ideo adhuc tenuerim, quod alias oportet, pœnalia restringamus potius, quam extendamus. L. pen. pæn. Sed ecce: Dyonisium Gotofredum nostrum.

X L V.

L. 16. §. 2. ff. *eod.*

Paulus Lib. 2. Responsorum.

Sed & ceteros, qui in rationibus tabulis litteris publicis aliave qua re sine cognitione falsum fecerunt.

NON siVe, sed siNe consignatione, in L. 16. ad L. Corn. *de Fals.* legendum esse, supra jam probavi ad L. 3. *ibid.* Et probat nunc Gotofredus, contra dissentientem Dionisium *ibidem*. Cum Dionisio non sentio. Sed nec in eo, cum Gotofredo fortean, quod verba illa : *sine consignatione*, intelligenda puet, ut significant id quod *sigillatum* non est. Contra potius, *consignationis* nomen, solum hic *scripturam* etiam sine sigillo intelligendam reor. Conf. L. 39. ff. d. V. Sign. Adde & hoc sensu consignatum testamentum, in L. 24. ff. *d. Testam.* Licet enim alii verbum

verbum illud, ibi de ipsa quoque sola *sigillis* facta signatione, intelligant, quominus tamen ita putem, sed de ipsa potius scripta testatione capiam, facit v. ibi *testatione*. Item, quod *pluribus* exemplis *testamentum*, non *sigillum*, consignatum legam. Plane hisce consentire videtur. Paul. sup. p. 264. all. rec. Si quidem de signis ibi nihil, sed de solis falsis commissis scriptis, atque alia qua re, sine scriptura, agitur. Vel ut latius est ex interp. *Qui chartas* &c. sup. p. 264.

Neque obest in L. nostra. *to resignavit*. Sicuti enim & alius, docente Festo Lib. 16. eodem verbo, pro *rescriptionis* verbo usi fuerunt Veteres, (Græci *αναγγελναι*) ita & ex hac lege nostra, latius dixerim idem esse, quod *rescribere*. Conf. *Calvin*. Lexic. in verbo *subsignatum*. Ita etiam habet Paulus in all. recept. sent. loco: qui *deleverit, mutaverit subscripserit*. Tametsi autem *to resignare*, ipsum sigillum hic significaret, non tamen necesse erit, ut & verbum *consignare*, contra argumenta dicta, ita capiamus. Cum contra potius, idem quod *subscribere*, significare hoc loco posse, vidimus.

X L V.

L. 6 §. 2. *ad Leg. Jul. peculatus*.

Ulpianus Lib. 7. de Off. Proc.

*Is autem qui furanti SINUM præbuit, perinde habetur
atque si manifesti furti condemnatus esset. &c.*

Quod in L. 6. §. 2. *ad Leg. Jul. peccul.* Ulpianus de *Sinu* habet, videamus, an recte Nostri interp. erati sint. (1.) Quidam, *sinum*, in *signum* mutant. Sed ego non credo, illum statim ut furem manifestum puniri, qui furanti hic, non nisi *signum* dedisset. Alio modo adhuc, refutatos quosdam illos, vides, apud Götöfredum hoc loco. Qui vero dum ipse

II. Per *sinum*, *togam longam* intelligit, ut confutetur vix est tanti.

III. Per, *sinum præbere*, itaque, aliud nihil intelligo, quam *receptaculum præberes recipere*, ut alias *in sinum recipere* aliquem dicimur. Ut furanti *sinum præbere*, idem sit hætenus, quod alias dicitur, *furtum celare*, v. §. 4. *obl. q. ex dol. nasc.* Quod vero ibi furanti *sinum præbens*, ut fur nec manifestus, hic, ut manifestus fur gravius puniatur, hoc habet rationem; quod hic furtum quoque gravius, *peculatus*, est.

XLVII.

L. 6. de Bonis damnatorum.

Ulpianus Lib. 10. de Officio Proconsulis.

Hanc rationem non compendio suo debent Praesides vertere, sed nec pati, optiones sive commentarienses, ea pecunia abuti, sed debent ad ea servari, quae jure praesidum solent erogari, utputa CHARTIATICUM QUIBUSDAM OFFICIALIBUS INDE SUBSCRIBERE, vel si qui fortiter fecerint milites, inde eis donare, Barbaros etiam inde munerari venientes ad se, vel legationis vel alterius rei causa.

Quid hoc sit, quod Ulpianus habet, in L. 6. ff. de bon. damn. Ut puta chartiaticum, quibusdam officialibus inde subscribere? Inter nostros interpretes, pugna est, aspectu delectabilis. Quaeso, videas. Ita I. Quidam, textum alterant: ut puta chartiaticum quibusdam officialibus, ii sunt subscriptores. Non subscribo hic chartacco mune. i.

II. Nonnulli, ita malunt: ut puta chartiaticum quibusdam officialibus, ut inde possint subscribere. Hujus sententiae non sum etiam auctor. Non aliarum quoque, quas habet Gotofredus, ineptiarum.

III. Illa saepe itaque potius textus integritate, per CHARTIATICUM, ex latino veterum sermone, intelligam id quod pro charta officialibus datur. Sicuti pulveraticum, quod quasi pro labore & pulvere, agri mentoribus datur. Atque bordearia haecenus huc retuleris, quae equi pro bordeo ad alendum equum subministrabantur; Ut & vasarium, pecunia dicebatur, quae pro vasis i. e. utensilibus in provincias proficiscentibus dabatur. Sed plura non adscribo, in re manifesta. Vocem vero illam: INDE, in dicta lege nostra, ad praecedentia: ea pecunia, referenda censeo. Conf. ibidem: inde donare, inde munerari. SUBSCRIBERE autem OFFICIALIBUS, nihil erit aliud, quam assignare officialibus, in li teris ab ipso assignante scriptis. Et sic sensus erit perspicuus: Pecuniam damnatorum debere servari, ut chartiaticum (merces pro charta dari solita), inde (ex illa pecunia), officialibus subscribatur (h. e. assignetur).

IV. Vel, *charitaticum*, si non ad sequentia, quibusdam officialibus inde subscribere, sed ad præcedentia potius, qua jure præsidum solent erogari, pertinere dixeris, sed & ipsis verbis illis, quibusdam officialibus inde subscribere, ad eadem verba illa, jure præsidum erogari, relatis, sensus erit: *Bona damnatorum debent ad ea servari, qua jure præsidum solent erogari, ut puta charitaticum* (hoc scil. jure præsidum solet erogari). *quibusdam officialibus inde subscribere* (quod itidem jure præsidum erogatur). *vel si qua fortiter &c.* Ita, inquam malim, quam vitas truculentas correctiones.

X L V I I I.

L. 2. de Bonis eor. qui ante sent.

Macer. Lib. 2. Publicorum.

Imperatores Severus & Antoninus, Julio Juliano, eos, qui a latronibus nominati, corruptis accusatoribus, diem suum obierunt, ut confessos de crimine, NON RELINQUERE DEFENSIONEM HEREDIBUS, RATIONIS EST.

NUm Maceri Jcti sententia, Severi & Antonini constitutionem probans, in L. 2. de bon. eor. qui ante sent., sit severa nimis, an contra potius, sequioris ævi Jctorum nostrum judicium, sit sic satis Macerum, Agedam Lector, in quæstione juris videamus; An, mortuis eis, qui a latronibus nominati erant, simul & accusatores corruperant, heredibus sit relicta defensio, ne bona defunctorum, scil. ad Fiscum pertineant? Macer Jctus id probat, in dicta L. 2da. A Macero dissentit, ajunt Nostri, (A.) Ulpianus in L. 29. de Jure Fisci. Ubi, nimirum, delatore a reo ante sententiam corrupto, pœnam quidem ipsum corruptorem manere, minime autem ad ejus heredem transire, sed constare prius atque de crimine pronunciarı debere, dicitur. Maceri responso obesse (B.) videtur magis, juris illa regula, juxta quam, nihil nocet ei qui adversarium corruptit, in his qua pœnam mortis continet. nam ignoscendum ei qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit. L. 1. h. t. Latrones vero, pœnam sanguinis, debere dare, certum est. Sed quid dicimus?

I. Robertus, & quidam, in Lege nostra 2da, ita corrigunt: *qui IN latronibus nominati corruptis.* Quomodo, ita Ulpianum scripsisse: *in latronibus nominati*, Robertus, sine rubore scribere ausus fuerit, non plane percipio? Aut quid hæc correctio, ad tollenda antedicta dubia, magis faciat, quam illa: *a latronibus nominati*? Non quoque videro.

Ll 3,

II. 1.

II. Ita vero Haloand. r. Constituit: qui latrones nominatim corruptis. Misere-
 rabilis crisis! Quis enim dixerit, eorum, qui latrones sunt, & nominatim accusa-
 tores corruerint, admittendam adhuc defensionem esse?

III. Et quid Cujacius? Habet: NON: particulam. Loco ψ . in fine legis
 nostræ 2dæ; rationis est, rationis NON est, reponendum existimat. Nec Cu-
 jacii correctio, rationis est.

IV. Quisimo contra potius, Heroes præstantissimi, in tribus dictis textibus
 illis, casus a se diversos, regulas duas, atque earum exceptionem observatione
 suo merito dignam, contineri, probabo. Regula UNA hæc est: *In crimine
 capitali sanguinis pœnam inferente, adversarium corrumpere licet.* L. 1. h. t. Et ra-
 tione ibid. ALTERA vero regula hæc sit: *In crimine, quovis etiam alias,
 utut accusatorem corrumpeas, pro confesso habetur; Ita tamen hæc pœna so-
 lum corrumpeantem maneat, minime autem ad ejus heredem transeat.* L. 29 de fur.
 Fisci. Utraque illa regula officium perdit, in casu Legis 2dæ excepto notabili:
 Ubi quis scil. non modo (1.) accusatorem corrumperat; Sed & (2.) tanquam
 socius receptorque nominatus fuerat; Et quædam (3.) turpissimo latronum
 maleficio. Casum in d. L. 2. talem mihi constituo: *Latrones capti, atque per Ire-
 narcham in questione examinati diligenter, nominaverunt, in e indicaverunt, sive
 professi sunt, aliquem sui facinoris socium, receptatoremve, qui cum postea etiam
 NB. accusatus ab alio aliquo fuisset, correpto dein accusatore suo, moritur.* (1.)
 Casum singularem atque exceptum a regula, legem continere, verba mon-
 strant scripta exacte: NB. eos qui. (2.) Diversum jus, in hoc excepto casu,
 Jctum dixisse, verba finalia non minus cum emphasi scripta, probant: NB.
rationis est. (3.) Illum autem in specie exceptam casum continere, quem ante-
 verti dicere, sic facio, quia nihil est in lege, quod hunc casum non admitat.
 Sed ulterius, ipsa legis verba, sicuti (4.) casum illum probant; Ita vero (5.)
 casum illum illa verba habere, probat eodem modo cum facinorosis atque
 sceleris sociis receptoribusque nominandis, præscriptus modus, in L. 6. ff.
de cust. reor. Movet me autem (6.) imprimis, & quod quoniam ante laudati
 Corycei non attenderunt, ideo eos seduxit, illud inquam, quod *Indicis* perso-
 nam ab ea *Accusatoris* distinctam fuisse apud Romanos, meminere. Sed &
Indicem alium *voluntarium* Eis fuisse constat, alium, qui in iudicio per *questio-
 nes extorto* indicat. Differebant; In accusatore, requirebatur inscriptionis so-
 lennitas. L. 3. *accusat.* Ut & in iudice voluntario. L. 24. *ad Leg. Corn. de Fals.*
Indicium vero illud quod per *questiones extorquebatur*, quia indubitatam per
 se veri fidem non faciebat, separatim ideo accusatorem requirebat. De illo
Indice nunc, non quidem spontaneo, sed per *questionem* indicante, & ut et
 non plenam, aliquam tamen fiduciam faciente, legem nostram agere, in ψ . *no-
 minati*, de accusatore vero etiam, tanquam diversa persona, tractare, ipsius
 legis lectio attentior docet. Atque collatio probat, dictæ Legis 6. *de Custod.*

reor.

reor. L. 24. ad Leg. Corn. de fals. L. 1. de Accus. Hunc exceptum singularem casum, majori severitate, optima ratione Macerum in dicta L. 2. persequi, probemus etiam. Quemadmodum, vel solum alias scilicet illud ob sceleratam suam odiosissimum Latronum crimen, pro utilitate publica, exactam & majorem, ad coercendum illud, JCTi prudentiam promeruit, conf. d. L. 6. de cust. reor. L. 10. Pœn. L. 51. ad Leg. aq. v. multa pro utilitate communi &c. Ita vero multo magis, in casu nostræ legis tenneris, ubi præter corruptionem accusatoris, aliud adhuc vinculum ligat, nominatio scilicet a latronibus, & quidem suo numero pluribus, facta erat. Atque ad has rationes, vel saltem earum aliquam, aut prægnantem aliam, JCTum Macerum respexisse, quare jus singulare hic induxerit, verba ipsa finalia probant: *rationis est*. In decidenda itaque questione omni, in hoc juris articulo, duas regulas, cum limitationibus, atque sublimitationibus suis, ita teneo: I. *Si quis in crimine accusatus reus, delictorem corruptit, pro confesso habetur*. Regula est. Vid. Rubr. in h. t. II. Limita, quoad crimina mortis pœnam secum vehentia. L. 1. 16. III. Sublimita, quoad latrones, illos saltem, qui nominati, simul & accusati fuerant. L. 2. ibid. Item, I. Utut alias quis in crimine, accusatorem corrumpens, pro confesso habetur; ita tamen heredi defensio relicta manet. L. 29. de Jur. Fisci. II. Limita quoad latrones, in casu Legis 2de h. t. Quare autem nunc, Lauterbachius. compendio ff. h. t. teste rubrica, id quod rubrica non habet, ita moneat: *corrupto adversario diem suum obierunt. rub. h. t.?* Lector, judica.

X L I X.

Tryphonius Libro 4. Disputationum.

Verum, in pace qui pervenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum servi efficiantur, apud quos jam hostes SUO FACTO deprehenduntur. quibus jus postliminii est tam in bello quam in pace: nisi scelerate cautum fuerat, ne esset his jus postliminii.

- I. **F**ato, quod ego nescio, Charondas in L. 12. ff. de Captiv. loco suo facto, reponendum, suo fato, existimaverit.
- II. Quo pacto, non arriolor etiam, Tris Viri, Haloander, Budzus, & Hugo a Perla, loco, suo facto, ibi, substituere, suo pacto, haud erubuerint.
- III. Quinimo contra, sicuti ipsi illi captivi pepigere nihil, sed. NB. de
iis,

his, pactum quidem fœdusque a belli Ducibus initum esse, legerim in textu. Ita vero etiam, suo facto, apud hostes ibi deprehendi, sic dici oportet, quia, suo facto, ad eos NB. pervenerant. Conf. L. 5. §. 1. de Pass. Ur sensus nimirum hic sit: dum apud illos, qui antea amici quidem, hostes vero jam sunt (arg. v. in pace ad alteros, bellum subito), deprehenduntur facto suo (dum ipsi ad eos iverant), recte hætenus servi eorum efficiuntur. Sed & alteri illi, ad quos in pace pervenerant, hostes jam sunt suo facto. H. e. eo ipso facto, dum bellum exarserit.

L.

L. 2. § 1. De Re Militari.

Arrius Menander Lib. 1. de Re Militari.

DARE se militem, cui non licet, grave crimen habetur: & augetur. Ut in cæteris delictis, dignitate, gradus specie militiæ.

Quoniam Haloander, Vel, non intellexit, quid hoc sit, dare se militem? Vel, quod non memor, fuerit stili Jctorum Veterum Elleptici, hinc est, in L. 2. §. 1. ff. de Re milit. loco, dare se militem cui non licet, ita corrigendum esse, putat; dedere se militem, cui non licet. Vah inverecundum Juris Aristarchi conatum! Dare se militem, aliud nihil signifikat, quam, conscribi se ut militem, pati. Confer apud eundem Menandrum, in L. 4. §. 8. ibid. Et in L. 1. C. Qui milit. Juxta hunc, ni fallor, versiculi nostri, stilo Menandri Elleptico scripti, Germanum sensum: Dare se militem (subaudi, ei) cui non licet, grave crimen censetur. Hanc sententiam Menandri, atque eadem quidem loquendi formula, probat Imperatorum rescriptum, in dicta L. 1. pr. C. Qui mil. Verba hujus legis describi, non gravabor: Si militiæ, nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi jus habent. Recte autem, tam Menander, quam dicti Imperatores habent, grave crimen esse, se ut militem conscribi pati ab eo, cui jus legendi milites, a Principe datum non erat; cum, socium se ita illi quodammo. o præbeat, qui contra Principem, Patriamque, crimen Majestatis læsæ committit. L. 3. ad Leg. Jul. Maj.

Possunt etiam verba illa: cui non licet, ad ipsam militem, referri. Ut scil. grave quoque crimen sit, si is militem se det, cui hoc non licet. V. g. litis causa, ut pretiosiorum se adversario faceret. Ut est in L. 4. §. 8. eodem tit. apud eundem Menandrum, atque in d. L. 1. §. 1. C. Qui milit. Vel, qui effugiens se dedit militiæ, ut habet L. 3. §. 3. h. t. Sive autem verba illa: cui non licet,

Artes, ad ipsum militem, sive, ad legentem ducem referas, apparebit semper tamen, nullo suo merito indigere nos Haloandrina correctione, quæ est absurda.

L I.

L. 3. § 1. Ibidem.

Modestinus Lib. 4. *de Pænis.*

IS QUI EXPLORATIONE EMANET, *hostibus insistentibus, aut qui fossato recedit, capite puniendus est.*

INtegra non modo verba textus optimi, falso variare Haloandrum, sed & fatuam simul sapientiam juris fabricare, puto, dum in L. 3. §. 1. *de Re Milit.* verba initialia: *is qui exploratione emanet*, ita corrumpit: *is qui explorationem reliquit*. Non credo, Haloander, capitis diminutionem statim illum debere pati, qui iusta hæctenus causa, insistentibus nimirum hostibus, explorationem reliquerat. Sed quare, ut hoc textus dicat, cum adulterare vis, qui non muratus juris ipsius hunc habet articulum: *is puniendus est capite, qui hostibus insistentibus*, in castris non comparuerat, sed, *exploratione emanet*, ne contra hostem scil. quem instare sciebat, pugnare necesse habebat. Et sic aliorum quoque ad hanc legem adhuc allucinationes, describere non opus erit.

L I I.

Ibid. §. 6.

Si Præsidis vel cuiusve præpositi AB EXCUBATIONE, quis desistat, peccatum desertionis subibit.

ROManarum antiquitatum ignorantiam prodere quidem Haloandrum, ast nullam tamen juris scientiam illum significare, mihi videtur, dum peccatum desertionis esse non vult, si quis ab excubiis Præsidis desistat, atque ideo ab executione inchoans, in L. 3. §. 6. *de Re milit.* qui textus hoc affirmat, corrigit, loco, *ab excubatione, ab executione*. Pessime! sicuti enim *excubationis*, pro palatio Præsidis vel alterius præfecti, *munus* aliquod Romanis fuit, ut habet L. 10. h. r. atque munus etiam, ut mili i.e. *desertores* legimus in L. 5. *ibid.* sic recte ergo peccatum desertionis esse, si quis ab excubatione desistat, lex nostra habet. Ceu &

ipsum illud *desistendi* verbum, *excubationi* magis quam *executioni*, convenire, arbitror.

L I I I.

L. 4. §. 8. Ibidem.

Arrius Menander Lib. 1. *de Re Militari*.

Non omnis qui litem habuit, & ideo militaverit, exauctorari jubetur: sed qui eo animo militia se dedit, ut sub obtentu militia, PRETIOSIOREM se adversario daret &c.

INSurgant decoratæ nostræ Leges, oportet, in armatos milites, ubi opus est. Et ecce: *Exauctorandum illum militem esse, qui se litis causa hoc animo militia dedit, ut pretiosorem se adversario redderet*: Habet Arrius Menander in L. 4. §. 8. *de Re Milit.* Sed quomodo, *pretiosorem*? Gotofredus, *precisitatem*, substituit. Contra intentionem JCTi, & ipsius militis. Neque enim militem se ideo dedit, ut *precisum* se, debilem, sed magis potentem litigatorem suo adversario faceret. *Pretiosorem* ergo militem, eum significo, qui majori nunc pretio valet, quam antea, antequam miles factus erat. Quemadmodum, & apud Terent. *homo videtur quantivis pretii*. Illud sic simul ex lege nostra observare liceat, quod ut hodie adhuc ita & olim, præ paganis milites gratia Imperatorum gavisos fuisse. Et recte hæcenus, cum rempublicam ab omni bellorum necessitate defendant, ; Et sic militia decoratam esse rempublicam oporteat. Sed an ergo, videamus, sed *επι παροδω* hac vice, quæstionem olim motam: *Toga cedit armis*? Hodie nondum mecum ita constitui. Utur enim alias, non, diffi cor, quo naturali pacto, nescio? haud minus, artifice semper mihi illustris gladius, quam lex scripta in juris meo corpore, ne tamen hanc illi cedere dicam, ratio vult. Tametsi enim, quod alias pro armatis esse argumentum posset magis stringens legum nostrarum sine illorum gladio nullus esse effectus possit & ita vero, quoniam ergo gladius ille propter leges est in pretio, sic ergo hæc esse tales magis debebunt. Juxta vulgarem. Est & aliud argumentum, quod ipsi milites eorumve actiones, objectam juris sint, juraque pati debeant. Habes miles erga Te scriptum totum titulum *de Re militari*. Exauctorari v. g. debes in casu legis nostræ. Debes cedere juribus reliquis. Et quare, quæso bella? Quia quilibet putat, jus sibi competere. Leges jurave ad hoc consulit Princeps, ut sibi, & cuique, solum tribuatur,

tur, ut pax sit, ut bellum evitetur. *Ille*, ad conservationem; *Hoc*, ad perniciem facit. Et quid, obsecro, si solis armis, non legibus universum gauderet? Aut ad quid tua tibi ratio, si solus gladius, non lex esset? Aut quid de jure rationeve belli differas, si solis gladiis opus esset? Sed utroque, non armis solummodo decoratam, sed & legibus armatam esse Imperatoriam Majestatem, oportet. Sunt duo fratres: LEX & GLADIUS. Sed illa, natu major, ni fallor.

L I V.

L. 3. ff. de Reg. jur.

Ulpianus Lib. 3. ad Sabinum.

Ejus est, NON NOLLE, qui potest velle.

Videamus, quid Ulpianus velit, & quid non ille velit, in L. 3. ff. de Reg. jur.?

I. Nonnulli, corrigendo nihil, Florentinam Lectionem servant: *Ejus est non nolle, qui potest velle.* Et quam Lectionem defendit prae aliis, A. August. Lib. 1. emend. c. 2. Huic sententiae subscribo, non tantum, quod optima alias sit Florentina lectio; archetypus atque fons editionum aliarum, sed & genuinam hic jurisprudentiam habeat. Triplex vero, lectionis hujus esse sensus potest, ex explicatione Aliorum & nostra. Et ita quidem (A) ante me alii: *Ejus est non nolle, h. e. potest tacere, pati, & permittere, non repugnare, non contradicere sive fatèri.* Conf. L. 142. h. t. Quemadmodum apud Ciceronem, in notis Gotofredi hoc loco: *idque eum non nolle mihi scripsisti.* Et apud eundem 3. ad Attic. 22. *proximis tuis litteris primum id te non nolle cognovi.* Ut sensus legis sit: *Qui expresse velle potest, is si taceat* (sive non, non velit), *pro consentiente habetur.* Exempla sunt in L. 13. §. fin. junct. L. 14. ff. Locat. L. 5. C. de Nupt. L. 4. ff. de Pact. L. 3. ff. de Reb. cred. L. 91. ff. de Furt. L. 4. §. ult. ff. de Fidejuss. & nom. tut. L. 16. ff. ad Maced. L. 1. §. 3. ff. de Trib. act. L. 2. L. 5. ff. de Adopr. L. 6. §. 2. ff. Mand. L. 18. eod. L. 60. h. t. Potest autem (B.) dicta lectio ita & affirmativo sensu capi: *Qui potest expresse consentire, potest & tacite.* Ut in dicta L. 13. loc. L. 4. ff. Pro soc. Ita vero (C.) praefeream: *Ejus est non nolle, qui potest velle.* H. e. Ille, qui potest velle, sive, cui voluntas, facultasque circa illam, non defuit, ille, si semel voluit, postea nolle non potest. Contra (habet sic simul eadem lex), qui velle non potuit, is ethi voluerit, nolle tamen postea poterit. Sic, probatam in Lege nostra, habebis regulam: *Quod primo est voluntatis, id postea est necessitatis.* L. 5. C. de Oblig. Sic, intelligendam eam regulam de eo discis, atque restringendam ad eum nosti, qui velle NB potuit. Nullo autem modo, ad

illum pertinere, sic habes, qui *velle non potuit*. Et quod iterum leges nostræ probant, & rationem habet. Neque enim aliquis voluisse dici potest, qui velle non potuit. H. e. Habet sic ergo Lex nostra 3tia REGULAM: quod est primo voluntatis, id est necessitatis postea; simul & regulæ hujus INTELLECTUM sive EXCEPTIONEM: ut secus sit quoad illos quibus facultas circa voluntatem defuit, sive, ut intelligenda tantum sit de eò cui arbitrium liberum circa suam voluntatem fuit. H. e. ex regula v. g. discis; qui hereditatem semel ex sua voluntate adivit, is postea repudiare, sive nolle heredem esse, non potest. H. e. contra, ex regulæ intellectus sive exceptione discis, secus illud esse in eis qui hereditatem adire velle non potuerunt. H. e. sic v. g. discimus, minor qui citra curatoris sui consensum, hereditatem ex sua voluntate adivit (vel aliud negotium gessit), recte nihilominus postea hereditatem repudiat, sive, heredem esse nolle poterit. Licet enim (sit dubitandi ratio), ex voluntate sua, & unde omnis alias obligatio proficisci dicitur, hereditatem minor semel adiverit, quin, voluerit velle, ut heres esset, non hoc tamen NB. potuit velle. Cum omnis ipsi voluntas sit adempta, & in curatorem translata. Conf. L. 3. C. d. Nupt. Ratio. sita in ætatis lubrico, in quo facile labi, struere pedem possunt. Conf. L. 1. de Minor. Quis, quæso, qui ita verbum, NB. potest, in nostra Lege 3tia scriptum cum emphasi attenderit, magis nunc secum ambigat, Ulpiani seriam sententiam esse, quam dixi? Etiam si scilicet velit se obligare minor, etiam si NB. velit velle, non NB. potest tamen velle. Quis dubitaverit amplius, qui eundem auctorem Ulpianum, eodem ad Sabinum Libro, de minore ita decidendum legerit, in L. 8. de acq. hered. Id quod, exempli causa de minore decidit, in dicta L. 8. id generali effato idem Ulpianus auctor probat, in dicta L. 3tia. Ut in omni reliquo scilicet obveniente casu, quid sit juris, dicere sine dubio, ex arena, possit. Ita ut & ipsam regulam videlicet, simul & regulæ exceptionem, sive intellectum, omnesque secundum regulam illam atque exceptionem decidendos quoscunque casus, unico effato generali, in lege nostra 3tia Ulpianus habeat: *Ejus est non nolle, qui potest velle*. Qui potest velle, ille, si semel voluit, obligatur, sive, *ejus non est nolle*. Qui contra, *velle non potuit, illius erit nolle postea*. Sive, ex sua voluntate nervo nexus non erit. En, optimam itaque Florentinam lectionem, quæ unicam ita nobis regulam, sive, amissimam tradit, juxta quam, quando & ipsam regulam, ejusque exceptos casus obtinere, scire licet. Juxta quam, omnem obvenientem casum, decidere in promptu potes.

II. Et quæ ita novitius quidam vidisset, dictam legem sine ratione corrumpendam, non ita propugnasset; Quia vero hæc non vidit, hinc textum depravando ablativum casum in lege construit, atque auferendo innocuam illam: NON: particulam, ita substituit: *Ejus est nolle, qui potest*

test velle. Et ante criticum hunc neotericum, legerunt ita multi alii. Vid. Bronch. h.l.

III. Alii, re ipsa quidem cum antelaudata criticorum familia convenientes, aut verbis tamen ut modo dissentiant, ita malunt: *Ejus est non velle, qui potest velle.* Quid velint, ipsi credo non magis sciunt Critici. Ratio vero principalis, cerebrum Illorum movens confusio, hæc est, quod textus ut legitur, nisi corrumpatur, sensum Ipsi non habere videtur; atque alias, qui velle potest, ejus esse nolle dicatur. arg L. 4. *de acq. hered.* Antena consecutio ingenii! Quasi vero, in solo Criticorum cerebro, res sita omnis esset. Non esse, sed optimum sensum habere, legis nostræ verba ut leguntur, vidimus. Et qualis, quanta, Amabo vos! hæc consecutio, in dicta L. 4ta ita est, ergo & in dicta L. 3ta, ita esse debet, & ut in hac L. 3ta ita sit, ideo eam corrigamus, oportet? O pulchra ratio, si haberet animam! Quasi vero, omnes leges, unum idemque deberent dicere. O, lepidum tum, *magnum corpus*, juris! Nec mutat, argumentum ex legum illarum capite, quod rapiunt; quod in dicta L. 4ta nimirum eundem quem in dicta L. 3ta auctorem Ulpianum ad Sabinum inscrip. um legamus. H. m. suave caput, si haberet spiritum! Præterquam enim, quod (1.) num recta sit ubique legum inscriptio, adhuc sub judice lis sit; Et per hoc (2.) alii in lego nostra 3ta, non Ulpianum sed Paulum legunt, confer Parvum meum W. J. PAGENSTECHEr h.l.; Quis (3.) Viri, Vestram fidem! dixerit, in dicta L. 3. eadem est, quæ in L. 4. inscriptio, ergo unum idemque illæ duæ leges debent dixisse; Atque ut dixerit, textus ergo corrigamus oporteat? Scilicet: Omnis homo currit. Ire licet Criticum! Quali vero, nimirum, non nisi unam eandemque rem, ad Sabinum Ulpianus tractasset. Tametsi, ali utor sententia, argumenta ab inscriptione legum desumpta, non nullius momenti putem, atque ad conquiendam inter textus pacem, textusque salvandos, esse bonæ fidei dixerim, ita vero, ut propterea leges omnipisce alias saniores, uram, secem, perdamque, hoc mihi non videtur. Sed, dum (4.) Liberales critici, eandem quoque inscriptionem in dicta L. 8. quam in nostra Lege 3ta habemus, dum idem Ulpianus eodem ad Sabinum Libro., in dicta L. 8. quod in L. nostra 3ta non corrupta habet, *v. g. minoris nolle esse, heredem manere*, quare ergo, ne idem dixerit, eam corrigam? Argumento vestro, bona vestra venia, dixerim, quoniam dicta L. 8. eundem ad Sabinum Auctorem Ulpianum habet, quem Lex 3ta, ergo idem dixisse oportet. Quanta autem meliori ratione, dum ita textus incorruptos tenuerim. Ne (5.) autem quid adhuc dissimulem, ego nondum video, tam feliciter sic satis criticos ex dicta L. 4ta elicitisse, quod putant, ac si lex illa probaret, *nolle cum posse, qui potest velle.* Quin (6.) contra potius, quod non corrupta lex 3ta habet, habere & dictam L. 4tam, tenuerim. Et ne frustra sim, ecce verba legis: *Nolle hereditatem adire non videtur, qui non potest adire.* Quis dixerit, illa verba idem dicere, quod hæc verba: *Ejus est nolle,*

qui potest velle. Conveniunt; sicuti meus cubitus, cum quietancia. Hoc dictæ Legis 4ta verba probant, quod supra ego ex Lege 3tia non correctæ significavi. Sicuti nimirum, ejus non est nolle postea, qui antea voluit & velle potuit, contra, ejus postea sit nolle qui velle antea non potuit, d. L. 3. Ita velle postea poterit, qui nolle antea non potuit, sive ut dicta L. 4. habet: *Nolle adire hereditatem non videtur, qui adire non potuit.* H. e. si V. g. minor hereditatem semel repudiaverat, sive heres esse noluerat, nihilominus petere postea eam poterit. Licet enim dubitandi esse ratio posset, quod semel ex sua voluntate hereditatem minor repudiavit, sive heres esse noluerat, ast ratio tamen decidendi est, in verbis dictæ legis 4ta, *nolle hereditatem adire non videtur, qui adire non potuit.* Non potest de minore scil. dici, *eum noluisse.* Ideo autem, *eum noluisse* dici non posse, habet Ulpianus, quia *velle non potuit,* sive adire non potuit. Et recte, cum utriusque, eadem ratio sit Omnia scil. ex voluntate, facultateve circa eam competente, proficisci debent. Hinc, duas habes regulas, & ab utraque exceptionem, sive, utriusque interpretationem. Prima regula, ejusque limitatio, de quaestione agit: Num, *nolle* nunc, postea, possit, qui voluit antea. Altera vero regula, ejusque exceptio, de illa quaestione est: Num *velle* nunc, postea, possit, qui noluit antea. Quatuor hosce juris articulos, teneamus. I. *Ejus non est nolle nunc, qui voluit tunc, & velle potuit.* L. 3. de Reg. jur. L. 5. C. de Oblig. II. *Ejus nunc erit nolle, qui velle antea, tunc, non potuit.* d. L. 3. coll. d. L. 8. III. *Ejus non est velle nunc, qui antea noluit, & nolle potuit.* d. L. 4. coll. d. L. 3. IV. *Ejus erit velle nunc, qui antea, tunc, quidem noluit, sed nolle non potuit.* d. L. 4. &c. Ex regula Ima discis juris articulum v. g.: *semel heres, semper heres.* Ex IIda regula, nosti dictum juris articulum limitandum esse, quoad minores, aliosve, qui velle antea non poterunt. Ex regula IIIia habes, hereditatem petere non posse, qui semel eam repudiavit. Ex regula IVra scis, secus hoc esse, quoad minores aliosve, qui nolle hereditatem, non poterunt. Omnes illas quatuor regulas, omnesque inde decidendos juris articulos, v. sua continet lex nostra 3tia ff. de Reg. jur. Sed quare ergo nunc, Humanissimi Critici, legem illam, ex qua sola omnes obvenientes casus in promptu ita, sine qua diffidentia animi vestri, sine fraude, ex arena, decidere poteritis, corrigemus, quæ idem alias quod vestra Lex 4. habet, & aliæ leges probant, dicit, & quam ne corrigamus, vestrum argumentum vult? O, peccantes Critici! Quos suo iterum merito hic, cretenses mecum appellaveris. Cæterum, quod de *tacente* dixi initio, ex explicatione aliorum, legem nostram 3tiam dicere, *eum pro consentiente haberi,* id de eo solo casu eos intellexisse, velim, quo non de renuntiatione tacentis agitur. Alias enim, suum jactare, præsumi neminem, est in L. 25 de Prob. Quia, tacentem scire, jus suum sibi durare semper & ubique, probat Jctus in L. 8. §. 15. *Quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

T A N T U M !

E. A.


E. A. O. C. P A G E N S T E C H E R,
UTRIUSQUE IURIS DOCTORIS, IN ACADEMIA HERBORNENSI,
PROFESSORIS ORDINARIJ, ET SYNDICI.

DISPUTATIO

A D

L. IO. C. *de Jur. & fact. & ign.*

EDITIO ALTERA, AUCTA. ET. EMENDATA.



HERBORNÆ NASSAVIORUM;

TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUÆ, 1733.

A Son Altesse Serenissime,
MADAME LA PRINCESSE
ISABELLE
CHARLOTTE

PRINCESSE REGNANTE DE NASSAU,
COMTESSE, DE CATZENELNBOGEN,
VIANDEN ET DIETZ. DAME
DE BEILSTEIN &c. &c. &c.

Lorsqu'Elle fut menée

par

Herborn à Sa Residence Le Chateau
de Dillenbourg,

&

Reçüe agréablement de tous les Sujets,

Le 25. jour de Juill. 1725.

MA-

MADAME LA PRINCESSE.

Que ne l'adit, ou bien je l'ai sçeu, MADAME, je crois, que mon esprit m'a dit auparavant, que je serois au nombre de ceux, qui auroient la joie, de saluer votre ALTESSE notre future Reignante. Ne le savez vous pas PRINCESSE ? Monseigneur votre cher Prince, m'a plusieurs fois ordonné, de venir lui rendre mes très humbles devoirs. Je ne m'y suis rendu que malgré moi, à cause que je n'avois rien à offrir à ce Prince. On raporte de Tite Vespasien, qu'il a voulu, qu'en entrant dans la ville on portât devant lui un bouquet d'herbes aromatiques, qui étoient très précieuses, utiles & agréables à tout le monde, signifiant par là, qu'il ne doutoit pas, qu'il ne fut agréable & bien venu au Senat & au peuple Romain. A plus forte raison, n'esai-je pas venir me présenter devant mon Prince, sans avoir rien à lui présenter, pour lui donner des marques de ma très humble soumission. Et pour lui faire connoître, que son arrivée me étoit très considérable, aussi bien qu'à tous ses autres sujets. Moins encore oserois-je me présenter à lui dans un tems, où Dieu l'a élevé au gouvernement de notre pais. Cependant, n'ayant pas voulu plus long tems avoir le chagrin d'être sujet à ce malheur, mais voulant plutôt faire tout mon possible, pour trouver quelque chose, que je pusse offrir à mon Prince, pour marque de ma très humble obéissance, j'ai suivi le Conseil de mon pere : Ouvrez, disoit il, mon fils, votre Corps de Droit, & prenez pour votre thème ce qui s'offrira le premier à vos yeux. Voilà le nouveau temple de justice (c'est ainsi qu'on appelle la troisième partie des pandectes) qui se présente d'abord à ma vue, je m'étonne fort, par quelle fatalité. Je passe plus avant, pour voir ce que veut encore le destin. (repétant en moi même les mots des anciens : Les Dieux nous donnent quelque chose de bon ! les Dieux nous favorisent, & nous font du bien !) Voilà le celebre 7^e Cre Ulpien, qui s'offre à mes yeux, & comme il me sembloit d'une mine riante, dans la loi zome. des pandectes, liv. 39. tit. 1. rependant de droit : qu'il appartient quelque chose de perpétuel au Successeur. J'accepte aussi tot ce presage : Tant, par ce qu'il est ami de notre Empereur Justinien, Qui le qualifie lui même de ce nom ; Que, par ce qu'il vint au devant de moi, & cela au commencement, dans le nouveau temple de justice ; Comme aussi, parceque je vis par là, qu'il convient quelque chose de perpétuel au Successeur. Me flattant, que tout cela ne signifioit autre chose, si non qu'en premier lieu, j'y trouverois quelque chose, qui fut agréable à mon Prince. En second lieu, que son regne ne cesseroit jamais d'être un temple

de justice. En dernier lieu, parceque j'esperois, qu'il ne regneroit pas peu de tems, mais perpetuellement dans ce nouveau temple. Là dessus je prens la resolution, de garder ce temple, de le purifier de toutes taches, & de l'eriger ainsi à mon Prince. C'est ce que j'ai fait : & faisant en ce tems là publiquement à l'auditoire le panegirique de notre nouveau Prince, au sujet de la Regence nouvellement reçüe, je l'ai consacré & présenté de mes propres mains, au contentement de tous les assistans. EN CE TEMPLE, je dis à mon Prince, que tous les Ulpiciens ses amis & très humbles serviteurs le felicitoient avec moi de son avenuë à la Regence. EN CE TEMPLE, je racontai à mon Prince, de quelle maniere les mêmes amis s'écrierent d'un visage joieux, d'une bouche riante, & de haute voix : *O bien heureux, & trois & plusieurs fois heureux, que nous sommes, nous, qui vivons sous le regne d'un tel Prince ! O Dieu, conservez notre Prince Chrétien ! O que nous sommes heureux pendant que Vous regnez sur nous ! au thrône de qui s'est place la suprime justice. Nous voions la pieté & la justice, s'embrasser & se baiser tendrement. O Prince par equité & par Loi ! Nous vivons sous un Souverain, dans l'œil droit de qui nous voions la raison, dans l'autre le Droit. Au milieu de son front nous voions paroître la Déesse Themis même, les yeux bandés, tenant à la main une balance avec cette inscription : que rien n'échappe. Comme le soleil reluit au Ciel, & la lumiere dans le soleil, de la même maniere la vertu paroit dans son visage ; en sorte que celui qui a eu le plaisir de le regarder, s'en va très content. Sur la poitrine il porte une image, appelée la verité ; Portant sur le cœur une étoile de Sapphir, pierre, qui resiste à toutes les mauvaises inclinations, & produit la pieté, la justice, & les autres vertus, repandant par dessus la poitrine du Prince des raiens qui font paroître ces mots : à chacun de qui lui appartient.* EN CE TEMPLE, on ramassoit en un bouquet des herbes odoriferantes, pour marquer la joie extreme, qu'on avoit de son arrivée, & de la tres humble soumission, qu'on lui portoit. EN CE TEMPLE, je fis entendre à mon Prince, que tous les Ulpiciens faisoient à l'envi une couronne bourgeoise, non pas d'épines, mais de rameaux de chêne, signifiant par là, contre le sentiment des autres écrivains, que comme ce feuillage étoit la nourriture, par laquelle les anciens conservoient leur vie, nous, qui étions perdus par la mort de notre Prince Guillaume d'heureuse memoire, avons été conservés de la même maniere par la heureuse Succession du Prince Chrétien à la regence, étant rentrés dans la vie comme ressuscités des morts. EN CE TEMPLE, je raportai à mon Prince, que les anciens Jurisconsultes ditoient à S. A. S. Personne n'est aujourd'hui si beau que vous : bonheur à Monseigneur & à Madame. Car les anciens avoient accoutumé de saluer en ces termes ceux qui s'étoient nouvellement mariés. EN CE TEMPLE, je dis à Monseigneur, que les Ulpiciens allumoient cinq flambeaux, & qu'un jeune garçon portoit un vaisseau ouvert rempli de pain. C'est à dire, que lors que les anciens faisoient les ceremonies du mariage, ils avoient accoutumé d'all-

d'allumer cinq flambeaux, & qu'un jeune garçon portoit un certain vase, accompagné d'un Sacrifice, auquel ils employoient du pain. EN CE TEMPLE, je dis à mon Prince, qu'on entendoit dire ces paroles : Ubi tu Cajus, ego Caja. Ubi tu Christianus, ibi ego Charlotta. Ubi tu Pater, ibi ego Mater Naffoviz terra. Gar les nouveaux mariés esant venus au logis de l'époux, on leur demandoit, qui ils étoient, à quoi ils étoient obligez de repondre par ces mots. EN CE TEMPLE, je dis à mon Prince, qu'ils avoient la coutume, de s'écrier : bonheur à l'Empereur ! quand il marchoit. O heureusement ! nous avons dit plus d'une fois ; O heureusement ! toute la ville à fait de même. EN CE TEMPLE, je fis connoître à mon Prince, qu'ils faisoient une corbeille remplie de pain, qui fut portée par un jeune garçon, criant : j'ai évité le mal, & j'ai trouvé le bien. C'étoit la même solennité, que les anciens observoient à l'occasion de leurs nocces.

Voilà, Madame, tout ce que j'ai prédit. Et ce qui est arrive aujourd'hui. Oui Monseigneur & Madame, Vraiment vous avez choisi le meilleur bien, savoir cette Société, qui est la plus parfaite de toutes les autres : cette Société, dont personne n'est capable, d'exprimer tous les avantages. Dieu dit lui même, que vous avez choisi le meilleur de tous les biens : car il n'est pas bon, qu'un homme soit seul. Oui mon Prince, vous avez pris le meilleur parti. Adam même n'étoit point content au paradis, que lorsqu'il vit son Eve. Vous avez choisi une compagne, la plus parfaite Princesse du sexe. Princesse, par vertu : Princesse, par piété : Princesse, par l'esprit : Princesse, par naissance : Princesse, par tous les dons imaginables, & si rares, qu'elle peut passer pour une merveille de ce siècle : une telle Princesse, pour qui l'art & la nature sont en dispute, à qui elle aura le plus d'obligation ? mais je mets cette question au rang de celles dont personne n'est capable de juger avec assez de justesse, bien loin de pouvoir les décider. Vous avez choisi, Madame, le meilleur bien ! un Prince, qui est né avec ces lettres Romaines, marquées, par le feu de la nature dans son bras gauche. P. C. PRINCEPS CHRISTIANUS. Un Prince, dont la gloire ne s'effacera jamais, & qu'il est impossible d'exprimer par lettres. Enfin, un Prince Chrétien ! Vous avez choisi le meilleur bien, Princesse : un pays, dont les habitans n'ont rien mieux appris, que d'aimer, que d'obéir, & que de respecter votre Altesse. Pour marque de cela, j'ai cru devoir présenter ce petit ouvrage à votre Altesse, comme par ordre de vos autres sujets. On est en grande contestation dans notre Droit, savoir, si le sexe peut redemander ce qu'il a donné, dans la persuasion, qu'il le devoit de Droit, n'y étant pas obligé ? Il me semble que l'on doit distinguer entre les Princesses, & les autres femmes particulières. Pour ce qui est des dernières, je pense, qu'on leur doit quelques fois subvenir par des remèdes fondés dans le Droit, mais pour les personnes de haute qualité, je suis d'avis, qu'elles ne peuvent point se servir des mêmes remèdes, par plusieurs loix & raisons. Et entre autres, par

egn' encore que la même raison du Sexe se trouve en toutes, néanmoins les personnes de qualité, savent (1.) plus facilement ce que les Droits civils & naturels requièrent. Car l'expérience même nous apprend, qu'elles ont plus d'esprit & de prudence, que les autres; ce qu'elles ont acquis par une meilleure éducation de la part de leurs parens & de ceux, qui sont établis pour former leur jeunesse, de même que par la conversation des personnes éclairées, qu'elles ont accoutumé de fréquenter. Outre qu'elles peuvent (2.) savoir par la consultation de leurs conseillers ce que veut le Droit. Mais la raison, pour laquelle les Droits subviennent aux femmes du commun, est, qu'elles ne peuvent pas savoir, ce qui se doit observer, à cause de l'irascibilité du Sexe. La quelle raison n'ayant donc pas lieu à l'égard des personnes illustres, elles ne peuvent par conséquence aucunement prétendre à ce bénéfice. C'est ainsi, que je vous prie, Madame, d'interpréter mes paroles, & non pas d'en tirer des conséquences au prejudice de l'estime, que j'ai pour le sexe. J'en ferai, s'il vous plaît, une autre. Regarder le sexe divin sans admiration, c'est une chose impossible; l'aimer c'est une nécessité absolue; souffrir pour le sexe, c'est être heureux; mais adorer votre Altesse adorable, c'est une conséquence. C'est ainsi, que j'ai toujours jugé du sexe: Il possède tant de belles qualitez, que quand les personnes n'en seroient ni jolies, ni spirituelles, elles ne laisseroient pas d'être respectées. Encore: Elles sont si jolies, si spirituelles, que quand elles manqueroient de toutes les autres vertus, elles forceroient néanmoins les hommes à respecter leurs merites. Ce ne sont pas, Madame, des complimens: au contraire, mon ame exprime tous ces sentimens avec la même innocence, que mon esprit les a conçus, sans avoir d'autres objets, que les perfections de votre Sexe; lequel, comme je l'estime encore davantage à cause de votre personne, que j'ai trouvée, combien de perfections faut il donc, que vous ayez vous même. Car selon les philosophes, une chose doit à plus forte raison valoir ce que toutes les autres choses valent, à cause d'elle. Acceptez donc, Princesse, ce petit traité, & vous obligerez tout l'univers. Car en l'acceptant vous ferez connoître en même tems ce que veut le Droit. Car tout ce qui plaît à une personne de votre qualité, à toute la vigueur d'une loi. Vous prouverez, que les bénéfices de droit qui contiennent d'ailleurs au sexe à cause de l'ignorance dans les droits, n'appartiennent pas, aux Princesses de votre qualité, non plus qu'à vous mêmes à cause des lumières particulières, dont vous êtes douée par dessus les autres. Oui, Madame! vous êtes si parfaite par dessus les autres personnes de votre Sexe, que vous entendez avec plaisir d'être la vérité. Vous êtes si parfaite, que vous ne pouvez pas nier, que ce que j'ai dit, soit véritable: Savoir, que les personnes de votre naissance ont plus d'esprit que les autres. Ou si vous vouliez refuser cela, vous vous refuseriez vous même par votre exemple. Car vous avez l'esprit mieux fait, que les autres. Ou si vous vouliez encore disconvenir de ceci, vous parleriez par là contre vous même, faisant connoître, que vous ne voulez pas recevoir la louange, qui vous appartient: ce qui est

est un effet de la modestie, sans laquelle personne ne peut être estimé. Mais encore que je ne doute pas, que celui, qui vous donne des louanges, ne vous fasse que du déplaisir ; sachant aussi bien moi même, que personne n'est assez éloquent, pour le faire selon vos merites ; & que par cette raison je ne veux pas seulement y songer : cependant quand j'écris de la sorte, Votre Altesse vaudra bien & pourra avec raison me juger excusable. Car si vous détruisez l'objet de vos merites, vous détruirez l'occasion d'en parler. Acceptez donc, Madame, ce traité de Droit. Il y va de mon interet particulier. Car en l'approuvant, vous vous obligerez en même tems à ne pouvoir jamais vous retracter des graces que vous aurez versées gratuitement sur moi, qui en suis indigne ; ni de celles, dont vous avez déjà honoré tous vos autres sujets, en ce que vous avez daigné vouloir être notre Souverain. O grande felicité ! Et que nous ne pourrons jamais meriter. Mais acceptez néanmoins Madame, cette question de Droit, & faites connoître par là : que je l'ai décidée selon les loix. Nous entendrons très volontiers nous faire ce reproche, que vous nous aurez accordé la grace d'être notre Regnante, quoiqu'on nous en soions indignes. Et à fin que nous puissions entendre ce reproche, nous prions le Dieu tout puissant, qu'il veuille conserver long tems votre Altesse, qu'il daigne vous accorder abondamment ce que nous ne sommes en aucune maniere capables de vous donner ; qu'il veuille nous faire la grace, de vous pouvoir temoigner notre obeissance, notre amour, & toute l'humilité possible. Quant à moi, j'ai érigé il y a de ja long-tems, un temple à toute la maison de Nassau, non pas de pierre, ni de chaux, ni de bois, ce n'est pas la superstition des païens, qui l'a construit : C'est moi, qui l'ai fait d'une toute autre maniere, je l'ai fait d'amour & d'obeissance. Il est vrai, qu'on n'y voit point d'armes suspendues ; mais vous y trouverez ces lettres en gros caracteres, gravées dans mon sang : Vive la Maison de Nassau ; Vive le Prince Chretien : Vis à vis, vous trouverez ces belles lettres : Isabelle Charlotte. Oui, vivez tous deux. Vivez ensemble pour le bien de l'Eglise de notre Sauveur Jesus Christ, pour le bien du pais de Nassau, pour le bien de tout l'univers : & aussi pour mon propre bonheur. Dieu veuille vous conserver perpetuellement. Heureux ! plus heureux & trois fois heureux ! Beaucoup d'années à notre Souverain ! Beaucoup d'années à notre Souveraine ! Car vous ayant présenté à tous deux le bouquet d'herbes odoriferantes, nous avons dit : Vive la maison de Nassau. Nous disons encore : Vive le Prince & la Princesse. Dieu le veuille, & leur donne sa benediction. De tout mon cœur.

Madame

De votre Altesse

Le très humble & très obeissant serviteur

E. A. PAGENSTECHER.

N n 3

I.



I.

L. 10. Cod. de juris & facti ignorantia.
Iidem AA. & CC. ARAPHIÆ.

Cum quis jus ignorans indebitam pecuniam solverit, cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum, repetitionem indebiti soluti competere Tibi notum est. Datum v. Kal. Ian. CC. VI. Consß.

NUm indebiti conditio, sicuti ob errorem facti, ita ob errorem juris quoque, locum habeat, mirabilis inter nostros semper fuit contentio, tam in foro quam in cathedra, & tumultuantur adhucdum. Competere conditionem soluti indebiti, etiam ob errorem juris, dicendum esse, semper putavi. Vel sola naturali illa ratione motus, quæ non patitur, locupletio rem aliquem fieri cum damno alterius, propter ejus ignorantiam juris. Vel, ut frater meus natu maximus *Jur. Pol.* p. 116. hac in parte argumentatur, quod eadem æquitatis illa sit ratio in errore juris, quæ in errore facti obtinet. Non hac vice cum Cl. fratre meo sentio. Maximam enim atque naturalem utriusque partis illius, *juris factique*, rationem diversitatis, sed & diversa ob id ipsum quoque in utroque obtinentia jura, recte Imperatorem agnoscere, passim liquet. Conf. L. 2. h. t. &c. Hoc debet argumentum esse: Jus Naturæ, non pati posse, aliquem cum alterius detrimento fieri locupletio rem, propter Eius errorem juris. Cum errare sit humanum. Atque errare nolle, magis divini sit quam humani juris. Consentit *Seneca 4. de Benef. 37.* in fine. Movent me autem in propugnanda illa sententia, leges omnes, quibus utuntur, qui nobis sunt adversi. Videamus, qua imprimis gaudent, ut de reliquis sic fiat conjectura simul. Hæc est, illa famosa Lex 10. C. de *Jur. facti ign.* Verba præmissi. Frater meus, legem hanc, dissentientium Goliathum appellat; *Præputiatum*, fortean. Atque triplicem ei Davidem peperit. Davidem natu maximum filium, significat respon sionem vulgatam; Alterum Davidem, Patris nostri respon sionem novam dicit; Tertium vero Davidem, agnoscens claudentem, creavit se ipsum. *Salve nate! hodie salve.* Tribus respon sio-

tionibus, addam aliam adhuc quæ est mea, citrà attamen animum captandi dulce Davidis nomen. Ita vero vulgo, qui nobiscum in dicta questione affirmant, ad dictam L. 10. respondent, debere eam scil. de casu excepto intelligi, ubi obligatio naturalis subest, supplendam ita ex L. 9. C. ad Leg. Falc. Et quod sufficit, dicit, pro Davide hoc primo stans frater meus, arg. L. 26. de LL. Paulo post autem, eo ipso ab Illo iterum desertionem faciens, dum citrà mutationes multas intelligi legem, haud posse statuit, David ipse tertius. Sentio, cum fratre Davide tertio, non, cum fratre Davide primo. Non sufficere vulgatam illam responsonem, ita facio, quoniam lex illa roma regulam generalem habet. arg. *¶ cum quis.* & quæ sequuntur. Regula vero esse non potest exceptio. Debemus legem unam ex alia supplere, d. L. 26. de LL. ubi lex supplementum admittit. Et præstat decantare nihil, quam ut ita modulatur Psalmista Senior. Sic autem in statu adhuc stans. (suscipe Galeam) Goliath, prostratus prior.

Hic jacet Magister David &c.

Conf. nostra Jur. Nat. princip. sup. p. 16. in pr. Et quid si: *recipe ferrum* David, dixerim, largiamurque, dictam L. *decimam* recte ita alias *suppleri*, ut dictum casum contineat, alia adhuc tamen ratione. erit, quod supplementum illud ut *exceptum* accidentem minus casum, vel *exceptum* illum casum ut *supplementum*, in dicta L. non agnoscere possis. Probando verum esse, quod dixerunt vulgo athletæ juris, probabo, Illos non recte dixisse. Mira quidem res, sed ita est. Verum est, quod Præstantissimi digladiatores illi dicunt, conditionem indebiti cessare, si obligatio naturalis subit; Verum est etiam; casum hunc dictam L. habere, ubi naturalis obligatio subest; Sed velle dicere, casum hunc ut *exceptum* ab ordinaria juris regula, legem illam continere, vel hoc modo *supplendam* esse, nauci est, atque melius iterum erit, psallere nihil, quam ut ita facit prior David, consonante Fratre meo. Contra enim potius, casum hunc ut ordinarium, nostram L. *decimam* habere, & sic supplemento ejus non indigere, tenuerim. Do: mirasse Nostros nimirum (fausta nox!) hac vice, arriolor. Nec sentire quidem illos ipsosmet, quid sentiunt; sed concordia fraterna potius, licet ignorantes, attamen convenire, & conspirare re ipsa in unum idemque, faciam. De ea re ita censeo: Leges quæ *affirmant*, *conditionem soluti indebiti ob errorem juris competere*, de casu excepto, vel minus accidente saltem, significo, ubi naturalis scil. non subest obligatio, atque quoad hunc casum ut ordinarium minus, sive *exceptum*, cum affirmantibus puto, conditionem indebiti ob errorem juris competere; Leges vero omnes, quæ *negant*, *conditionem indebiti ob errorem juris competere*, de casu, sed ut ordinario sive accidente plerumque, agere, existimo, ubi obligatio naturalis subest. Ira ergo sentio, atque pro regula, vel si mavis, ut in ordinario casu teneo: *Conditionem indebiti ob errorem juris, locum non habere.* Ita proba, quia

quia toties conditio indebiti errore juris soluti cessat, quoties obligatio naturalis subest. Obligacionem vero naturalem plerumque subesse, si quis indebitam pecuniam solverit, quo modo possim negare, non venit in mentem mihi. Qui v.g. legata integra solvit, non detracta Falcidia 4ta, ille sicuti de jure civili indebitam 4tam per errorem juris civilis solvit, ita tamen obligacionem naturalem subesse, probat Justinianus. Conf. L. 9. C. ad Leg. Falc. Et recte hactenus, quod nihil juri Naturæ magis sit conveniens, quam voluntatem Domini, volentis (in primis ultima vice), rem suam in alium transferri, ratam haberi. Conf. §. 41. J. de R. D. junct. L. 1. C. de Eccl. Ita etiam, filiusfam. mutuam acceptam pecuniam restituens, illam quidem de jure civili indebitam solvit, subesse tamen obligacionem naturalem, habet L. 9. in fin. de Sc. Maced. Coll. L. 10. ibid. Arque ita in reliquis, qui solvant indebita per errorem juris. Et quis, quæso, dixerit, aliquem per errorem soluturum facile, quod nec de jure civili, nec de jure Naturæ, debebat? Quis, amabo vos! putabit se de jure debere, id quod nullo jure debebat? Quis, obsecro, qui nullo præcedente negotio aut voluntate sua, debitorem se non constituerat, putabit juris esse, se debere? Quis in sapientia sine ambulans fortean Goliathus præputarius, repetiturus non tam quod sapiens erraverat, sed, quod non bene capite valens dederat, id quod nullo jure debebat. Aut quis, etiam, cujus quidem intercesserat negotium, v.g. donationis, sed ad quod vi ille metuque compulsus erat, putabit juris esse, se ex sua voluntate obligatum esse? Quis hoc solverit facile? Conf. §. 1. Inst. de Except. Quis, oro atque obtestor, qui ad v.g. annos non nisi tres se debitorem fecerat, lapsis illis annis tribus, putabit juris esse, se & quoad futura reliqua tempora, in infinitum usque dum vivit, debitorem mansisse? Quis ita & anno 4to, facile solverit, existimans, ad hoc se de jure obligatum esse? Erit hæc profecto rara avis in terris nigroque similissima corvo. Sed de raro existentibus casibus, legum saltem potiore partem, earumve regulas, interpretari in dubio non debemus. Conf. L. 5. de LL. Hunc ergo ordinarium casum, ubi quis jus nostrum civile ignorans, sed obligacione naturali debitor erat, & dictam L. 10. aliasve quæ negant, conditionem soluti indebiti ob juris errorem, locum habere, continere, quis ibi inficias? Atquin (præscriptus nobis interpretandi modus est), legem de eo significare debemus, quod ut plurimum accidit, non de eo, quod ἐπι το πλείστον. Dicis, si hoc ita est, ergo & leges illas, quæ ajunt ob errorem juris conditionem soluti indebiti competere, de casu illo quoque tanquam ordinario debemus intellegere, ubi subest obligatio naturalis. Idem est, ac si dicere velles, leges nullas de casibus raris extrare. Quasi vero casus raro accidentes, non ad leges pertinerent. Præter illos, quos palam Imperator passim decedit, atque alii observant, plures a me præter vulgatos observatos memini. Conf. sup. p. 255. & alibi. In dubio leges

Leges interpretari debemus, de casu accidente plurimum. Leges vero illas, quæ affirmant, conditionem indebiti ob errorem juris competere, omni dubio carent, & constat ad liquidum, quod de casu ordinario illo, ubi obligatio subest naturalis, non intelligi possint. Ita est: Legum partem plurimam, juriumve regulas, de eo debes significare, quod frequenter fit, non de eo, quod fit raro. Sed ecce, ut videas, in jure nostro quam dixi esse regulam, casumve ordinarium, hinc est. plures leges inveneris, negantes conditionem soluti indebiti ob errorem juris competere, paucas vero vel nullas habeas, quæ nomina im affirmant, conditionem soluti indebiti ob errorem juris concedi. Conf. L. 3. LL. Non hæc mutat regula in L. 3. Reg. jur. De solo enim errore facti, non etiam de errore juris, hanc L. similesque, Te debere intelligere, ita probat, quia casus rarus est, ut quis indebitum errore juris solvat, si non naturalis obligatio subest. De rebus vero raris, non debere nos in dubio significare leges, & hoc vidimus. Ut ut quidem etiam ignorans jus civile dici possit, ille qui indebitum solvit, ubi naturalis obligatio suberat, ita vero an pro errante haberi æque possit, qui Naturæ juris primas regulas sequitur, nondum mihi plane liquet. Cui consentire Jctum in L. 9. §. 5. h. t. animadverto. Ut textus, qui de errore agunt, non tam de errore juris, quam quidem de errore facti, intelligi debeant. Sed quæ cum ita nunc sint Viri, quare ergo crucem tantam erigere in dicta L. 10. quæ nullam difficultatem habet, sed ultro decidit, id quod frequenter accidit? Aut quare, ut exceptum casum in illa lege supplere, quod gratis, ita ut regulam vel saltem ut ordinarium casum habet? Sed ut minus dubites, Imperatores ibi plerumque accidens juxta regulam decidere, hinc, non aliquem in specie casum, quo indebitum errore juris solutum erat, sed in genere dicit, si quis jus ignorans indebitum solvit, conditio cessat. Ita dictam L. decimam, aliasve, debere nos interpretari, haud ex parte probat, L. 9. §. 5. ff. h. l. L. 9. C. ad Leg. Falcid. In quibus nimirum duobus textibus, eodem modo, eisdem verbis, quibus in nostra L. decima, non addito obligationem naturalem subesse, quæ subest tamen, decisum legimus: *Conditionem soluti indebiti ob errorem juris non competere.* Quo fœdere quis itaque dubitaverit amplius, dictam L. decimam secundum juris ordinariam regulam decidere, dictas vero Leges 9. 9. exempla continere? Nemo cædo, magis dubitaverit, aut dubitaverit, suspicor, ideo, ut sit modo; talis juris interpret. Probat autem hanc juris regulam, ipsa ratio atque conditionis omnis fundamentum: Quod ex bono & æquo competat. v. L. 66. ff. d. cond. indeb. Non quidem, ut hoc garrit ecclesia Catholica, quasi ex sola æquitate conditio detur, vel hanc ob oculos hic habere debeamus magis quam quidem in aliis juris nostri articulis, non hoc Catechismus hodie utor, quin contra potius, non, ex eo solo quod æquum est, sed & ex eo quod bonum est, hanc conditionem competere, dicta lege arbitror. Non secus ac in aliis juris nostri partibus. Hoc

est, ut ipsum nostram jus civile definitur: ars *boni & æqui*. Pars illa posterior, æquum sc. vult v.g. neminem cum alterius damno locupletiolem fieri. L. 14. *Cond. ind.* Pars prior, *bonum*, videlicet, non vult v.g. contractus veros vel quasi retractari passim. L. ult. C. *jur. fact. ign. Illud*; vult conditionem indebiti ob errorem juris competere; *Hoc*, quasi illum contractum, *solutionem indebiti*, retractari non vult. Hinc, indebiti conditio competet, quoties aliud bonum deficit; cessabit, quoties alia pars boni adest. Hinc cessabit v.g. si crassus adfit error vel ignorantia. Bonum nimirum est reipublicæ, homines habere ad rem attentos, non stultos supine errantes. Conf. L. 1. *just. jure*. L. 2. *Cod. d. ann. exc.* L. 24. *q. in fraud. cred.* L. 78. §. 2. Leg. 1do. Eodem modo, quo alias ufucapionibus atque literariis obligationibus, bonos reipublicæ cives faciamus oportet, ut sacerdotes juris appellemur merito. Hinc cessabit etiam, si naturalis obligatio subsit. Sicuti enim damnum jam pati, de naturali jure dici non potest, sic ergo bonum illud reviviscat, quod est, ne illud rescindatur negotium. Atque jura posthac scientes, efficiamus potius, jactura rei non debitæ de jure civili. Neque etiam, dum *ex æquo* conditio oritur, *contra æquum* sive obligationem naturalem, dari debet. Hinc, contra tamen, ob facti ignorantiam competet, licet naturalis obligatio subsit. Sicuti enim bonum est reipublicæ, homines habere jura intelligentes, & per hoc, ut habeat, recte hætenus jactura puniat; ita alterius facta ignorare probabile est. Jura, scire possumus, licitum atque injunctum est; Factum alterius ignorare, probabile est. Atque ita nunc legibus & ratione probavimus, sententiam: *Conditionem indebiti ob errorem juris locum non habere, secundum regulam*. Sed & ita nunc nostros quoque juris interpretes, licet ignorantes, sentire tamen, cum qui alias affirmant, tum etiam qui negant, valde puto. Sicuti affirmantes enim pro regula ponunt: *conditionem indebiti ob errorem juris locum habere*; casum vero illum exceptum simul agnoscunt; *si obligatio naturalis subsit*; sic ergo etsi inscii atamen eo ipso, ut in casu ordinario atque in regula negant, conditionem indebiti ob errorem juris locum habere, *quia plerumque obligatio naturalis subesse solet si quis indebitam pecuniam solvat*. Et hic pax convenit! Sed quis de negantibus etiam dixerit, eos pro regula affirmare: *conditionem indebiti habere locum si obligatio naturalis subest*? Non credo etiam, vere illos denegare conditionem illi qui solverat id quod NB. nullo jure debuerat. Aut si, certe impium esset. *In casu vero, ubi obligatio mere civilis efficax erat, non naturalis*, quod tum conditionem competere negant, & hoc nos negamus. Et sic iterum, vexillum rufum! Utique adeo ad dissentiendum facilis est voluntas hominum, ut ubi conveniunt, dissentire putent. Et sic quidem de priori profligato Davide, sed resuscitato in melius, alio modo alia forma, pacem certe eudente cum Goliatho.

II. Sequitur alter in acie ordine suo, a se ipsomet factus, David; frater noster.

nostr. Ita vult : Dictam legem decimam, Goliathum suum, eos tangere qui jura profiteantur. Atque ita ut recte profiteatur, hinc legem corrigit non uno modo. Atque ut corrigit, hinc quædam dicit, quæ esse possunt, plura quæ esse non possunt, non unum vero, quare ita esse debeat. Primum, optimum ni fallor, suum pedem quem contra Goliathum porrigit, hic est : quod paret jura profitentibus conditionem indebiti denegandam esse, idque arg. quod turpe illis sit ignorare jura in quibus versantur L. 2. §. 43. *de Orig. jur.* junct. L. 9. §. 3. ff. *de jur. & fact. ignor.* Ut ut autem esse possit, jura profitentibus conditionem indebiti ob errorem juris non competere, non argumendo quidem quo frater utitur, negatur enim juris consecutio, turpe est jura ignorare, ergo non potest repetere, non etiam, propter verba legis quæ credo frater urget in d. L. 9. *sua prudentia instructus*, neque etiam quod alias argumentum esse fortius possit, quod sicuti aliis ibi denegatur repetitio ob id quod JCrorum copiam habuerint, ergo multo magis JCrus ipsis deneganda sit repetitio, non adliquidum probant, dicit namque JCrus ibi, illud raro accipiendum esse; sed hoc fortean argumentum esse posset, quod sicuti stultis non succurratur etiam in casu damni evitandi, ita certe stultus ille dici poterit JCrus, qui in eo quod profiteretur errat; Sed & ob alia adhuc argumenta sit, *profitentibus jura, conditionem indebiti non competere*; Ast non tamen inde statim sequitur, & ita quoque nostram dictam Legem decimam debere dixisse, atque ad hunc casum unum singularem restringendam esse. Et quod sicuti recte quoque Cl. frater viderit, hinc est, missis lusoriis, acuto pugnare incipit. Atque ut probare sibi videatur, dictam L. de tali casu agere debuisse, præsidium quærit in *tibi notum est*. Quasi vero nemini scilicet nisi JCro soli, ita quid esse notum posset. Sed multa me movent, quod nesciam, an hoc pacto sic satis quidem feliciter sequi debeat, Legem de solis JCrus agere debere. *Quæso* (ita incipit Tua oratio frater) *cui id notum est, aut esse potest, deberve, nisi illi qui JCrus agit? Vis scire, quibus? Omnibus* autem, juris est nostri, jura constitutionesve Principum esse notæ debent. Vid. L. XI. C. h. t. *Si quis jus ignorans ex causa fideicommissi indebitum solvit, stultus erit.* L. 9. §. 3. ff. h. t. NB. *Omnibus NB. notissimum est, eos solos excusabiles nuntiatores esse, qui fisco deferunt.* Verba sunt in L. 4. C. *de delat.* Sed crediti tabulas hac in parte mihi faciam non quidem opus erit, dare enim gratis possem fratri, in hac Lege decima de jure tali agi, quod non nisi JCro alias esse notum posset, quid? nullus enim video quidem, legem illam dicere, illi quo de ibi agitur, hoc notum fuisse. Certe non, si *to tibi*, non ad verba : *notum est*, sed ad verba præcedentia pertinens relictum, ita legeris : *propter ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti competere tibi, notum est.* Et quod vel eo magis dixeris, quoniam ipse frater vult, arg. L. 19. C. *de app.* (sed vitio ni fallor typographico), ad JCros quidem, ad alios vero

hominēs nūquam, formula hac : *Tibi notum est*, rescriptum fuisse ; atque ut
 posterius vult , ita prius probat , Sacro silentio. Deficit lex. Et quid si hac
 in parte lex adesset ? Non necesse enim habere tamen Fratrem , in hac nostra
 lege , *to tibi*, ad *ψ. notum est*, referre , vidimus. Cum ad *ψ. non competere*,
 pertinere satis commode possit. Et ita quoniam potest , sic ergo ita debemus ,
 ideo, quoniam ipse juris ille interpret. recte consentit , ita plerumque esse ,
 ut verbum *tibi*, ad verba *notum est*, non referatur. Et quod magis probat
 (sunt autem tales plures) L. 5. C. cond. ind. Non tantum enim , quod allegata
 leges a fratre , L. 1. C. ubi decrim. L. 4. C. del. L. 6. (erit, credo L. 5.) C. acc.
 L. 1. C. de uxor. mil. habent , dicit formulam *notum est*, *s. non est incerti juris*,
 verum etiam particula *tibi* addita , sed & relata ad præcedentia , & quidem in
 eadem conditionis materia , ita habet : *quidquid indebitum postea per errorem*
dediti, ejus conditionem Tibi competere , non est incerti juris. Sed demus etiam,
to tibi in nostra lege, ad verba *notum est* retrahi debere ; concedamus ulterius ,
 JCtis etiam hac formula rescriptum fuisse ; fortean enim & aliis ita rescriptum
 fuisse probaremus , si evolvere leges vacaret. Saltem fratris eadem ratio id
 permittit, quoad constitutiones quæ notæ esse debent cuilibet. Quis non
 & *Tibi notum esse* rescribi posset , quod *omnibus notissimum esse* rescriptum legi-
 mus in dicta L. 4. C. d. delat. Sed largiamur fratri, ad solos JCtos ita rescriptum
 fuisse , habeat etiam , *to tibi* in nostra Lege *decima*, ad *ψ. notum est*, referen-
 dum esse , habeat hac in parte quæ velit omnia , dummodo meminerit, inde
 non tamen sequi , ut per illud *tibi*, solum JCtum significare debeamus, siqui-
 dem v. g. constitutiones notæ esse debent cuilibet. d. L. XI. C. h. t. L. 4. C.
delat. Sed non necesse quidem esse , vidimus , ut *to tibi*, ad *ψ. notum est* re-
 feramus. Non unum constat eorum quæ frater ponit , cum constare tamen
 deberent omnia. Probavit ergo Cl. frater , quid ? illud , & præterea nihil ,
to, tibi, JCtum significare posse ; non, debere. Et quia posterius non præ-
 stat , hinc , intelligi ita non debere , ita facio , quod speciem (cum vulgato,
 casum dicimus) , singularem exceptam aliquam agnoscere non debemus , ubi
 alia interpretandi ratio ad manus est. Ceu ipse frater , sufficere dixit , quod
 vulgo dicunt. Concede, quæto, frater cespitem ; ad Davidem primum ,
 & Goliathum , de pace , verba facias , inter illos facta semel. Obstat fratri ad-
 huc , quod verba legis , regulam magis , quam exceptum casum , significare ,
 videris. Quod non debeamus , ut frater vult , inde est , quoniam fatente illo
 ipsomet , ita plerumque est , ut *to tibi* non ad verba *notum est* , sed ad alia
 referatur. Contra fratrem disputat , quod dum ipse in lege ponit JCto jura
 nota fuisse , simul ponere non possit , ignorantia juris illum cecidisse. Atque
 sic in ipso suo ortu , proh dolor ! perit , David natu minimus , Clarissimi
 fratris mei responsio tertia. Quod ita res se habeat , nullo autem esse modo
 possit quod auctor vult , ipse inde adhuc recte animadvertit , quod inscriptam
 legi

legi *Araphiam* videmus. Quo nomine, & ipse frater vult, argumentis ex Patris mei Inerio delumatis, & nos infra probabimus, vocari *feminam*; Jctum mirabilem! Ut autem ipſus Davidi 3tio, de mortuis reſurgere liceat, hinc eſt; Dux numerum augeat, atque Arithmeticae jure, qua nego neſcio algebra, ex uno faciat duo, ex una *Araphia* componendo duos, marem ſimul ac feminam, forte hermaphroditum, in inſcriptione, loco ARAPHIAE, ita ſubſtituit APRO ET PIE. Probat frater calculum, quod & eandem inſcriptionem inveniamus in L. f. *Cod. ſi omiſſ. cauſ. teſt.*, eosdemque illos ibi quos hic Imperatores habeamus, *Diocletianum & Maximilianum*; Sonus etiam atque poſitura prope conveniat, vocabulorum, *Araphia*, atque *Apro Et Pia.*; Sed & Jctos ſub nomine *Apri* exiſtiſſe ex inſcriptione Gruteri conſtet. Rationibus hiſce Fratris mei non poſſum ſubſcribere. Non videtur mihi ſequi, in dicta lege finali ita eſt, ergo & in noſtra L. *decima* ita eſſe debet, & ut ita ſit, ergo eam debemus tot tantisque modis adulterare. Illud enim alias deberet ſequi etiam; dictos Imperatores nemini mortalium, niſi ſolis *Apro & Pia* unquam reſcripſiſſe. Id quod ut hodie minus inducere ego in meum animum poſſum, faciunt exempla. Non videtur etiam mihi, prope eandem ſonum eſſe atque poſituram: *ar Aphia*, atque: *apRO ET Pia*. Si quid recte adhuc ego audiam atque videam. Ut ut *Apros* quidem etiam exiſtiſſe Jctos notum ſit, nec propterea ad Gruteri inſcriptiones provolare frater meus necesse habuerit, cum ex Tacito aliſve conſtet, *Apri* in foro celeberrimum ingenium, ſed & conſules *Apros* habeamus in L. 4. C. de Proc. L. 2. C. de Fidej. L. 2. C. de ſol. matr. L. 3. C. de Teſt. manum. Et forte in L. 1. C. de Luis. pign. apud Da. Wicling. ind. Leg. Cod. p. 116. Sint autem & alii adhuc *Apri* Jcti; Aſt nondum tamen plane mihi liquet, an ſub Diocletiano atque Maximiliano quidem, tam ſua jurisprudentia inſignis ſupplicans *Aper* fuerit. *Aperum* Numeriani percufforem fuiſſe ſcimus tempore Diocletiani, ſed ab Illo antequam Imperator fuerat factus trucidatum, ira historia refert: quod predictum ipſi Diocletiano militi adhuc gregario fuerat, fore, ut ad Imperatoris dignitates eveheretur tum, ſi aprum interfeciſſet, & quod ſicut Diocletianus miles de apro animali intellexerat, ita ubi potuit brutum aprum interfecit. alius tamen inſerim ipſi in dignitate imperatoria prelatiſſe ſemper, uſque dum tandem dictus *Aper* homo Numeriani percuffor & ſic poena iterum moris dignus ipſi obvenerit, ſimul & tum praſagii memor, illum interfecerit. & ſic ut Imperator exclamatus fuerit. Sed quoniam Diocletiani aetas *Aprum* Jctum tulerit vix credo, hinc ferme eſt, in dicta L. ult. *ſi omiſſ. c. teſt.* non *Aprum*, ſed *Aſprum* legerim, cujus nominis fuiſſe multos, ignorat nemo. Sed non vacat apud Annales evolvere, & ſic concedam potius, Jctum *Aprum* aliqui em tempore Diocletiani vixiſſe. Poſſum autem iterum gratis hoc concedere. Quoniam enim & *Apros* non Jctos fuiſſe eſſe poſteſt, atque mox x

ille homicida sed & alii probant, sic ergo nullo modo sequi video, quare solum *¶ Cum* Aprum in dicta L. fin. precantem, intelligere necessario debeam: Sed sit ita etiam, in dicta L. fin. Aprum *¶ Cum* fuisse; quid enim, ergo & eundem Aprum *¶ Cum* in nostra Lege *decima* videre debemus? Negatur consecutio. Atque ita post resurrectionem quidem, struit tamen pedem denuo, David 3tius. Nec id mirum, cum in fundamento versetur lubrico. Probat vix nimirum frater, corrigi ita nostram legem *posse*; non, *debere*. Non ergo ita nos debere, volunt illa quæ dicere anteverti, ad Verf. *Tibi notum est*. Sed pergamus. Quod corrigere ita non debeamus, adhuc inde recte frater viderit, quod in singulari numero sit positum, *Tibi*. Ceu alias enim, si plures, *Aprum & Piam*, velimus, *vobis*, esse rescriptum deberet. Ne autem hoc auctori nostro magis sit in via, hinc est, adducat potius, & alias interdum ita in numero *singulari, pluribus* rescriptum legamus. V. g. in L. 5. C. de Appell. Sed ego nondum mecum constitui, an lex illa id ita ad liquidum probet? Sicuti enim ibi *valenti* quidem uni simul tamen & NB *aliis*, inscriptum legis, sic ergo & recte, ni fallor, in ipsa lege rescriptum & *uni* habeas, -sed & pluribus simul, ibi, *Vestra, Vestro*. Sunt & alia quæ, quæ ad hanc aliasque leges hac in parte habeo, sed ne nimis crescat præsens disputatio, dicam hac de re ex professo alibi, atque largiar hac vice Fratri meo potius, quod & *pluribus* supplicanti- bus *εἰκως*, atque *ἡνι πλῆθυντικως* rescriptum aliquando legamus. Quoniam enim ita aliquando & raro fit, quare ergo hoc, & non quod frequenter accidit, hic in nostra L. *decima* significare necessario debebimus? Probat ergo iterum ferme frater, & quidem magis nihil, quam quod ita in nostra Lege roma esse *possit* rescriptum pluribus in singulari numero. Non autem, quod ita esse debeat. Et quia hoc non probat, hinc non debere nos ita dicere, volunt, quæ memorare institui circa *¶ Tibi notum est*. Ita non debere nos, facit, quod frequenter ubi plures precantes sunt, pluribus etiam rescriptum legamus. Atquin enim id quod ut plurimum accidit, non quod raro fit, debemus dicere. Obest Fratri, ipsa illa lex, quam pro primo suo fundamento ponit, ult. C. *Si omss. c. Test.* Sicuti namque plures ibi in inscriptione legis, ita & in plurali numero illis rescriptum habes. Sed plane obstat Fratri, quod ita raro accidens aliquod ponit, ad mutationem faciendam, ubi nec adultertatione nec minus frequenti explicatione opus est. Non ita debere Virum Clar. adhuc est, quod liceat *apro & pia* in singulari numero recte hætenus rescriptum fuerit, atque uterque sub voce *Tibi* venerit, ast nihilominus tamen sic ergo & illa debebat jura intellexisse. Tollit frater obicem, *potuit esse*, dicit, *communis & libellus utriusque nomine conceptus, ut solus aper tamen negotium gesserit*. Esse ita NB. *potuit*, cum debuisset Frater probasse, ita *fuisse*. Vel, ita esse *debere*. Id quod probatum video, ut quid minus nihil. Ita ergo non potuisse, volunt dicta ante ad *¶ Tibi notum est*. Ita esse non posse, sed cum *Apro* simul

annul gessisse negotium *Piam*, eo constat, dum ad utrumque tamen factam inscriptionem esse, frater vult. Nisi interea temporis fortean, interim scilicet dum Imperatores utrique rescripserunt, Aper tum solus gesserit negotium. Hoc est, dum nihil gesserit. Sed obstat adhuc, quod licet solus Aper negotium gesserit, nihilominus tamen, rescriptum NB. *utrique supplicanti esset, conditionem indebiti non competere ob errorem juris sed ob errorem facti tantum.* Cum contra tamen soli *Apro* tanquam Jcto & non *Pia* consequenter, conditionem indebiti ob errorem juris denegatam esse, Frater contendit. Et quod ut quidem ita dubium Vir Cl. non memoravit, ita tamen aliquod tale latens ipsi visum fuisse, eo ipso, credo, probat, dum ipse, ut *Pia* linquat quam ademit *apro* conditionem, iterum sic critica pugnat, atque interposito commate, sed & geminando ex uno *Tibi*, facit duplex *Tibi*. Hoc modo: *Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere Tibi, Tibi notum est.* Nimia quidem Tua Vir Clar. in geminando erga nasciuros *aprum & Piam* liberalitate; Sed ego nescio an ejusmodi geminationes, verborum integrorum quæ a consonante incipiunt, agnoscere debeamus tam facile? Verba syllabasve quæ in idem desinunt atque a vocali incipiunt, contraxisse plerumque veteres, memini. A parvulis scimus habet Cicero: *SINIUS VOCATQUEAT.* pro *SI IN JUS VOCAT ATQUE EAT.* *SI VOLET SUO VITO.* pro *SUO VIVITO*, habent eadem Tabulæ; Item *SVS HERES ESTO*, pro *SVV*, &c. *PRO CASIBUS USA, CASIBUSA*, in nostris quidem etiam Pandectis legimus. Atque *SENTIUS* pro *SENTENTIUS* in L. 14. *de Re jud.* lego. Quemadmodum & in L. 44. *de Relig.* pro *CUIUS IMAGO, CUIUS SI IMAGO*, restituendum censeo, &c. Sed an integra verba pluribus constantia syllabis atque a consonante incipientia, contracta in unum in Nostro juris corpore legere debeamus, hoc est, quod non facile dico. Aut si in Pandectis nostris fortean talia occurrerent, non tamen de nostro codice facile concesserim. Rationem habet. Sed largiamur fratri, & ita quoad ipsum Codicem nostrum (quod tamen ego vix credo) dici posse. Nihil enim magis tamen inde sequitur, quam quod esse posset, & in nostra Lege *10 Tibi* bis scriptum ita & contractum in unum fuisse. Et sic quod porro sequitur? Nihil magis, quam, loco unius *Tibi*, duplex *Tibi Tibi*, corrigi fortean posset. Non, quod ita debeamus. Sed vide nunc, quæso frater, quid feceris? Ut rarum casum atque multas correctiones habeas, in textu qui te fatente eis non indiget, hinc multa ponis, quæ esse ita tantummodo possunt, non debent, Te fatente ipsomet. Si verum velimus, quæ esse quidem non ita possunt. Et quia ipse videris, eorum quæ ponis *unum* non esse alias posse, hinc iterum *aliud* ponis quod esse possit. Et quia *hoc* iterum non esse alias possit, hinc denuo *aliud* ponis, quod esse ita possit. Et propter hoc iterum *aliud* ponis, quod esse non potest. Ut esse possit, textum nostrum de Jct. agere, hinc ponis esse posse, *7. Tibi*, non ad præcedentia, sed ad sequentia refe-

referamus, hoc modo: *competere, Tibi notum est.* Ut sic esse possit, de JCro (cui soli se. jura nota esse possunt) solo, ibi agi. Sed quia hoc esse non poterat, propter inscriptam legi *feminam* araphiam (& propter multa alia quæ addidi), hinc ponis, esse posse, ut corrigamus, loco *Araphia, Apro & Pia.* Et quia hoc esse non potest, propter *to Tibi* (& propter alia quæ addidi) hinc porro ponis esse posse, ut solus Aper negotium gesserit. Et quia hoc iterum esse non potest, quod *utrique* tamen rescriptum legimus, sed & ita *Pia* denegata conditio esset, sed & propter alia esse ita non possit, hinc denique ponis, esse posse, ut ex *uno* Tibi faciamus *duplex* Tibi. Et quod ipsum, si veritas erit potior, non esse quidem potest. Certe ita esse *debere*, non audes dicere. Vide ergo frater quid feceris? Ut casum exceptum in Lege componas, hinc eam corrigis multifariam, idque non uno argumento stabili. Vel, si verum frater fateri velis, ut modo correctionem tuam probes, (qua arte scilicet hodie magis gaudere homines solent) hinc est singularem exceptum casum in lege agnoscis. Ut casum exceptum singularem in lege erigas; hinc corrigis eam, non in capite modo sed & in calce; Idque non paucis, sed multis & variis; Atque varia ideo ponis, quorum quædam esse ita possunt, si verum amamus, quæ ita esse non possunt, non unum vero adducis, quod esse ita debeat; idque in textu, qui Te fatente ipsomet, citra correctionem, se satis bene habet; Et se bene habere, magis adhuc ego, ni fallor, probavi. Atquin, Cl. Vir, textualias non corrigere debemus, nisi id summa necessitas flagitet. Atque, nec rum quidem, nisi argumentis quæ omni dubio carent. Atquin, omnia quæ Tu ponis, versantur in incerto. Unum ponis esse posse, quia aliud quod posueras, esse non potuerat. Vide quæso, quid hoc est? Atquin, contra Te militat varia, quare esse non possint quæ ponis. Atquin, ipsomet Te fatente, textus citra correctionem ex vulgata interpretatione satis se bene habet. Est profecto omni pisce sanior. Nolle, unquam fratri meo monstruosum partum, Davidem hunc aprum simul & piam, excidisse. Precor! Precor! Vide quid feceris. Simus cauti oportet, in critica arte. Corrigamus ubi opus est. Emendemus ubi mendo cubat. Corrigamus ita, ut priori integritati suæ restituere videamur. Corrigamus, argumentis assiduis, exceptione omni majoribus. Corrigamus ita, ubi summa necessitas flagitat; Ubi debemus, non ubi possumus. Non ubi ratio quævis adblandiri videretur. Certe non, ubi ratio nulla adest. O perditam enim alias nostram jurisprudentiam! O afflictam Themidem! Et quid tandem nostrum laudatissimum alias corpus juris Meris inaniis oppletum sceleron. Neque amplius, de sententia atque responsione Clar. fratris mei, ad dictam *L. decimam*. Videamus etiam quæ est mei Patris.

III. Existimat autem Clar. Pater, Legem nostram *decimam* intelligendam esse, de folis feminis,

NUM FEMINA IN JURE ERRANS CONDICTIONEM HA-

BEAT INDEBITI ? Negans primus Pater meus proposuit. Princeps pro
sua sententia depromit argumentum, ex L. fin. C. de jur. & fact. ign. Ecce ve-
ro, verba legis : *Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare ,*
in his, qua pratermiserint vel ignoraverint, statuisimus, si per ignorantiam juris,
damnum aliquod circa jus vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus,
in quibus praseritarum legum auctoritas eis suffragatur, subveniri. Hoc dicit lex
illa, ex Patris mei interpretatione: secundum regulam feminis in jure erranti-
bus repetitio non competet, sed in illis tantum casibus, in quibus antiquae le-
ges eis succurrunt. H. e. ex gr. in Sc. Vellejano. Probat 2do pater senten-
tiam ex L. 11. C. atque L. 9. ff. h. t. Tertium vero praesidium ponit in dicta L.
nostra 10. C. h. t. Ac (A) quidem commate non ante, sed post verbum, *Tibi*, posi-
to, sensum hunc construit : *Notum esse, Tibi tantum propter ignorantiam facti,*
condictionem indebiti competere. Sive, ut hoc ita nunc dixerunt verba legis :
Per ignorantiam facti tantum, repetitionem indebiti soluti competere Tibi, notum est.
Tibi, pergit (B.) Pater, feminae scil. *Araphia*. Quae huic legi inscripta est,
videlicet. Tameñ aliquando enim & masculorum nomina in *a* exeun-
tia reperiantur, secundum regulam tamen, feminarum nomina in *a* desinent.
Ceu in *phia* desinentia nomina, feminas significaverunt apud Romanos perpetuo.
Quae Pater meus adhuc habet, illa non describo, sed eis addam potius
Arabiā Justinii II. Augusti filiam. Conf. Rup. ad Besold. p. 582. Et Apphiam
feminam in Epist. ad *Philom*. Aut quem Sophia laeret, in cujus honorem, Ju-
stinianus noster, ingens Templum Constantinopoli exstruxit. Quibus omni-
bus adhuc id addo, quod masculorum nomina, licet illa illi a feminini gene-
ris causa assumerint, non tamen illa in *a* sed in *us*, terminavere. Ita com-
modus Imperator Antonini Philosophi filius, *Amazonius* audire voluit; quod
feminam sub veste *Amazonia* adamaverit. Vid. *Herod Histor. Lib. 1.* Ha-
bet explicatio Patris fundamentum in allegata supra L. 5. C. de Cond. 7. Ubi
eodem enī modo, *Tibi competere, non esse juris incerti*, vidimus, quemad-
modum hic vides, *competere tantum tibi, notum est.* Videamus, num rationem
habeat sententia ? Videtur autem rationem maximam habere, in L. ult. C. h. t.
¶ ne passim liceat mulieribus retractare contractus. Quia passim nimirum femi-
nae jus ignorant, hinc passim contractus rescindere possent, si juris ignorantia
ipsis hac in parte prodesset. Ne autem contractus passim rescindantur, interest
reipublicae. Interesse reipublicae, ex Justiniani sententia, probat d. *¶ ne passim.*
Hinc & nomina pactis dari leges voluerunt. Ut signum esset naturae stabilis
ac firmae. Hinc mandatum transgrediens, tenetur quidem etiam ad id mihi,
quantum mea interest a mandato non discessum fuisse, tertio autem ego licet
contra meam voluntatem, obligabor tamen. Ideo; ne sub praetextu alias li-
mites mandati non observatos fuisse, facile subvertantur omnia. Ob eandem

causam, publica jura atque Gentium, ad restitutiones in integrum difficiliora sunt. *Op. de jur. bell. & p. Lib. 2. Adde L. 4. de rest. in integ. L. 9. de del. mal. L. 16. de Min. L. 2. C. resc. vend.* Non addo plura, in re tam manifesta. Dixi sententiam Patris, argumentis etiam aliis propugnavi. Sed juremus oportet in verba Patris, non in verba Magistri. Hoc quoque oportet. Dicam quid sentio; Et ita quare. Patris mei sententiam intelligo, & limitandam hactenus censeo, ut vera sit *in feminis solis illustribus similique Territoriali quod ajunt jurisdictione dotatis, idque quidem eoque, ut nec in QUIBUSDAM illis causis, in quibus alias jus ignorare sexui permissum legimus, ipsis subveniendum. Reliquis autem feminis, contra, jus ignorare licebit in quibusdam etiam exceptis causis, ubi alias maribus succurrendum non quidem.* Ita ergo teneo: I. *Tam feminis quam maribus conditionem indebiti ex errore juris soluti competere.* II. *Idque (Amplia) in quibusdam etiam causis, in quibus alias maribus repetitio denegatur.* III. *Excipe, quoad feminas illustres.* Et ne frustra sim. Quoad primum enim articulum, ne dicam feminis conditionem indebiti minus competere quam maribus, retraxere me semper argumenta, quæ olim commilitoni sub præsidio Patris disputanti, movi, atque tanti momenti ipse Pater putavit, ut altera, de unico matrimonii scopo, disputatione, publici juris fecerit, in Respondentis corollario. Est autem eorum primum illud, quod in L. 14. 47. 66. ff. de cond. ind. legerim: Conditionem hanc ex æquo & bono competere. Cum nullo vero illo capite convenire mihi videretur, conditionem indebiti denegare feminis, atque illam maribus concedere velle. Et ut bonum sciam alias esse reipublicæ, ne contractus rescindantur passim, ita vero propterea, statim conditionem indebiti non denegaverim. quod alias & infantes in jure errantes, non repetere possent. Movet me autem (2.) L. 8. ff. de jur. & fact. ign. Nominatim enim illa ibi scripta video, quæ dubium habere possint, illa vero omissa & posita, quæ dubium non habent. Argumentari JCTum video, a feminarum favore tanquam NB. *potiori*, ad marium favorem tanquam *minorem*. Dum enim ita dicit: *Error facti NB. NE maribus quidem in damnis vel compendiis obest*, illud ponit, & aliud nihil significare verba possunt, quam, *multo minus obesse debere feminis.* Cui & in sequentibus verbis: *Juris autem error NB. NEC feminis in compendiis prodest.* Probant hæc duo capita, in materia juris factique ignorantia, Imperatorem magis favere sexui inferiori, quam maribus. Pergit autem: *Cæterum in omnibus, juris error in damnis amittende rei sue non nocet.* Respondebat opponenti mihi Pater: Respondum in dicto Corollario legis: *Regulam in dicta L. 8. occurrentem a Paulo (qui ejus mos & alibi occurrit) confestim in lege subjecta nona in principio, quoad feminas restringi ad certas causas.* arg. in d. Leg. 9. ibi quibusdam causis. Sed non potest, videretur mihi, regula consistere in quibusdam exceptis causis, sed in plurimis consistat, oportet. Regula non potest exceptio esse. Sed ut nihil dissimulem, non credo qui-

quidem nunc magis id, quod in dicta L. 9. legimus, *in quibusdam causis feminis permissum esse jus ignorare*, in feminarum odium ibi sed potius in favorem Earum, ita maximum dictum esse. Ita meus Pater existimat, errorem juris in damnis amittendæ rei, non nocere maribus, conditionem indebiti v. g. iis competere regulariter, aut feminis non nisi in quibusdam exceptis causis. Non puto, hoc sensu JCrum *¶ in quibusdam causis*, significasse; sed ita potius, ut in causis quibusdam jura ignorare feminis permissum sit, in quibus alias maribus juris ignorantia nocet. Quemadmodum scilicet secundum regulam, tam maribus, quam etiam feminis non juris ignorantia permissa est, ita secus tamen, quoad feminas in causis quibusdam. Ita vero esse, haud *εν πλατει* probat ipse ille initialis *verf. Regula est, juris quidem ignorantiam cuique nocere.* Dum hæc est NB. *regula*, ut juris ignorantia NB. *cuique* noceat, dum subjicit statim, in quibusdam causis feminis tamen jura ignorare permissum esse, quid quæso hoc aliud significare potest, quam, feminis ex favore jura ignorare in quibusdam causis, permissum esse, ubi hoc maribus permissum non est. Atque sic nunc absit tantum, hanc legem *quam* dixisse, feminis minus, in hac conditionis indebiti parte, competere, ut contra, quam *ædo* loco supra proposui, sententiam meam probet: *in quibusdam exceptis causis, ignorare jura, permissum esse feminis, in quibus alias juris ignorantia maribus obest.* Satis ita nunc faciam, si dixerim, eodem modo, Legem ult. C. h. t. probasse, *non passim licitum esse feminis, omnes suos contractus retractare, sed in quibusdam, in iis nimirum tantum causis, in quibus legum antiquarum eis suffragatur auctoritas.* In illis vero nunc quibusdam causis, ut nec alias regulariter, Illustribus feminis juris ignorantiam non permissam esse, probabo etiam, 1. Quod juris ignorantiam non prædesse, dicatur, tum, si quis vel JCræ copiam habuit, vel alias sua prudentia satis instructus sit. L. 9. §. 3. *dec. jur. fact. ign.* Illustres autem feminae consiliariorum suorum copiam habent. Ut & accuratiore educatione sua, sexus alias lubricitatem commodius suffulcire valent. Consentit *τοι παυ* Grotius, quando *laxius sumenda verba* monet, ut etiam artis significationem includant, aut quam lex dedit, *se loquens* utatur NB. *consilio jus intelligentium*; Atque etiam in quæstione, *an quid persona aptitudo conferat ad æstimandum delictum?* Distinguendum judicat, inter alia, quoad educationem accuratiorem. Non minus ac, *Quando puer ratione uti incipiat & ex promissione obligari possit?* non certo illud definiti posse, sed, inter alia, NB. *educationis curam hic multum facere*, nulli dubitant, illi qui de Jure Naturæ scripserunt Conf. *Vitriar. p. m. 313.* Dabo autem 2. in hac mea de illustribus feminis sententia, comites Pontifices, ubi C. 9. x. *jurj.* dicunt, *in femina nobili & castro munita* (ita enim verba interpretor: *& in terra præfati*) *ordinario feminarum succurrendarum remedio locum esse nullum.* Compendio repetam, atque, in dicta quæ-

stione, *An jure ignorantia feminis noceat?* Distinguendum puto: Intei
 ILLUSTRIS. atque PRIVATÆ CONDITIONIS, Feminas. Quoad *Illas* ne-
 gative, indistincte respondeo. Quoad *Has* vero referre puro, An de
 LUCRO SIBI ACQUIRENDO, An de DAMNO POTIUS EVITANDO,
 laborent? PRIORI casu, distinctione opus, dixerim, *minorennis* num-
 sit, an *atate provector*? Illo casu, excusabilis erit. *Hoc* casu, contra.
 POSTERIORI vero casu, ubi de damno evitando nimirum privatæ femi-
 næ certant, subdistinguentur reor; An *¶ Cui forsan alicujus copiam habu-*
erint, aut alias facile eis futurum fuisset, jus scire, & tum ite-
rum ad negativam pronior suum; An contra; atque tum, si causa, qua
 de agitur, talis esset, in qua nominatim succurrere alias jura feminis solita
 sunt (accipe exemplum in Vellejano), potiores *affirmantium* partes respon-
 deo; Sin minus, castra negatiuum juris veritati propiora laudarem.

TANTUM ad L. 10. Cod. de *Juris & Facti*.

Ignorantia.



E. A. O. C. P A G E N S T E C H E R,
UTRIUSQUE IURIS DOCTORIS, IN ACADEMIA HERBORNENSI.
PROFESSORIS ORDINARIJ, ET SYNDICI.

OBSERVATIONES CRITICÆ.

EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA.



HERBORNÆ NASSAVIORUM,
TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUÆ. 1713.

SERENISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO,

D O M I N O
WILHELMO CARO-
LO HENRICO
FRISONI,

SUPREMO ARAUSIONENSIVM ET
NASSAVIÆ PRINCIPI,

COMITI CATTIMELIBOCI, VIANDÆ, DECIAE ET
SPIEGELBERGÆ, LINGÆ, MEURSÆ, BURÆ, LEER-
DAMI; MARCHIONI VERÆ ET ULISSINGÆ; DO-
MINO ET BARONI BREDÆ, BEILSTEINI, LIESFEL-
DIÆ, GRAVÆ, DIOECESEOS CUIKIANÆ, DIESTÆ,
GRIMBERGÆ, HERISTALLI, CRANENDONKI, VARNE-
STONI, ARLAI, NOSEROCI, S. VITI, DUSBORCHI,
POLANI, WILHELMOSTADII, NIVARTII, YSELSTEINI,
STEENBERGÆ ET MARTINODICI, MONTIS GERTRU-
DIS, SEVENBERGÆ, UT ET SUPERIORIS ET INFE-
RIORIS SUALVÆ, NAELTVICI, ANTVERPIÆ, ET BI-
SONTII BURGRAVIO; MARESCHALLO HEREDITARIO
HOLLANDIÆ, DOMINO AMELANDIÆ; GELDRIÆ,
UT ET FRISIORUM REIPUBLICÆ GUBERNATORI, ET
CAPITANEO GENERALI HEREDITARIO, NEC NON
PROVINCIAE GRONINGÆ, OMELANDIÆ ET DREN-
THIÆ GUBERNATORI ET MODERATORI.

Reliqua

SERE-

49) 203 (30
SERENISSIME PRINCEPS, ET DOMINE,

HODIE NEMO TE EST PULCHRIOR.

Hac Veterum formula, Hodie est, DOMINE CLEMENTISSIME, acclamamus nuptias celebranti TIBI cum SERENISSIMA atque virtutum Regiarum omnium ornatissima PRINCIPE, DOMINA, Majestatis Regiæ Anglicæ

ANNA PRINCIPE. Hodie est, SERENISSIME PRIN-

CEPS, solenni voce gaudemus : εφουλον καλον ευρον αμεινον. Utiq̄ue, HERE GRATIOSISSIME, invenisti hodie melius. Societatem illam, sine qua, Ipse Deus dixit, bonum non est, homo sit. Sociam invenisti, objectum Tuarum virtutum. & ita virtus virtutem elegit hodie. Sed hodie non est, SERENISSIME DOMINE, in laudes Vestras excurramus, id enim adulari esset. Hodie est, Optume PRINCEPS, gaudeamus potius, atque ex animi sententia dicamus : *Feliciter Domino. Feliciter Domina.* Ego, DOMINE CLEMENTISSIME, argumento, quod vere læter, felicitatem precaturus; Observationes hæcæ meas, animi mei ad nullum non obsequii genus devotissimi monumentum, Serenissimæ Serenitati Tuæ, Do. Dico. Cum voto : Deus, ex uno, quod fecit ex duobus, plurimos faciat. Ita fiat. Sic volo. Herbornæ Nassov. D. Sept. 1733.

SERENISSIME PRINCEPS,
ET DOMINE,,

SERENISSIMÆ SERENITATIS TUAÆ

Humilimus :

E. A. PAGENSTECHER.

I.

I.

L. 8. ad Leg. Jul. Maj.

In questionibus laesa Majestatis etiam mulieres audiuntur. Conjuratorem denique Sergii Catilinae Julia mulier detexit, & Marcum Tullium consulem JUDICIUM ejus instruxit.

NON intelligunt Auctores, quid sibi ea constitutione Justinianus velit, qua de nudo jure Quiritium tollendo interdicitur. Ita vero Briss antiqu. 4. 22. Sed nec id illi intelligunt amplissimi Legum Romanarum Philosophi, quid in L. 8. ad L. Jul. Maj. Justinianus voluerit. Et quod quidem ego facile purpuratis illis in reputatis viris indulgeo. Sed in tam litterato Viro, qualis esse cepit, Gotsfredo, doleo, dum in d. L. 8. loco: *Judicium ejus*, ita: *indicium ejus*, substituendum putat. Quasi vero, non *judicio*, sed *indicio* tantum, ipsius Juliae (Nisi mavis, Fulviae) detestam esse Catilinae conjurationem verius sit. Quae autem, obsecro, sive *judicii*, sive *indicii*, cum sequenti illa *instructionis* voce, solida connexio? Emendandum itaque Textum censeo, atque loco *J. judicium*, rectius, *judicem*, surrogandum puto. *Questionum* quippe *judices*, post primorum quæstorum partidalium, Syllæque Dictatoris sequentia tempora, fuisse Romanos dictos, *quibus extraordinaria Publicorum Judiciorum cognitio lege a populo delegabatur*, quis nisi antiquitatum Romanarum simul ignarus nesciat? Et quo quidem criminalium judiciorum munere, præter ipsos in urbe Praetores, alios etiam Populi Romani Magistratus, veluti consules, fuisse functos, postea, tam ex hoc Papiniani loco, quam ex L. 2. §. 23. & 32. d. O. §. manifeste probò. Conf. *Manut. Tr. de Leg. p. m. 287.* Ut naturalis adeo nostri versiculi sensus talis sit: *Conjuratorem deinde Sergii Catilinae Julia mulier detexit & Marcum Tullium consulem hujus questionis publicum factum judicem, instruxit.*

II.

L. 7. §. 1. De Captiv.

Quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos, etiam,

*etiam, si neque auctoritate, neque dignitate, neque
VIRI BONI NOBIS præsunt.*

Verba posteriora, in L. 7. § 1. ff. de Captiv. in mendo cubant, utique. Quid enim hoc est, *Cientes Viri boni nobis præsunt*? Haloander sat multis, ita (1.) corrigit: *neque viribus nobis pares sunt.* (2.) Vulg. ita habet: *neque iure omni nobis pares sunt.* Sed non videtur hic *paritas* aliqua, sed evidens potius *præstantia* intelligenda, arg. v. præc. *superiorem*, coll. v. *præsunt.* Nec mutat v. in L. *qui nullius* &c. Illam enim, *qui nullius potestati subiectus esse dicitur*, alteri isti cui subiectus non est, statim parem esse, necesse non est. arg. v. *sine fœdore.* Neque etiam, qui dicit, *nobis non præsunt*, semper affirmat, *parem esse.* Conf. Grot. I. 3. 21. Quid ergo si (3.) mitius ita corrigam: *Neque viri boni nobis præsunt*? Viri boni. H. e. virtutibus. Ut ut enim, *Virum*, a *viribus* dictum velis, ita tamen & a *virtute*, *virum* iudicasse Veteres nostros Philosophos, ipse dixit Cicero, Tusc. 2. Per *Viri bona*, recte *virtutem* dici, probat trita illa veritas: *Virtus omnibus NB. rebus antest profecto. Omnia adsunt NB. bona, quem penes est NB. virtus.* Græc. *λαονδα ναι αεγυρον αετην νια.* Consentit ille Flori locus: *armis virisque excitatissimum.* H. e. enim, ut interpretor, *gladio & virtute* valuit Princeps populus. Germanus ergo, dicti nostri versiculi, sensus talis erit: *Etiamsi neque auctoritate, neque dignitate, neque virtute* (veluti unico virorum fortium patrimonio) *nobis præsunt, præstantque.* Vel (4.) iure elliptico, eodem sensu dixeris: *Neque: (ut) viri boni nobis præsunt.* Illud plane constat: non, ut in vulg. *etiam, si, sed, etiamsi,* legendum esse.

Cæterum: si & a *viribus*, *virum* velis, præstiterit tum & talem virum Tibi, Thomas Patrius Anglus ille, quo de Erasmo Franc. refert, eum post annum ætatis suæ 120. nuptias cum vidua contraxisse, quæ de sene hoc suo marito testatâ fuerat, se ultra duodecim annos virum hunc senem suum in lecto expertam fuisse nunquam sine viro, omnia quæ viri alii præstant uxoribus exhibuisse, ad ultimam etiam illam amoris lineam descendisse. Ad stipulatur verq. quem aliquando legi, ni fallor, in Maendl. Boekz:

Impubes (forte, vix pubes) nupsi valido, nunc firmior annis,

Ex succo & molli sum satiata Viro,

Ille fatigaverat tenerem, hic, ætate valentem,

Intactam tota nocte jacere finit.

Dum licuit nolui, nunc dum volo, non licet uti.

O Hymen aut annos, ante mihi reddæ Virum.

Qui Belgico sermone se ita habebat:

Pas (de jure, geen) veertyn faren oud,

Ben ick niet fan getrouw.

Hy was my veel te sterck,

Toen zocht hy, en ik Schimde 't werk.

Nu Zoek ik het geen Hy zocht, ik was, nu is Hy teeder.

Hy is zwak en knorrig, ik vol vreugd.

O Hymen, geef myn Jan syn oude Kragten weeder.

Of maak my dog soo zwak als ik was in myn jeugd.

Pitronius, hac in parte de Viro, plura habet. Quid autem, si in ipsa definitione matrimonii, *to, Viri*, ibi ita animadvertam? Conf. L. 22 §. 7. & 8. ff. *de sol. matr.* ibi: *procreanda sobolis*. cetera textus habet. Suscipiatis tela Critici! Bellum enim minatur, geritque sub veste tympana, an pragnans est, gemina Ulpiani mulier? Videamus.

I I I.

L. 7. ff. de Test. Milit.

Qui militari jure testatur, etsi ignoraverit pragnantem uxorem, vel non FUIT PRÆGNANS, hoc tamen animo fuit, ut vellet, quisquis sibi nascetur, exheredem esse, testamentum non rumpetur.

JUNO LUCINA FER OPEM!

Misero alias Ulpiano nostro. Quid enim rei, Heros mascule, Tibi, Aut quo animo, quidem, Vir fuisti, cum uxore ad Sabinum pragnante gemina, in L. 7 ff *de Test mil.* ? Quid inquam, & confusa verborum Ulpiani locutio tibi velit, in d. L. 7. *vel non fuit pragnans*; Et quid, quæso, hoc esset *militaris privilegii*, quo de tamen hic agitur, testamentum militis non rumpi per nativitatem postumi, si uxor non gravidata, postumum non enixa quidem fuerit; Quid quidem, obsecro, testamenti rumpendi, vel non, per nativitatem postumi, sibi ipsa illa quæstio velit, ubi nullo nascituro postumo pragnans uxor fuit? post tentatam diu ab omni partetextus integritatem, perspicere nullatenus potui. Aperto viro, textus laborat. Haloander itaque, manifestum navum etiam quidem recte si: bodorans, est inverecundo tamen modo nimio saltem, corrigi, loco: *vel non fuit pragnans*, ita: *vel cum non pragnantem scieris*. Immodesta, nimis liberalis saltem, anteverti dicere, correctio!

Quid enim, si tolerabilius, unico tantum verbo, facili Typographi lapsu corrupto, sed emendato, litteris inquam minimis, loco, *pragnans*, ita: *ignorans*, restituas? Ut ita nunc legem videre liceat: *Etsi ignoraverit pragnantem uxorem, vel non fuit ignorans*. Sicuti minor hæc correctio est, quam

Ha.

Haloandri illa pręgnans, idem attamen dicens quod ille vult, ita vero eam probat *¶*. pręcedens : *ignoraverit*. Cujus enim verbi, oppositum, melius esse non potest, quam, *non ignorantem* fuisse militem. Sed vel inprimis, ex sequenti posteriori versiculo : *Hoc tamen animo NB. fuit*, ita colligas. Sicuti nimirum *¶*. ille, indubie, *militem* respicit, sed & sic pręcedens ille noster vers. *vel non NB. fuit*, ad militem referri debet, cum posterius hoc verbum *fuit*, ad pręcedens nostrum, *fuit*, manifeste relativum sit, vi intermedię conjunctę particulę, *tamen*; Ita vero *ignorantem* quidem militem, non etiam *pręgnantem*, credo, dicemus. Tali, opinor, textus nostri sententia : *Qui jure militari testamentum facit, sive ignoraverit uxorem pręgnantem esse, sive non ignoraverit, at eo tamen fuit, ut vellet, quisque sibi nasceretur, exheredem esse, ejus testamentum, nato post infante, nullatenus rumpetur*. Sic habemus naturalem sensum, sic habes privilegium militare. Cum alias testamentum pagani, sive uxorem pręgnantem ille ignoraverit, sive hoc sciens, sed testamentum suum rumpi noluerit nativitate postumi, nativitate postumi rumpi tamen; juris civilis sit indubitati, atque recepti hodie. Conf. *Gail. 2. o. 114.*

Quę veró emendandi ratio, si non adesset, prę Haloandrina illa, loco : *pręgnans*, tum substituerem : *pręsens*. Res iterum clara est. Et poterat alias dubitandi ratio esse, an non miles, si pręsens fuisset, testamentum mutasset. Idque, vel misericordia ductus, propter pericula parturientis. Conf. *L. ult. C. Q. pot. in pign.* Vel, amore erga pupam, vid. *L. 10. d. Lib. & post.* Sed ratio decidendi est, in solo animo militis, qui pro lege unicus dominatur. *Absentem* vero in pręc. *¶*. fuisse militem, constat arg. *¶*. *jure militari*. coll. pr. *J. de Mil. Test.*

I V.

L. 7. §. 2. de Repet.

Illud quoque cavetur : ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, prębendum, ADPREHENDENDUM, Sarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, prestita lege erunt.

Opera data, credo, ignorantiam Romanarum Antiquitatum Budęus prodit, dum in L. 7. §. 2. ff. *Rep.* non, *apprehendendum*, sed *appendendum*, frumentum scil. legendum esse, existimaverit. Uti quidem *panem* enim, *adpendi* Romanis solitum, *admensum* quoque etiam quidem *frumentum*, sed & frumen-

in modios pendere, legerim; ast nunquam tamen *adpersum* ipsis *frumentum*, reperio. Quin contra potius, ipsum collegium *frumenti mensorum*, invenio, apud Pancirollum & alios. Et quare hactenus quidem magis placet correctio Haloandii, dum loco, *apprehendendum*, *approbandum*, sublocandum cesseret, ast quoniam & hoc tamen nimis est impertinens, sic & sicco pede transilio. Salva ergo servata lectione, per *apprehendendum* frumentum, intelligam illud, quod a militibus alias *accipitur* s. *apprehenditur*. Vel; *apprehensionis* verbo usus ideo JCtus erit, quod per *eam* demum, ab accipientis parte, annonaria præstatio ab illo facta, qui ad *eam* ex officio tenebitur, fortius indicatur. At nescia non tamen fordis nostra hæc lectio est. Quid enim illa, *præbendi*, vox, ibi faciet, cum antecedens verbum, *dandi*, illud jam habeat? Cogitabam antea mecum, an non tres frumentorum species, de quibus *figon. & Rosin. antiq.* alibi, intelligere in lege possem; Sed periculanti mihi melius, ita non dici posse, videtur. Quare, nunc non *præbendum* ibi, sed *probandum*, legendum, opinor. Mover me autem maxime, verbum sequens *probata*, ibidem. Ad quod, nostrum, non *præbendi*, sed *probandi* verbum, referendum existimo. Quemadmodum, *pro præstita*, ad verb. *apprehendendum*, item ad *tuenda sarta, tecta*; verbum vero illud, *perfecta*, ad initialia verba: *opus publicum faciendum* pertinere, crediderim. Sensus autem genuinus talis erit: *Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, antequam juxta legis tenorem perfectum fuerit; Item, ne frumentum, quod publice dari debet, sed adhuc probandum, acceptum habeatur, (venditori scil. a quo frumentum publice distrahendum emerat magistratus hoc judicio conventus) acsi probatum jam esset; Similiter, nec frumentum, quod publice militibus vel alias dari debet, probatum etiamnum foricean est, a militibus apprehendendum demum s. accipiendum, in acceptum feratur, cum revera tamen præstitum & acceptum non sit. Denique tandem, ne sarta, tecta aliqua tuenda s. præstanda, accepto ferantur, antequam, revera sarti tectique tuitio præstita fuerit.* Exemplum autem speciei hujus, observo in injusto oeconomo, apud *Lucam* alibi. Illa vero crisis bruta mihi videtur, atque ignorantia Romani moris enata, quando Charondas, loco, *ne in acceptum feratur*, ita, *ne in acceptum referatur*, substituit. Truculenta crisis! Cum utriusque vocis, *feratur* vel *referatur*, eadem vis atque potestas indicetur, quoties opus aliquod publicum quod erat *locatum*, a Magistratu tanquam ex lege dicta factum, *approbari*, dicimus. Vid. *Briss. lex v. acceptilatio*.

V.

L. 2. §. 4. de jure Fisci.

Quotiens tamen delator adesse jussus cessat, nec non frau-
de

de possessoris factum esse probabitur, Divus Hadrianus rescripsit, secundum possessorem pronunciari oportere, ita ut sententia comprehendatur, etiam DELATORES EDICTO id comprehendisse.

PRava sine dubio commatis positio, an juris insimul neglecta analogia remotior, Callistrati Responsum intricatum, magno Cujacio reddidit, in L. 2. §. 2. ff. de Jure Fisci Ubi perperam ipse I. Obs. 1. loco: *ita ut sententia comprehendatur, etiam delator Es edicto id comprehendisse*, sic emendanda censet: *ita ut sententia comprehendatur, etiam delator Is edicto id comprehendisse.* Non ita debuisset magnus Cujacius. Quis (1.) enim, obsecro, in DELATORIS edicto, apud Latinos sensus est? Cum *edictum*, vel ipsius Principis sit, vel Prætoris aut Judicis, non *delatoris* etiam. Quid porro (2.) adjecitii, quæso, hujusmodi pronomini sibi ratio, quoad: *id*: quod comprehensum sit, hoc pacto, volat?

Quid, si, II. trajecto itaque, post *v. etiam*, commate, *edictoque* in *EDICTUM* mutato, sic restituendum potius, atque, de jure esse, tenuerim: *Quoties delator adesse jussus, cessat, nec hoc fraude possessoris esse factum probatur, Divus Hadrianus rescripsit, secundum possessorem judicari oportere, ita ut sententia comprehendatur etiam, delatores (in accusativo scil. casu) edictum id (nominati putatisensus) comprehendisse?* Ut proprius porro articuli nostri sensus juris revera talis sit: *ita demum pro possessore esse judicandum, ut sententia ipsius judicis nominatim simul inseratur, quod edicto expresse delatores (adesse jussi v. §. pr. ibi NB. edictis advocati comprehensi fuerint. Vitiolæ vero lectioni ansam dedisse poterit, quod, ut O & U. usos promiscue veteres, v. O!go satis constet, ita & unica lineola trajecta supra, olim syllabæ longioris index, posterioribus adhuc temporibus, loco compendii, fuerit. & sic loco edicto (pro edictum, edicto, in hodiernas nostras editiones irrepperit facile.*

Quid si III. autem, salva tandem, præter solam commatis, in vulgato, translocationem, servata lectione, *v. id, pro, propter id*; sive *id propter*, ut alias sæpe significaverim? Ut sententiæ nimirum addatur à judicante, *se delatores edicto, id propter (id primum nimirum) ut adessent. in v. adesse jussi) comprehendisse.*

Vel IV. & ipso quoque in vulg. ante *v. etiam*, servato commate, verbum illud, *comprehendere*, pro *significare, explicare*, ut apud Latinos etiam, interpretet, atque Callistratum relegam: *delator Is edicto id (quod præcessit) comprehendisse, h. e. indicasse;*

Vel V. omnibus servatis, ad eundem sensum, *comprehendere, pro percipere*, significem? Juxta hanc fortean Callistrati sententiam: *Sententia comprehendenda debet, etiam delatores (ex) edicto, id (quod præcessit, ut*

adessent, vel, etiam fortecan, fore alias, ut pro possessore judicaretur) comprehendisse. Sive, percepisse. Ceu, & alias adesse iustus, cessans continmaxre, vere dici nemo poterit, nisi, quod edictum, percepit, vel percipere saltem potuerit. Quemadmodum, juxta juris analogiam etiam, non, id necesse quidem, ut citationi peremptoriae, addatur vox illa: peremptorie, ita id tamen citatus comprehendisse debuit, judicem, etiam eo non presente, pronuntiaturum. L. 71. ff. d. jud. conf. Lauterb. tit. de jus voc. Et quæ sententia sic hac lege nostra 2da, adhuc fundamentum capiet. Callistratus, adhuc autem, hoc pacto infimul, loco tautologiae alias vitii, in casu scilicet, quo rem eandem: COMPREHENDATUR, COMPREHENDISSE: eisdem verbis, bisque terque dixisset, ad significandam potius eloquentiam suam, martisque forensis sermonem, diversam rem, eisdem verbis, dixerit. Tantum absit, Cujacii lectioni acquiescere possim.

V I.

L. 43. Sol. Matrim.

Si maritus in id quod facere potest condemnatus sit, & nomina sint ad dotis quantitatem, neque amplius, neque habebit mandare actiones.

I Ntricata lectio, Responsi a Scævola dati in L. 43. de Sol. matr. *Neque amplius neque habebit mandare actiones*, versa, in omnis melioris consilii angulos, ratione, necessitatem exigere castigationis Medicinam, mihi videtur. I. Haloander & vulgus ita corrigit: *neque amplius habebit, mandare actiones debet.* II. Accursius ita putat melius: *neque amplius habebit, neque mandare actiones debet.* III. Tolerabiliorem vero mihi emendationem, loco, *neque, necesse*, nec sine ellipseos observatione notabili, talem nuper mihi suggestisse visa est, dicta Scævola lectio: (1.) *Neque amplius* (subaudi, *fit*). **NECESSE habebit mandare actiones.** Vel (2.) neglecta ellipseos vocula, *sint*, eandem tamen vim emphaticamque in pr. v *sint*, colloces, & v. *ad*, ut solet, si quantitatibus vel temporibus adjectum, pro *inque ad*, relationemque ad v. *amplius* factam, significes, hoc modo: *& nomina sint*, ad dotis quantitatem (usque). *Neque amplius* (s. ulterius). **NECESSE habebit mandare actiones.** Sic minus corrogo enim, quam vulgus, & sententiam juris omni pisce saniozem restituo. Sed &, eodem sensu, *necesse*, alibi Cicero, *habebat scribere*. Ita juris. Ita relego legem: *Si maritus in id quod facere potest condemnatus. Et nomina sint ad dotis quantitatem; Neque amplius. Necesse habebit mandare actiones.* An (3.) manU dare? Ut idem quod tradere sit. Conf. L. 37. acq. r. d. vers. *nec* (ita legi enim debere

pro-

probavi, Obs. Legal. Lib. alibi) *manU datione*. Juxta (4.) hanc, ni fallar, juris decisionem : *si in id quod facere potest maritus, ratione dotis, condemnatus sit, & habeat nomina, ad dotis quantitatem usque, neque amplius, in hisce, gaudebit quidem beneficio suo competentia, sive, quoad eorum jus ipsum, cedere ea uxori quidem non cogitur, interim tamen, ea manu dare sive tradere uxori, ad custodienda illa, cogitur.* Ut Jctus prudens nimirum, id quod vulgo dictum : maritum beneficium competentia habere, sub hoc notabili restrictione intelligendum dicat, ut hoc beneficio scil. quidem maritus gaudeat, interim tamen ipsa nominum instrumenta, mandare uxori debeat. Cui consentio. Et (a) LEX nostra, verbo tenus præsto est, huic juris decisioni. Et (b) RATIONEM habet maximam. Ut nimirum maritus quidem, in ipsis nominibus gaudet suo beneficio competentia, retinetque, eo usque, dum ad pinguorem forte fortunam redeat, & tantum acquirat, ut citra ea nomina, honeste, inde, vivere possit ; Ita vero, ne interim tamen, ea dissipando fortean clanculum in alium transferat Ille, majoris itaque securitatis ergo, & prudenter omnino Scævola cavet, ut interim nomina hæc, instrumentave eorum, uxori mandet manuderve, cave Illa custodiat, administretve, & redditus inde provenientes, marito reddat, quantum ad alimenta ipsi competunt. Ceu & (c) alias Reip. maxime interesse dicatur, & omni modo summaque providentia caveri soleat, ut dos bene custodiatur atque mulieri salva maneat. L. 1. J. D. Et quæ ratio ut solida, ita (d) & eam significare haud obscure legislatores video, in L. 35. pr. fin. *Neg. gest.* Sed & (e) dum ex solis usuris maritus vivere potest, & sic ipsa fortis substantia hætenus ad uxorem pertinet, dic, quid conveniat, magis, quam, ut uxor ea potius domi conservanda, & non maritus, habeat ? Aut (f) dum non ex ipso obligationis instrumento chartaceo, super eis confecto, NB. *vivamus*, sed, ex prognatis potius inde usuris ; mariti vero competentia beneficium eo abeat, ut honeste NB. *vivere* possit, ad quid, dic, Ipsi, instrumentum, munus id chartaceum ? Tu quiquis adhuc aliter putes, papyrus custodi si placet, & linque clienti redditus. Si quis vero præfatam quidem etiam juris decisionem velit, tantum tamen ipse animi sit, ut, quia nescit, *mandare*, veteres, pro *manu dare*, scripserint, ideo, restitutionem, loco *mandare*, *manudare*, accipere non audeat ; Hunc, (4.) pro defendenda tamen (g) hac dicta juris decisione, juvemus oportet, quod & ipsa vox *mandare*, ad eundem sensum, significare liceat, pro, quid alicui custodiendum committere. Si recte enim, & olim ipse memoria mandavi, & hæc, quæ apud eam custodia causa depositeram, bona fide restituit, hoc sensu, inquam, Plautus dixit : *mandare alicujus fidei pecuniam.* add. L. 5. §. 4. præf. v. *To manu dari*, sive tradi, debere sc. nomina ; magis, ni fallor, præfatam juris decisionem probat. Quidquid sit, ratione innitur, & Juris est, probavi. Cæterum : non id adhuc (h) quidem de bono Haloandro atque vulgo, augurari libenter velim, dixisse eos ani-

mi sententia, quasi cedere ita, maritus uxori nomina debeat, etsi nihil ad alimenta ille retineat. Ad quid enim, Præstantissimi Viri, tum beneficium competentia, Quod alias ego putabam ex primo meo tirocinio hucusque, id velle: Tantum debere scilicet ex facultatibus ei-cul competit, relinqui, quantum indiget ad vitam honeste tolerandam, ne egeat. Neque etiam id probo quod ex Accursii crisi sequi videtur, quasi, *nullo modo mandare actiones debeat, sed retinere omnes possit.* Cum beneficium competentia hoc velit, ut eousque tantum retineat, quatenus ipsi competit, ut inde sustentare possit. Id juris est, in L. nostra 43. Si maritus pro dote in id condemnatus sit quod facere potest, & nomina adsint usque ad dotis quantitatem neque amplius, (imo) non quidem ea uxori quoad ipsam obligationum vim, reditus scilicet, percipiendos ab Ea, ceder maritus, ut, si nollem quidem, ex Haloandri tamen, & vulgata crisi, absurde, sequi debet, sed contra hactenus mariti manebunt, inque iis gaudebit suo beneficio competentia; (2do) Ast ne tamen alias ea maritus fortean, in dotis perniciem, perdat, ideo uxori ea potius (vel saltem alicui tertio depositario) custodienda tradet. *Legibus & Rationibus dictis.* Plane, si, quod nova sit, nostra illa juris decisio odiosa videatur, ipsa tamen emendatio nostra textus, cum, quod & levior sit, quam ea vulgata, tum, & eundem sensum, quem Haloander & vulgus velit, admittere possit, tolerabilis erit. Tu autem quisquis es L. B. aut meliora appetentem postea doce, aut necessarium, tentate emendatione culz saltem, malum, probabili interim conjectura amplectenti, benignius condona.

V I.

L. 1. de Solut.

Quoties vero non dicimus, id quod solutum, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat, dummodo in id constituat solutum, quod ipse si deberet, esset soluturus: quoque debito se exoneraturus esset, si deberet, id est, in id debitum, QUOD NON EST IN CONTROVERSIA, AUT IN ILLUD, QUOD PRO ALIO QUIS FIDEJUSSERAT, AUT CUJUS DIES NONDUM VENERAT, &c.

Verba posteriora illa: *quod pro alio quis fidejusserat, aut cuius dies nondum venerat;*

nerat; in L. 1. d. solut. in mendo esse videntur, quod in dubio levio- rem causam esse solutam dicant, cum contra, solutam durio- rem causam censerit potius, tam juris nostri reliqui analogia, quam ipse ibidem Ulpianus haud obscure significat, in verbo, ut quidem ego interpretor illud, NB. *exoneratus*: id quod enim gravius aliquid significare, puto. Sed quid dicemus?

I. Cujacius, Verf. præcedentem illum: *in id debitum quod non est in controversia*, transponendo, *non*, particulam, ita mutat: *Non in id debitum; quod est in controversia*. Alii, hoc verf. non mutato, alterum sequentem potius ita substituunt: *Haud in illud quod pro alio quis fidejusserat*. Tertium vero illum verf. *aut cujus dies nondum venerat*, intactum relinquunt omnes, quos vidi. Sed non ita illos citra controversiam agere, credo.

II. Liceat enim quidem, quantum ad transponendum initialem illum verf. *in id debitum quod non est* &c. vel eo ipso facilius alias Cujacio consenserim, quod & alibi voculam illam, *non*, præpostere scriptum in nostris Pandectis legerim, forte & in L. 71. de acq. hered. Quin etiam, & quod fortean Cujacii transpositionem promeruit, sublatum ita dubium sit, atque in seqq. duobus articulis sensus nunc esse talis possit: *id est, non in id debitum; QUOD EST IN CONTROVER- SIA; AUT QUOD PRO ALIO QUIS FIDEJUSSERAT; AUT CUJUS DIES NONDUM VENERAT*; Ast quo minus ita tamen magis putem, faci- cit, non tantummodo, (a) quod nulla correctione in *ψ*. illo præcedenti in- digemus; ceu statim videbimus; sed & (b) ita a *negativo* sensu ille inciperet, & qui in reliquis duobus sequentibus *positivis* articulis, *aut, aut*, tacite repeteretur; con- tra nostram juris Grammaticam, juxta quam, non a *negatione* sed a *positivis* instituire rem oportet. Id autem quod hoc casu, vel eo capite magis, tenuerim; Ut (c) ita consulto videlicet, voculam, *non*, sequentibus potius verbis: *in controversiam*, ceu NB *novitie* ipsius debiti *qualitati* præponere Ulpianum maluisse crediderim; Ad (d) denotandum nimirum eo ipso magis, debiti ejus in quo solutio facta est, causam liquidam. Sicuti (e) autem, propter *ψ. aut in illud* &c. translocationem verbi, *non*, in præc. *ψ*. hæcenus probavi, fortean & ex Cujacii sententia; ceu & alii ipsum verbum illud, *aut*, in *haud*, mutant, ita vero nunc etiam quoad hunc verf. videamus, an tanto quidem labore morbo? Accipe exemplum: *duo quis contraxit debita, centum, pro quibus tertius aliquis fidejusserat. Centum alios, quos sua fide esse jusserat nemo. Solvit debitor ille, centum, non addito, quale debitum solutum voluerit*; In quod, solvisse censendus est? Prius censerit solutum, ex Lege Nostra *Ima*, ante me, quod scio, probavit nemo. Tantum absit, ut verba legis, quæ ita dixerint: *aut in illud de- bitum, quod pro alio quis fidejusserat*, morati fuerint. Nonnulli, vidimus, propterea, loco, *aut*, *haud*, surrogant. Cujacius, *ψ*. præc. ob id ipsum mutat, translocando innocentem, *non*, particulam. Sed perperam omnino. Ne- que enim Jctus, in verbis illis, casum significat, ut illi putant, *ubi quis sol-*

*uens pro alio fidejusserat, sed contra, ubi quis id solvit, quod ipse ille tanquam principalis debuerat, atque alius, pro eo debente, fide sua esse jusserat. Quo pacto autem, quia corrigo nihil, nec in hoc nec in precedenti versiculo, sic satis ergo fecerim, si indicaverim, JCtos Nostros, & alias, debita talia, hoc modo significare. Ita vero dicere JCtos, video in L. 4. in fine. L. 5. ib. Valeat ergo juris illa sententia, lege nostra *Ima* servata salva, atque juris fundamento, sive ratione hac legali: quod sicuti solvisse quis in id. censendus est, quod gravius est; ita vero gravius esse illud debitum, pro quo quis prius fidejusserat, sequenti argumento probo: quoniam sic duobus quis obligatus est, primo, ipsi debitori principali, sed & 2do, illi qui id debitum sua fide suscepit, & sic, ut alias, duplex vinculum ligare gravius, dicendum sit. Atque ita incorruptus quoque maneat Ulpiani textus in *Y. aut in illud, quod pro alio quis fidejusserat.* Sed nunc videamus finalem illum vers. *aut cujus dies nondum venerat*: quem se bene habere, vulgo putant. Sunt autem in mendo, certe. Negativo enim sensu non substitui aut quidem intelligi posse, antedicta, vidimus, volunt. Affirmativo sensu, ut leguntur, laborare vitio, ideo est, quod juris decreta nostri liquida volunt, ut id dicatur solutum, quod est gravius, Gravius autem esse debitum, cujus dies jam venerat, quam cujus dies nondum venit, jura civilia probant. sed ipsa res loquitur, gravius esse debitum, ad quod quis compelli jam potest. Fundamento vero illi conveniens, nominatum JCtus habet in L. 3. ibid. *in his quidem nominibus que diem vel conditionem habuerunt, id videtur solutum cujus dies venit.* Rem eandem, atque fundamentum quod dixi, simul & rationem, elegantissime dat Julianus, in L. 103. cod. *ex ea causa eum solvisse videri debere, ex qua tunc cum solvebat, compelli poteris ad solutionem.* Laborant itaque verba nostri textus, quæ dicunt: *id solutum censi cujus dies nondum venerat.* Medicinam quæramus quam possimus minimam. Sic restituo: *aut cujus dies jamdum venerit.* Ita volunt sanctiones juris nostri omnes. Ita Ulpianus etiam, 10: *jam, jamtum,* addidit, quo alias suppleri dictam L. 3iam Haloandrum velle, apud Gotofr. vides, ibi in lit. a.*

V I I.

Cicer. Top. §.8.

Notatio adhibetur cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: CUM LEX ÆLIA SENTIA, ASSIDUO VINDICEM ESSE ASSIDUUM JU-

JUBEAT, LOCUPLETEM JUBET LOCUPLETI.

A Ut, dicendo adeo elatus fuisti Tu noster Cicero, ut quid dixisti Ipse ne sciveris; Aut, imperitorum causa, irrepsit in Tua Topica, vitium; Aut, prælagiens fore (in ciceribus forte), Cicero, dixisti animo Tuo, post obitum tuum, latam iri LEGEM ÆLIAM SENTIAM; Aut, quo pacto non arriolor, de *Lege Ælia Sentia*, in Topicis Ciceronis, scriptum legerim. Morantur nimirum, viri etiam eruditissimi, verba illa apud Ciceronem ubi in Top. dixit: *cum lex ælia sentia, & quæ sequuntur*. Morantur ideo, quod lex ælia sentia lata demum fuit A.V c. 757. vel ut Myns. ait 756, ciceronis vero animâ jam excesserit a. 711. Et quare adhuc ego magis subsisto, facit, quod 12. Tab. lex, jussisse videtur: *assiduo vindicem esse assiduam*. Sic autem, legem æliam sentiam ita cavisse, dici non possit. Jussisse autem ita duodecim, argumentis probo, (1.) auctoritate Gellii 16. 10. & ibi allegato testimonio Ennii. (2.) arg. L. 22. §. 1. ff. *de in jus voc.* coll. inscriptione ibidem. Sicuti enim, ibi inscripitas 12. Tabulas legis, atque cautum, tum dimittendum esse in jus vocatum, si habeat qui eum vindicet, sic verò talis vindex assiduus esse debet. Habent ergo verba illa Ciceronis vitium.

I. Quidam, qui corrigere non audent, licet opus sit, verbis Ciceronis tamen tantum fidei tribuunt, ut, liceat id alias verum non sit, fide attamen Ciceronis dicere malint, latam illo tempore illam legem æliam sentiam fuisse, quæ jussit: *assiduo vindicem esse assiduam*.

II. Mynsingerus a Frundeck, furit ulterius, existimans eandem illam legem æliam sentiam fuisse, qua de in nostris institutionibus, sed errore conspicuo, vix digno, ut confutetur, cum de ea lege ælia constat, latam esse a. u. c. 755. ubi cicero jam esse desierat a. u. c. 711. Sed & in eo errat, quod æliam legem latam habet a. u. c. 756. Cum latam esse a. u. c. 755. Castius probat. Sed & in eo fallitur Dominus Baro, dum facile ibi judicans, simul probat, se existimare, quasi Cicero vixisset anno u. c. 756. Sed possumus hac in parte, nugis Ejus parcere, Quid enim ad Illum, antiquitates?

III. Alii, *Sentiam*, in *Sanctiam* mutant.

IV. Jacob. Gotofredus, arre conjiciendî dicit, a Cicerone scriptum ita fuisse, E. T. I. A. S. I. EN. SIET. h. e. *Lex è Tabula Ima* (quæ scil. incipit) *Si enset*; rudioris vero amanuensis causa, vel etiam alias, irrepsisse, *alia sentia*. Habet aliquam speciem conjectura. Non modo utrumque enim ex dictis iis litteris legi potuit, sed & olim I. T. A. *prima Tabula* significasse, atque verba legis initialia memorasse veteres, si quam legem allegare voluerunt, constat. Ceu & eodem modo in L. 11. §. 6. *ad L. Falc.* forte legitur *ita*, pro I. T. A. h. e. *Ima Tabula*.

V. Malim autem semper minus quam plus corrigere. Ita vero, inter alia, evolvens Ciceronem, ut veniebat in mentem, ad marginem scripsi: *Cum Sex. alii sententia, &c.* Ita videbatur, quod Sexti alii memor eram. in L. 2. §. 7. d. Orig. jur. Ita magis firmat, dum ex tertia editione Heineccii *Ant. Rom. ad Inst. tit. 6. §. 1.* vidit postea, Norisium existimasse, ab indocti scribæ manu esse alterum *sentia*, legem vero aliam in loco Ciceronis non esse aliam, quam *ius alianum*. Quo de scilicet in d. L. 2. §. 7. de Or. jur. Sed malim meam quam dixi, quam hanc Norisii emendationem, cum; quod nondum plane mihi liquet; an *ius alianum*, sic satis bene, *lex alia*, dici possit? Non magis fortean, ac *ius Papirianum, Lex Papiria*, dici poterit. Tum; quod nondum mecum constitui, ut credam, imperiti manu verbum integrum: *sentia*, adscriptum fuisse, ubi id dicere opus non est. Non esse necesse, ita dicamus, memorare anteveri, si: *sentia*, legas per *ανάπλωσι*: *SENTENTIA. Sententiam*, scripsisse veteres, *sentiam*, sequens probabit adhuc nostra emendatio.

VI. Ita vero eo tempore adhuc ad Ciceronis locum scripsi in margine: *cum lex, alias Sententia, &c.* Et ne ita frustra sentire videar, Ecce: (a) veteres, si dixerint, vel significare voluerint: aliaS *SENTENTIA*, non ita id tamen, sed, contractis duabus litteris S. S. in unam. S. atque bis illis ENT, ENT. in unum ENT. & id quidem duobus illis verbis in unum collatis; Atque sic nunc, alia*SENTIA* h. e. aliaS *SENTENTIA*, scripsisse, sciunt illi, qui stilum veterum sapiunt. Conf. Observ. Leg. Nost. ad L. 44. de Rel. Et juxta quem morem scribendi veterum vel solum, sicuti nunc, & in hac Ciceronis loco, ope *ανάπλωσι*, loco: *sentia*, restituerim: *sententia*; Ita vero & in istis nostris Florentinis, ipsam illam *sententia* vocem ita legi, posthac video. Conf. L. 4. d. div. & rep. ibi: *qua SENTIA mihi videtur verior.* Et in L. 14. de Re. jud. de *SENTIIS* contra. Quin & ipsa inscriptione Legis 17. *Qui rest. fac.* ibi: *SENTIARUM.* Pergamus. Lex autem (b) sicuti alias communis populi vox, sponso, *συνθηκη*, consensus sive sententia & voluntas, audit; Sed & (c) ex prudentia ita passim memoretur a Nostriis, ut populus eo facilius ad legem se componat, namque ita Demosthenes Orator: *τὸ πρῶτον νόμος ἢ πάντα ἀνθρώπων πείθειται*, & qua sequuntur, in L. 2. de Legib.; Sic certe ergo & Cicero JCTus non minor ac orator, ad captandam benevolentiam populi, oratione sua recte ita infurrexit: *cum lex, alias sententia (populi), assiduo vindicem assiduam esse, jubeat &c.* Quæ vero ut ut nunc clara sunt, ita tamen Viro eruditio alicui, placere non tamen voluerunt. Pace erit viri amicissimi, litteras ejus. quatenus ad rem faciunt, integras inseram.

Primo, quidem facile tibi largior, Vir eruditissime, alios Tecum sentire locum hunc citatum Ciceronis in mendo cubare, sed alius aliam fovet sententiam, Norisius, Teste Heineccio in Antiq. Rom. Tit. VI. §. 1. uti nosti.

in

indocta Scribæ manu, vocabulum SENTIA additum existimas. Myrsinus gerus vult forsan legendum esse : Lex Ælia Sentia in Comment. ad Institutit: quibus tamen calculum meum adjicere nequeo, ob rationem paulo inferius dicendam. Neque 2da inficias eo, per compendiarium scribendi rationem facile pro sententia substitui potuisse SENTIA. Quo minus autem hoc in loco ita legendum putem, seqq. rationes me impediunt. *Primo* enim Correctio hæc tua, (Pace tua dixerim) si locum inveniret, Cicero videretur explicare voluisse, quid Lex, sive Legis vocabulum significet. Sed quantum equidem conjicere valeo, neque hoc opus fuit (quis enim Tempore Ciceronis vocabuli Legis significationem ignorasset, aut cur vocabulum clarum, per minus clarum saltem ambiguum, sumitur enim ut plurimum Sententia, pro Sententia definitiva, sive decretoria, explicare voluisset?) neque in eo Cicero erat, ut hujus vocabuli significationem elucidaret, sed ut doceret, quomodo Argumentum ex Notatione Vocis in Oratione eruumdum sit, adducens verba legis : ASSIDUO VINDICEM ASSIDUUM ESSE JUBET &c. *Deinde* verba Textus Ciceronis planum & clarum fundunt sensum, provocando ad Legem certam & definitam, ab Auctore quippe suo citato cognitam & celebrem; cum è contrario, ubi saltem in Genere Legem, vel sententiam Cicero allegasset, haud immerito quis quærere teneretur, quænam illa Lex? illa Sententia? quem Auctorem habet? ubi scripta? ubi invenire datur? quando consignata? & quæ plura ejusmodi sciscitari liceret, ita ut verbis Textus Ciceroniani inhærendum esse potius ducam, quam ab illis haud ita prægnante ratione discedendum. Adde quod plures dentur Leges Æliæ Sentia, quarum aliquot Calvinus in Lexico Juridico, in appendice Legum Romanarum mentionem facit, de Testamentis, Manumissione Servorum, quas HEINECC. US fusius explicat. I. c. Datur & alia Lex Ælia Sentia, agens de auspiciis, quando illa valere debeant; de Legibus, quibus contradicere liceat; de diebus fastis, quod in illis non semper novæ Leges rogari debeant, quæ fertur a. 154. ante Christum natum lata. Hinc & alia quædam dari potest, quæ agat de Vindice Homini congruo. Non omnes enim Leges, quæ paulatim in desuetudinem abierunt, statim ad sequiorum temporum notitiam pervenerunt, sed, uti ipsæ abolitæ, ita & memoria illarum obliterata fuit. *Non quidem de nihilo est, quod ais, Legem Æliam Sentiam tempore Ciceronis non fuisse cognitam.* Facile, Vit Clarissime sententiæ tuæ subscribo, si eam Legem Æliam Sentiam, de Testamentis, de Manumissione Servorum, qua de Calvinus L. c. ait, intelligis, illa enim dicitur ab Urbe condita Romæ DCCLVI. tempore Octavii Augusti lata, quo scilicet tempore Cicero jam eo abiit, unde non licet reverti; sed alius adhuc, fuisse nominis Leges ex superioribus liquet.

Etenim si supra citata Lex rogata 1540 anno ante Christum natum ea Ciceroni anno 103. ante Christum demum nato, perfecta esse potuit, sive jam Lex illa, Ciceroni in Topicis allegata, hac, cujus jamjam meminimus, antiquior, sive recentior fuerit, cognita tamen ei esse potuit, quippe Liber Topicorum à Cicerone, vergente jam ejus ætate, scilicet circiter 58. vel 60. ætatis ejus annum conscriptus est, uti ex Historia Vitæ Ciceronis didici (vide Masenii Palæstræ Oratoriam Lib. II. c. 5. pag. 241.) adeoque optime ad ejus Notitiam pervenire potuit. Sufficit autem, quod Cicero l. c. ad Legem quandam perfectam, pervulgatam, ab Auctore suo inclutam, provocavit, legis ipsa verba adduxerit, Tironemque suum Eloquentiæ instruere sategerit, qua ratione argumenta ex locis commodis depromere debeat, hoc quippe satis demonstrat, hanc Legem ipsi, & procul dubio aliis quoque fuisse exploratissimam. Licet enim nec nobis, nec aliis Eruditis ita explorata fuerit, ut ipsa verba legis vel adducere, vel negare quis ausus sit, quis quæsq; tamen Ciceronem illius certam habuisse notitiam negare, vel eam indubium vocare audebit? Quibus omnibus denique accedit, constans Librorum Ciceronianorum Lectio, Scriptio, sine Lectionibus variantibus, editio. Tutissimum ergo, si me non omnia fallunt, existimo, verba Ciceronis integra esse relinquenda, iis nihil vel addendum, vel detrahendum, ne intempestivo corrigendi studio vim textui inferamus, aut illum corrumparamus, præcipue te ipso Judice, qui gravissime in frivolum criticum, vel Textus corruptorem in ipsa hac Dissertatione tua p. 76. & 77. inveheris, quippe iniquum esse existimas, si quis absque ratione solida, & temere à Verbis Textus recedat. Rationes autem adductæ, cum haud spernendæ mihi videantur, Verba Ciceronis immutata relinquenda censeo. En habes sententiam meam, Vir Clarissime, &c.

Hæ sunt Viri Eruditissimi ad me exaratae litteræ, sed ad quas ita respondeo singulatim. Vereor autem statim ab initio, ne Mynsingero injuriam faciant, quasi Ille forsan legendum esse vellet: *Lex Ælia Sanctia*. Quin contra potius, Vir Amicissime, *tametsi*, habet Dn. Baro a Fundreck, *nonnulli Codices Sanctiam nominent non Sentiam, ipse attamen putat eandem esse qua de ibi ad Inst. commentatur. Quoniam enim, argumentatur, legis illius sentia, qua de ibi ad Inst., etiam Cicero meminit, sic facile judicare possumus, esse eam antiquissimam.* Idem in præcedentibus claret magis, dum legis æliæ sentia, caput esse: *ut assiduo vindex &c.* ex all. eo Cicer. loco probare conatur. Et sic recte jam Mynsingero non consentis, dum Legem Æliam quam Cicero memorat in Topicis, confundit cum ea ælia sentia lege qua de Institutionibus nostris, sed lata 757, postquam anima Ciceronis jam diu, a. 711. expiraverat. Num vero ratio tua, paulo post inferius, h. e. statim in altero tuo versiculo, dicenda, tanti

fit,

lit, ut locus noster Ciceronis, nec Mynsingeri tui quem forte habes, nec Nerisii, nec alias emendatione opus habeat, paulo post inferius, videbimus. Quod interim inficias non is, per compendiarium scribendi rationem, facile pro, *sententia* substitui posse, *sentia*, bene facis & prudenter valde. Fuisse enim hoc iter longum Tibi, nec satis tutum, neque video quid profeceris. Non plus certe, quam rationibus, quæ Te impediunt, quare hoc loco ita legendum putas. Sed dabo Tibi, Vir nobilissime, ad singulas rationes tuas, responsionem non unam, sed plures, ex quibus tum unam eligere poteris, cui dicas: Tu mihi rite places. Omnes autem id præstabunt, ne rationes Tuæ magis impediant Te, quominus & in hoc loco Ciceronis, pro, *sententia*, *sentia*, scriptum esse potuisse, senseris. *Quod enim, primo, hac mea correctio (pace mea utique ita dixeris) si locum inveniret, Cicero tum videretur explicare voluisse, quid lex significet; quid hoc? Quod enim, quantum conjicere vales, hoc non opus fuisset; dabo operam, ut conjicere posthac ita valeas. Aut si id non tamen possis, in id incumbam, ut videas, nihil inde tamen consequi. Quid itaque?* (1.) Nondum mihi plane adhuc liquet, omnibus eo tempore ita ad liquidum notum fuisse, *lex* quid significaverit; quæ ejus vis; unde proficiatur? Non credo, omnes percepisse; *legem esse sententiam populi, sponsonem; a motu animi proficisci: Atque, qua horum vis sit.* Non percepisse, inde colligo, quod tum frustra tantopere solliciti JCTi fuissent, in explicando, eo modo, quid sit *lex*, in L. 1. & 2. &c. *de Legib.* Sed & perperam ita Cicero, integros suos tractatus scripserit, de legibus. Sed (2.) habeas, omnibus notum fuisse, quid legis vocabulum significet; quid enim, ergo Cicero ejus significationem dicere non potuit? Consecutio negatur. Dele illa omnia in Cicerone tuo, quæ nota eo tempore fuerunt, habebis parvulum Ciceronem. Nosti Vir Eruditissime, quemadmodum Scriptores elegantissimi, vel elegantiarum causa, vel ad significandam facundiam, copiam qua gaudent verborum, matremque forensis, copia verborum sæpe abundant. Sed (3.) non tam hic Cicero explicare voluit, quod notum fuit. (forrean) omnibus; quam quidem ad captandam benevolentiam, arripiendosque populi animos, dicere voluit, *legem esse, sententiam atque consensum populi.* Eodem modo, quo alias JCTi nostri, atque *Δημοδοτους* ut populum observantioris legis reddat, *legem, συνθηκην*, populi consensum atque sponsonem significant. Fuisse etiam *legem*, populi sententiam, ex modo leges ferendi constat, qui erat, ut magistratus rogaret verbis: *Velitis Jubeatis Quirites*, atque populus responderet, in tabella, vel, littera A. h. e. Antiquo, Antiqua voltimus, quod proponis, *legem novam esse non volumus; Vel, per litteras U. R. Uti Rogas.* Politica autem ratione atque prudenter omnino, Nostros, populo ita *legem esse ejus sententiam* in memoriam revocasse, vidimus. Aut si non hoc modo, hac ratione tum dixerit Cicero, *legem, sententiam esse, quoniam lex revera est sententia, Te ipso-*

met

met non negare, ceu negare non poteris. Inprimis autem vel ob id ipsam adhuc Cicero hic, legem esse alias sententiam, dixerit, ut ita *et postea*, suam de lege, sententiam repetendo p. obet, qua in eo ille in libris suis de legibus totus est, ut ostendat leges a mente motuve animi hominum proficisci, sententias esse, atque ideo, *sententias justas*, nominatim eas appellat. Sed ut (4.) videas Vir Amicissime, argumentum tuum: *Lex omnibus nota fuit, quid sit, ergo, Cicero in loco nostro legem non explicuit*, nullius plane momenti esse, ipse enim idem ille Cicero totos libros scripsit, quibus quid lex sit, explicuit. quod sane aut, non debebat fecisse, aut argumentum tuum non valet. Sed Ciceronis illi libri adsunt. Dum Demosthenes Orator & Jcti Nostri, opera tanta data atque studio, tamque diligenter, quid lex sit, explicaverunt, quare non & Cicero id fecerit? Id utique sequi debet, argumentum tuum, quod putas, argumentum non esse. Neque sic, Cicero clarum, per obscurum explicuit. Nego enim (1.) id quod Tu ponis, sententiam ut plurimum, sententiam judicis definitivam significare, cum inprimis consensum, sententiam animi significare, notum sit plus satis. Quemadmodum, si per hanc vocem, legem explicamus, populi consensum, aut mentem sensumque animi, unde proficiscitur, significabit semper. Quid autem, obsecro, ita nunc obscuri, legem dicere, esse, ut est, sententiam. Sed sufficiat, quod haud diffitearis, ceu diffiteri non poteris, *legem*, recte *sententiam* dici. Sed habeas iterum, si ita velis, per obscurum ita, quod ego tamen non credo, legem explicari, dummodo memineris, & nostros Jctos tamen atque Demosthenem, ita per *sponsoriam* s. *sententiam*, significare legem. Haud majori ponderis ratione auscultandum nunc reor, quod deinde ais. Ubi enim (1.) habes, *Ciceronem ad legem certam & definitam ab auctore quippe suo citato cognitam & celebrem provocasse?* Ex verbis: *Ælia Sentia?* Recte, dummodo ita scriptum fuerit. Sed largiar (2.) tibi, ad legem certam & auctore suo cognitam celebremque provocasse. Sic enim argumentum contra tuam sententiam feceris, militans omnino pro eo quemadmodum ego puto. Neque enim eo tempore tam celebris fuit lex ælia sentia, quam quidem *Lex 12. Tabularum*, decemvirum Usque adeo, ait Cicero, ut eas a *parvulis* didicerint. Tam fuerunt celebres illæ leges, ut variis nominibus (ut solent res caræ) venerint, v. g. *leges sanctæ, Romana, vetustæ, antiquæ*, item, *Tabula*, absolute, *duodecim*, *bis sex Tabula*, *ter quaterna*, *jus antiquum*, *jus vetus*, *jus prisenum civile*, quin, per excellentiam, *Legis* vocabulo, audiverint. Et quod posterius dum est, quid ergo tam clarum quæso, quam & *Legis* voce hic 12. Tabularum legem per excellentiam, dixisse Ciceronem?

Quod, ais, plures leges Ælias sentias fuisse, hoc, præcedentem tuam rationem enervat, atque totam sententiam, in qua es, confutat. Si enim legem, Q. D. A. vis intelligi, in quam inquirere non oportet, qualis illa, quando, quo auctore &c. lata sit; de lege autem illa ælia sentia, quam

quam vis, Cicero, sed ita in genere nominaverit, *quo tempore illi, quo alio sentio auctore lata, quando consignata sit*, certum quid, nec alias, ob id ipsum vero minus constat, quoniam leges alia sentia plures fuerunt, utique sic Te auctore, legem aliam sentiam in nostro Ciceronis loco non intelligere poterimus, sed solam illam præclaram 12. Tab. legem, *quo tempore, quibus auctoribus latam, satis celebrem; legem, per excellentiam dictam.* Sed 2. bona tua venia adhuc dixerim, Calvinum plures quidem leges alias, sed non plures leges alias sentiam memorare; Ut nec Heineccium recte hac in parte inspexeris. Neque enim ille plures leges alias sentias, sed quidem unius legis alia sentia plura capita, recenset. Sed concedam Tibi quoque, plures tales leges alias sentias fuisse; Quin, demus etiam, ante Ciceronis memoriam vel tempore ejus (quod tamen non probas), latas jam eas leges alias sententias fuisse, quid? non illæ jubent tamen: *assiduo vindicem assiduum esse.*

Quod pergis, denique: *licet non nobis nec aliis eruditis &c.* Hoc, fateor, unicum argumentum est, quod videtur habere speciem. Atque semper ita mecum argumentatus fui contra nostros nimis ad corrigendum proclives criticos, non tantum in illa pagina quam citas, sed passim. Faciunt apud me, argumenta ejusmodi, præsumtionem, non, probationem. Propter hanc, non ob præsumtionem, textus corrigendos statim existimo. Sed sit ita, aut non tamen, in hoc loco Ciceronis retrahere hoc me potuit, quominus in mendo cubare eum, atque ideo corrigendum esse, arbitrer. Prima enim me ratio movens, quare sorde laborare nostrum textum, putem, est; quoniam id quod de lege jubente ibi Cicero habet: *ut assiduo assiduum sit, id, 12. Tab. lex ita cavir, & sic, Legi Alia Sentia* referri acceptum minus poterit. Habe ergo, legem aliam sentiam latam jam eo Ciceronis tempore, fuisse; habet omnia que scripsisti, habet adhuc plura alia: verba enim Ciceronis laborare tamen, & per hoc, corrigi debere, inde sequi debet (& quod omnes mecum attendant velim), quia lex 12. Tab. jubet, *assiduo assiduum esse*, & sic *legi alia sentia*, id attribui nequeat. Cui vero nunc si addas, *legem aliam sentiam talem* eo tempore non fuisse cognitam, *quo auctore alio sentio, & quando latam*, non constare, vel eo minus dultio carebit, quin verba Ciceronis se ægre habeant. Verosimile est, omnino & præsumtionem inducit haud levem: si talis nominatim palam scripta lex alia sentia extitisset, quoque tum de ea constare, *quo alio sentio, quo tempore lata fuisset.* Tantum valens argumentum sine dubio, ut, quod dixi primum argumentum est & vel solum sufficit alias, magis nunc sufficiat, illud: *quoniam 12. Tab, lex jubet, assiduo assiduum esse, sic legi alia sentia, id dari nequeat.*

Et quo fundamento, nihil quoque nunc erit, quod pro ultimo credo olco, laboranti Ciceroni tandem adfers: *constantem librorum Ciceronianorum le-*

Epionem, & quæ sequuntur. Sed (1.) omnes codices ita non legere, sed, quosdam, *Sanctiam* habere, probant, quos pro Te allegasti, *Mynsingerus*, *Calvinus*, & alii plures. (2.) Legerint autem omnes Codices, per me licet, *sentia*, hoc enim erit ex Ciceronis stilo, *sententia*, & nihil præterea. Vel (3.) alias, an recte omnes Codices ita legerint, erit alia quæstio? Non tum se recte habere, inde NB. debet sequi, quia 12. Tab. Lex ita cavet, ut Cicero habet. Licetne nunc, quæso liceat semel antestariet? Quæro, dum Ciceronis verba ut leguntur hodie, aperto vitio sordent; dum ex stilo veterum, nihil, nisi unica fortean littera *e* in *a* mutata, corrigo, si loco, *lex alia sentia*, *lex alias sententia*, restituiam; dum lex, revera *sententia* sit; dum ipse Cicero alias, legem, *sententiam* dicit, atque ut probet a mente proficisci & sic *sententiam esse*, in eo totus est in suis libris de legibus; quid, quæso, tam manifestum, quam, Ciceronem hic, suam de lege opinionem quam tanta disputatione propugnavit, repetendo, probasse, *legem*, scil. *sententiam* esse; Quid itaque dilucidius, quam verba Ciceronis quæ, necessaria correctione indigent, citra vel minimam, quoad morem scil. scribendi veterum, alterationem, recte ita integritati suæ restitui: *cum lex, alias sententia*? Haud inquam profecto aliter, nisi cæcutire fortean in meridiana luce esse debere nobis dulcius. Quare adhuc dum hodie puto, Ciceronis verba dicta, in sorde esse; Atque emendanda, vel, hoc modo: *cum lex, alias sententia*; Vel, *cum Sex, alii sententia*; Vel denique, *cum lex alias sancta*, &c. Hæc sunt, Vix amicissime, quæ reddere ad tuas litteras volui. Feci id autem publice, quod non plus id mihi temporis constat, quam si privatim fecissem, quin, si verum vis, citius ita properante manu & vix dimidiatis litteris quas jam Typographus noscit, quam ad alios privarim scribere queam; Sic autem & insimul illos, quibus fortean eadem illæ quæ tibi rationes visæ fuerint, non illæ tamen impediunt, quominus sentiant, pro *sentia*, *sententia*, substitui posse, sicuti alias, ita & in hoc Ciceronis loco, quo de egimus.

Num autem, Lector, observandum hic adhuc tantopere erit: *Caput 2dum legis alia sentia, incaute sustulisse Justinianum, argumento usum perquam ridiculo, quod libertas sit res inestimabilis, cum inestimabilis non sit ratione Domini, sed servus, qui ad illam adstrat*: ut ut observandum ita ex Thomasio (sed & apte hunc quod habuerunt alii), admonere hic Heineccium, fugaci oculo lego? merito admodum dubites. Neque enim Justinianus dicit, ratione Domini, inestimabilem libertatem esse, sed quoniam ratione servi inestimabilis res est; præferenda rebus omnibus aliis, minor vero ob infirmum iudicium, judicare non bene possit, *an*, & *cui*, inestimabile hoc beneficium, tantam rem, conferat, hinc, dicit, non omni illi qui modo 14. annos habet, permittendum esse, ut servos suos manumittat. Non dicit, dominum æstimare non posse, quid sit libertas, sed negat dominum *minorem*, semper judicare bene posse, in quem hanc inestimabilem rem conferat, dignum

gnum tanto beneficio : Quæ duo differunt. Consentiant autem huic explanationi ipsa verba in textu finalis, illa : *judicii sui stabilitati*. Item *ψ. Et per hoc &c.* Recte autem nostrum textum ita cavere, ne a minoris minus stabili iudicio pendeat, in quemcunque inæstimabilem rem illam conferre ; quis negaverit ? Detur merenti. Sed quare non & ratione *minoris* domini, libertatem, rem inæstimabilem esse, recte hactenus Justinianus dixerit, cum nec alius ipsi quidem majores ætate homines, semper bene æstiment, libertatis beneficium quantum sit, nisi postquam illo privati fuerint.

Sed videamus, num quid aliud observare liceat, quod aliorum fortean industriam fugit. Quid ergo ? Habet Imperator, se viam mediam NB. *quodammodo* elegisse, inter annum NB. *expletum* 14. quo testamentum facere possunt homines, & annum 20. ante quem antiquitas prohibebat dominis servum manumittere, H. e. dicit, servo libertatem dare domino concedimus, si annum 17. expleverit & 18. attigerit. Atquin, dubium esto duplex, (1.) quod testamentum facere possunt, etiam qui non annum 14. expleverint, sed sufficiat, si ultimum diem anni 14ti habeant, ut & in ipso manumittente minore 20. annis ita habet Jctus in L. 1. *Man.* Sed & alterum dubium esto, quod annus 17mus, non *quodam* modo, sed *omni* modo, medietatem constituat, intra 14. & 20. annum. Ita mihi videtur : Dic, annum expletum in *ψ. præc.* quoad testamenti factionem, ut & quoad manumittentem illum minorem dominum, illum intelligi, ubi diem ultimum incepit ; Sic autem, quoniam annus ille 17mus ita esse expletus debet, ut non sufficiat ultimum diem inchoasse, sed primum diem 18vum anni attactum esse, sic ergo recte omnino, *quodam* non *omni* modo se medietatem servasse, Imperator dixerit. Cum unus dies vel alter deficiat. Illud autem etsi non legerim, alios tamen observasse nullus dubito, Imperatorem ideo hic tam diligenter antiquitatis mentionem facere, quoniam perniciosum visum semper fuit, nova jura induci.

V I I.

Tit. Pandectarum.

De Fide Instrumentorum & AMISSIONE eorum.

Legem, non, sed totum Titulum, in nostro Pandectarum volumine, de *Fide Instrumentorum & Amissione eorum*, vitiose a nostris lectum hucusque relectumque, existimo ; non id modo, sed & infideli insimul profus consilio, profiteri eos arbitror, in Auditoriis studiosæ juventuti, ac citare ex hoc nostro titulo, in curiis, quasi de jure ibi propositum esset : NB. *Amissione Instrumentorum obligationes non tolli.* Frustrabili omnino, sed & infideli-

Insinuo, anteverti dicere, profitentium jura, conatu! Nec rubrum, nec nigrum r. etc. Rem magnam, ais, id est aggredi, integrum nostri Justitiæ Templi, unde constat, fulcimentum invadere. Ita utique: sed columnam, hoc est, collapsam reficere. Quid? Non, de Fide Instrumentorum & NB. Amissione eorum, sed; de fide instrumentorum & NB. Omissione eorum, legendum puto. Et ne ita sine fundamento dixisse videar, ecce: Vel (1.) enim hoc solo argumento ita tenuerim, quod in toto illo titulo, de instrumentorum Amissione, ne gry, non volam nec vestigium, invenerim; Contra, de NB. Omissione instrumentorum, agi ibi passim, videam. Vid. L. 4. ibi, sine scriptura, sine his, (instrumentis), & in L. 5. ibi instrumentum nullum intercessit &c. Aut existimas, in rubro fidei earum quid polliceri Symmistas, quod de, in nigro altum est silentium; Vel, rubrum plus, quam ipsum nigrum, continere? Aut putabis, rubrum dixisse, de instrumentorum Amissione, in nigro agi, & de instrumentorum Amissione, ibi non tamen agi? Quod esset sane stultum. Aut, a Te impetrabis ut credas, fidei earum compositores, id quod est in nigro (Omissionem instrumenti), in rubro non significasse; Atque ejus loco, id quod non est in nigro (Amissionem instrumenti), in rubro tamen proposuisse; Quid esset tam absurdum quam hoc? Sed (2.) inspice ipsum nigrum, videbis hæc duo, hoc ordine (eodem quo in rubro) continere: Imo. Fidem instrumenti. Ido. Instrumenti Omissionem. Quemadmodum videlicet, (a.) instrumentum, si de negotio aliquo confectum, fidem habet; Ita (b.) vero, eo omisso, negotium nihilominus tamen subsistet. Sive, compendio: Instrumenta faciunt, ad negotiorum probationem, non ad eorum essentiam. Quare, docet inde inter alia noster titulus, si aliunde de celebrato negotio constet, nihil intererit. Quin, liceat legislatorem aliquando suadentem legas, ut contractui instrumenta adhibeantur, nihilominus tamen, eis omisiss, contractus valebit; quia ita tantum probationis non solennitatis causa cavet. Nisi fortean sit contractus Chirographarius, Vel contrahentibus semel placuerit, in scriptis contractum celebrari. Vid. L. 17. C. h. t. Neu (3.) dixeris, & eo ipso ergo, quia de Omissione instrumentorum ibi agitur, sic & de eorum Amissione quoque tractari intinul, argumento, quod dum instrumentum ad contractum essentiam non facit, ejusve omisso contractum non vitiet, sic ergo nec ejus Amissionem contractum annullare posse; cave, ita argumenteris. Liceat enim quidem ita non contra Jctorum ibidem animi sententiam de jure dixeris, atque eo modo melius, ac Aristarchi suo nullo modo, ex hoc titulo, quod garriunt probant: instrumentorum Amissionem obligationem non vitiare; Ita vero (a) ego tamen, ut ingenue fatear, non credo, nostros hujus tituli compositores, tale argumentum cogitasse, aut in eum juris articulum: Amissio instrumenti non tollit obligationem, digitum intendisse, quando scripserunt: Omissio instrumenti obligationem non vitiat. Præterquam, quod (b) argumentum tale, ab Omissione ad

ad *Amiſſionem* instrumenti, non tam plena fide ſit. Ratio enim dubitandi atque diverſitatis, quare non tam facile *Omiſſio* quam *Amiſſio* instrumenti vitare cauſam dici deberet, hæc eſſe poſſet, quod *hic* ſemel, *ibi* non contrahentibus placuerat, ut instrumento conſtaret contractus. Quæ ratio dubitandi, eo augetur, quod & alias contractus qui ad ſui eſſentiam ſcripturam non deſiderant, tum tamen ſine ea ſubſiſtere nequeunt, ſi ſemel contrahentibus placuerat, instrumentum de contractu fieri. Conf. L. 17. C. ſid. inſtr. Sed (c) habeas Tibi, dictum argumentum eſſe bonæ fidei, atque ita JCtos noſtros tacite dixiſſe: *nec Amiſſionem instrumenti vitare obligationem*, quis quæſo tamen dixerit, ideo in rubro, instrumenti *Amiſſionis* nominatim ita & in propatulo apertam mentionem factam fuiſſe? Quæ enim, amabo vos! mirabilis illa inter rubrum & nigrum conjunctionis ratio eſſet: in nigro illud eſt, unde quid ſequitur, in rubro, id quod inde ſequitur? Vel, quod in nigro, non niſi tacite, & per conſequens, occulte & quidem recte adeo poſitum eſt, ut a nemine hucusque inde, collectum fuerit, hoc aperte & in propatulo, ex profeſſo exſtaret in rubro; Et quod aperte in nigro eſt, hoc in rubro omiſſum eſſet? Non mutat (4.) emendationem quam puto, dubium, quod litteris ſcriptis mihi movit Vir Ampliſſimus nonnemo & JCtiſſimus; quod NB. *fides instrumentorum* & NB. *Omiſſio eorum*, duo ſint contraria. Dabo operam, ut modeſte refutem. Tameſi autem, fateor, argumentum prima fronte, videtur alicujus momenti eſſe, ita vero quoniam tamen vere nihil concludit, ſed & ipſa *Amiſſio* instrumenti, eodem modo, fidei instrumentorum contrarium eſſet, ſic ergo adhuc emendationi meæ acquieſco recte. Et quod Ipſe credo JCtus ille vidiſſe exiſtimandus erit, dum in iisdem illis litteris, vulgaram lectionem, uſque adeo vitioſam putavit, ut cenſere maluerit, verba illa omnia: & *Amiſſione eorum*, in rubro deleri poſſe. Placet mihi, Vir facte de jure, hæc manus tua critica, magis volebam dicere, quam ut falſo plane modo, ea proſtantia in juris corpore intuerer. Placet vel eo magis adhuc, quod & jam videam, verba illa ab indicibus quibusdam abeſſe. Sed quoniam non ab *indicibus* probationem ſumere debemus, conf. L. 2. h. t. ſic itaque, vel eo autem magis, dicta verba: & *Omiſſione eorum*, retinebo, quoniam de *Omiſſione eorum*, in nigro agi video. At, ut incolumi amicitia, diſſentire ſic liceat, a JCto conſummatiſſimo, & quocumque delicias juris Romani excutere ulterius, profeſſo! nihil dulcius eſt. Tenuit autem (5.) Noſtros in falſa lectione, ſuſpicor, quod & in Codice ita titulus: *de fide Instrumentorum* & *Amiſſione eorum*, propoſitus legatur; Sed cui ſi addas, & in ipſo nigro ibidem, de Instrumentorum *Amiſſione* nominatim agi paſſim; Uti que (6.) erit inde argumentum faciam, quod dum ibi in nigro, de *Amiſſis* instrumentis tractetur revera, id quod rubrum dicit, ſic & ſine dubio in nigro ſedectarum diſtinctione, de instrumentis *Amiſſis* tractatum fuiſſet, ſi id rubrum

significasset ; Quo de (7.) contra autem, quoniam in Pandectarum illo titulo actum nihil fuerat, ob id ipsum ergo, ea de re, in Codice demum suo, quem fecit postea, tractatum instituit Justinianus. (8.) Levem autem mutationem esse an nullam, loco, *Ammissione, Omissione*, nemo audet negare. Ceu & sapius loco, A. O. nos legere, constat. Atque *ferrum* probat *cAloratum* apud Isid. Orig. H. e. *cAloratum*. Ceu recte observasse *Cuperum*, inscriptum probat, quod, si recte memini, in Bibliotheca Acad. Groning. legi. Consentientes (9.) tandem, quæso eo ipso nostros interpretes Lauterbachium, Voetium, aliosque omnes videas, quod dum plura illi de prima rubricæ parte, *de fide Instrumentorum*, scripserunt, sed & de altera parte, *de Ammissione Instrumentorum*, dum commentari volunt, nihil autem ipsi vident, quod ex nigro habeant, sic paucis tamen, ne alias pudeat, sed citra leges ex nigro fidei allatas, subjiciunt :

Amisio instrumenti causam non vitiat.

Tu ejus loco ita supponas,

Omissio instrumenti non vitiat causam. L. 4. §. ff. h. t.

Atque illustra quemadmodum dixi, & pluribus aliis. Cum aliunde, tum ex L. 4. ff. *de pign.* atque ex titulo ff. h. n. Ceu alterum illum articulum : *Amisio instrumenti obligationem non perimit*, probatum nominatim videas, non quidem in fidei titulum hoc nostro titulo, neque etiam in L. 4. ff. *de pign.* licet magno sed falso impetu infirmo certe pede, Voetius hanc in partem, eam L. allegat, turpis allegatio ! cum de *Omissione* instrumenti non de *Ammissione* agat, non magis ac L. 4. ff. h. t. quam tamen, dictum assertum probare, Voetius non audet dicere. Tu dictum articulum nominatim scriptum legas, in Tit. Cod. *de Fide Instrumentorum & Ammissione eorum &c.* Ubi tamen sapius Nostros, in limine veritatis spatium, video, simul ac dolco. Dulcem Zoesium ecce, v. g. submirari mecum velis, de jure profitentem : *creditorem allegantem se amisisse instrumentum, hoc probare posse per juramentum.* Idque arg. L. f. C. h. t. Sed heus Viri, ego hac lege meam vobis fidem adstringo ; si quid verum audio, taceo & contineo optime, si quid falsum, palam debet fieri e vestigio. Falsa est, quam ex dicta L. fin. decantat Zoësius jurisprudentiam, atque decantare ita ex Zoëso, immaturos rudiores tabulas, ex actis de jure respondens hodie, proh dolor ! video. Falsum est ; Taceri non debet. Obstant, juris nostri fundamenta in ejurandis juramentis alias obtinentia, sed quæ scribere tædet. Quin ita, eadem facilitate mentiri aliquis instrumentum, ac ipsum creditum, poterit. Aut si quis id nequam sciret, ad juramentum se admitti posse, si asseveret, instrumentum super credito confectum, sed amissum esse, quam non improbi faciles essent, ut tali sibi intervirent consilio, & a quolibet non debitore extorquere ita pecuniam possent. Quid est calumniari artem Romanam ; Quid est Sacrosanctam Themidem, oborto collo invitam in jus rapere, si non hoc illud est :

Non

Non Zoesium juvat lex illa quam allegat. Loquitur videlicet quidem de Amissione instrumenti; dicit etiam in casu tali, juramento locum esse, sed ejurando a quo, mi Zoesi? Non ab allegante, creditum amissumve instrumentum esse, sed a teo 3tio. Non vult, illum, qui se creditorem sed instrumentum amisisse, asseverat, ad jusjurandum admittendum esse, sed casum decidit, quo quis convenitur ab alio, ad edendum instrumentum, sed qui excipit, se instrumentum amisisse; Hunc, textus habet, juramento probare debere, se instrumentum amisisse. Convenienter omnino nostris fundamentis. Atque ita Respondi hodie, in causa Viduæ Kôrich Beckers, & Erben Krusen. Quæ simul & ansam dictæ emendationi dedit, in nostro dicto ffdetarum titulo. Sic autem repeto, ita est de jure omnino teneo..

I:

Amissio instrumenti, non vitiat obligationem. Ita, non per titulum 4. Libri 22di ffdetarum, sed per titulum 21. Libri 4ti. in Codice.

I I:

Modo probari Amissio, vel obligatio, possit; non per juramentum a creditore oblatum, sed aliis modis manifestis. De quibus in titulis nostris, de Probationibus & Præsumtionibus..

I I I:

Omissio instrumenti non etiam vitiat causam. Ita, per titulum ffdetarum 4. Lib. 22..

I V:

Modo aliunde, de causa facta constat.

Quod est, justitiæ nostri Templi, putridum an collapsum fulcimentum reficere..

V I I I.

§. I. Inst. de Servit..

Item urbanorum Prædiorum servitutes sunt, ut vicinus onera vicini sustineat, & in parietem ejus liceat vicino tignum immittere, ut stillicidium vel flumen recipiat quis in ades suas, vel in aream, VEL IN CLOACAM, vel non recipiat.

Nescio, quomodo non occurrat antea, inveteratus quidam (liceat ita loqui) doctorum nostrorum, neglectus, ad §. I. Inst. de Servit. ubi constat

stantèr hactenus lectum ita reperio : *ut stillicidiam vel flumen recipiat quis, in ades suas, vel in arcam, vel NB. IN CLOACAM &c.* Itane vero, Humanissimi Viri, an ut in ades arcamve, ita & in NB. *Cloacam* quoque, ut stillicidium flumenque recipiatur ? Quis ille mirabilis, vel stillicidii tandem vel fluminis usus est ordinaris, in commercio scilicet humano, ut NB. *in cloacam* alterutrum recipiatur ? Atquin hæc, vel in ipsas ædes, vel in arcam recipi atque ad eas pertinere solet. Conf. L. 7. de Serv. L. 1. de Cloac. Quin potius igitur, ex antedictæ cloacæ natura, expuncta propositione : IN, sic esse restituendum censeo : *Ut stillicidium vel flumen recipiat quis in ades suas, vel in arcam, vel cloacam ; Vel, non recipiat.* Relata nimirum, *Cloaca*, vocula, ad præcedentia verba : *stillicidium, flumen.* Ut naturalis paragraphi nostri, juris articulus ille sit : *Urbani prædii servitus est, ut stillicidium vel flumen, vel NB. cloacam, recipiat quis in ades suas, vel in arcam ; Vel, non recipiat.* Respondit ita etiam Ulpianus in L. 7. ff. de Serv. Addc. L. 1. de Cloac. &c. Erroris autem ansam in dicto spho, interpretibus nostris ortam suspicor, ex neglecto compositorum stylo, an minus observata vulgata alias Grammaticorum Synchronos figura, quod tertiam scilicet illam servitutis nostre urbanæ speciem, *Cloacam* nempe, paulo longius a flumine ac stillicidio, in contextu separare non dubitaverint. Similis autem Synchronos figuras observavi sæpe. Conf: notat. ad §. 1. d. act. * & aliis quibusdam modis. Et alibi. Consistentes autem, in nostro spho apertum vitium esse, eo ipso iterum omnes nostros hic commentatores videas, quod dum commentari in verbis nostris volunt, *quid sit servitus fluminis recipiendi in alterius cloacam*, de hoc potius non verbum dicant, sed enarrent, quid sit *servitus cloaca* ? Sed hoc non scire cupimus.

I X.

L. I. §. I. *Si quis jus dic. non obtemp.*

Is videtur jus dicenti non obtemperasse; qui quod extremum in jurisdictione est, non fecit, veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, SED DARI EAM VEL FERRI PASSUS EST. Caterum si & sequentia recusavit, tunc non obtemperasse videtur.

Ulpianus ægrotat, verbis illis : *sed dari eam &c.* in L. 1. §. 1. *Si quis jus dic. non obt.* Pater meus susceptor Clar. Cornelius vanEck, in suo com-
pen-

pendio ff. h. l. post verba posteriora illa : *passus est*, addenda monet hæc : *hoc edicto non tenetur*. Dura nimis, non ægrotanti tantopere Ulpiano, medicinali. Et quam ex hac causa hic minus probo, quoniam, in hoc nostro vers. *jus dicenti NB non obtemperasse*, & per hæc, *ex edicto illum teneri*, constat, arg. v. NB *Caterum si & sequentia NB. recusavit &c.*

Sic ergo potius emendandum censico : *Sed nec duci eam vel ferri passus est*. Ita quidem adhuc videbatur initio, ex ejusdem Ulpiani ad Edictum Libro in L. 68. d. *Rei Vind.* intelligi posse : *is videtur jus dicenti non obtemperasse, &c. veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est* (h. e. qui restituere jussus iudici non paret), *sed duci eam vel ferri (manu militari) passus est*. Vide d. L. 68. Quominus autem ita magis sentiam, facit, quod in dicta L. 68. non obtemperantem ibi solvere v. deam, id quod interest, hic, *meram pœnam*, illum debere dare temeritatis suæ. Ut & *extremum*, est : *manus militaris* ; Ita vero extremum passum debet non esse, non autem passum esse, in hoc titulo.

Quid itaque si præcedenti illa explicatione hætenus servata quidem, sed in sequenti ultimo v. *caterum &c.* explicationem sive refutationem, præcedentium significaverim, hoc modo : *Is videtur jus dicenti non obtemperare, qui quod extremum est in jurisdictione non fecit, veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est* (h. e. qui restituere jussus iudici non paret d. L. 68.), *sed duci eam vel ferri (manu militari d. L. 68.), passus est. Caterum si & sequentia (duci vel ferri manu militari) recusavit, tunc non obtemperasse videtur*. Quod probat, si attenderis, cum emphasi scriptum illud verbum, *tunc*. Item *to:et.* Quod ante dixerat videri & cum non obtemperare jus dicenti, *si duci vel ferri rem, qui passus est*, illud confutando explicat, *si NB. et ea recusavit, NB. tunc non obtemperasse videri*. Claret hoc magis, si ante verbum : *Caterum*, punctum potueris. Toleranda, ni fallor, crisi.

Quod vero adhuc Hugo a Porta ibidem in initiali vers. loco : *is videtur, ita:is non videtur*, substituit, id mihi plare non videtur. Jus enim dicenti ibi non obtemperasse, *visum eum fuisse* Jcto, probat vers. *qui quod extremum est in jurisdictione NB. non fecit*. Sed ita effert pedem Porta, Justitiæ nostri Templi, Porta sapius.

X.

L. 9. §. 1. de Publican.

Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur, & ideo impleto tempore conditionis ELOCANDA SUNT.

Tt

Jucin-

Juande, credo, ipse risit Cujacius, ubi notam suam ad L. 9. §. 1. *de Public.* absolutam viderit, qua substituit, loco: *elocanda sunt*, confusius ita: *licitatores alloquendi sunt*. Sed (1.) non hucusque, fateor, deprehendo, verteres nostros) Ceteros phrasi tam barbara: *alloquendi sunt*, usos fuisse. Sed nec (2.) *Licitatoribus*, ante propositum elocationis aliquem contractum, usus esse aliquis videtur.

II. Vulg. ita mutat: *ea locanda sunt*. Sed eadem res est, si liqueris: *locanda sunt*.

III. Ast quoniam tamen verba illa: *invitus nemo, & ideo*, relocationis aliqujus sive locationis prioris iterandæ ex consensu, rationem inducere videntur, sic ergo unica addita r. litterula. Ita: *Relocanda*, malim. Consenit §. sequens, qui ita statim incipit: *Reliquatores vestigalium ad NB. iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt*.

Sed in quo §pho, quod idem Cujacius, *reliquatores*, in *licitatores*, transformat, hoc non asse liceor. (1.) *Licitatores* enim dicuntur potius ante locationis contractum impletum, adeoque qui conductores nondum fuerunt. Vid. hanc L. in princ. Dum itaque in hoc §pho de iis agitur qui conductores ejusdem rei jam fuerunt, arg. *§. iterandam &c.* Utrique licitatores hic fingere nullo modo poterimus. Erunt autem (2.) *reliquatores* hic dicti, quia reliqui adhuc erat aliquid, quod fisco solvere tenebantur. Vid. *§. superiori conductioni satisfaciant*. Et qui (3.) ob hanc rationem fortean ad reiterandam vestigalis conductionem admitti cupiebant.

X I.

Ad Locum Ciceronis de Officiis.

Ciceronis locum illum, morantur interpretes, ubi de Officiis, *Quidni*, ille inquit, *quando sine detrimento suo potest, ALTERI COMMUNICET, in eis qua sunt accipienti utilia, danti non molesta*. Morantur ideo, quod latine, *quid communicemus NB. cum aliquo*, non NB. *alicui*, vel, *alteri*, ut habet tamen Cicero.

I. Loco: *communicet*, quod in dictis verbis legimus, esse surrogandum: *commodet*, videbatur mihi initio. Et quod ita magis nunc putem, facit auctoritas Grævii, quem eodem modo corrigere postea video, in notis ad Grotium; quo autem ipse sit argumento motus? nescio. Ego movebar, arg. *§. ibid. seq. NB. accipienti*. Neque enim aliquis *accipiens* dici bene poterit, si non quis *commodans* quoque ante fuit. Accedebat, quod eodem ferme modo, ut hic, de *commodato propugnatum* ita a Grotio 2. 12. 20. memini, natura sua illud esse gratuitum.

II. Quid autem? si melius adhuc ita nunc emendem: *Quidni, quando sine*

sine detrimento suo. prodest alteri, communicet, in iis qua sunt accipienti utilia, danti non molesta. Simili ferme modo, quo disputatum olim teneo, Varro-
nem inter Paulum atque Labeonem. Conf. L. 2. §. 5. de aq. & aq. pluvi. Verba
ibi hæc sunt : *Qui factus quidem mihi NB. prodesse, ipsi vero nihil nociturus est,*
hæc aequitas suggerit. Emendationem probat, quod, sicuti in vers. nostro se-
quenti altero, verba illa, *danti non molesta*, priora illa, *sine detrimento*, nomi-
natim repetunt ; sic jam & altera illa verba in eodem v. ultimo, *accipienti uti-*
lia, præcedentia illa, *prodest alteri*, repetierint.

XII.

L. 4. §. 16. de Dol. Mal. Except.

*Adversus parentes patronosque, neque doli exceptio
neque alia quidem, qua patroni parentisque opinio-
nem apud BONOS MORES suggillet, compe-
tere potest.*

BONOS mores, Gotofredus pati non potest, in L. 4. §. 16. ff. de dol. mal. exc.
Substituit autem : *bonos moratosque.*

Malim emendare levius ita : *bonos Viros.* Opinionem enim alicujus læde-
re, dicitur id quod existimationem apud *bonos Viros* sugillat. Conf. L. 2. ff.
de obseq. junct. L. 13. C. ex quib. caus. infam.

XIII.

L. 1. §. 9. Ne quid in flum. publ.

*Hoc interdictum cuius ex populo competit, sed non ad-
versus omnes. Verum adversus eum, qui DENE-
GET UT ALITER aqua fluat.*

VERBA illa : *deneget ut aliter*, in L. 1. §. 9. *Ne quid in flum. Publ.* interpre-
tantur Nostri, substituendo, loco : *deneget, id egit.* Quid si mutem in
verbis JCTi, ut ille ea dixit, nihil, sed restituta potius quam Ulpianus vo-
luit una litera, T, ita emendem : *deneget, nT taliter aqua flueret ?* Sensus
fuit sponte : *Hoc interdictum cuius ex populo competit, sed contra eos solummod,*
qui faciunt ut aliter aqua fluat, vel, denegant nT taliter fluat. Ita JCTus varia-

tionis causa, negative semel jam haber, id quod in præcedentibus vers. bis affirmative dixerat : *qui immittere, facit, ut aliter aqua fluat.* Adde, JCrī intentionem vel rationem interdicti, non in iis occupari, an quis quid NB. *faciat vel immitat, sed in eo totam esse, si aqua fluat aliter, sive, quod idem est, non taliter.*

Illa mox visa vulgata mutatione, præstaret meo^r judicio : *qui digeret, vel dirigat ut aliter aqua fluat.* Ita Lucretius IV. 4. *bellum degere* (vel ut Giffan. & Pare *degerere*) haber.

X I V.

L. I. ff. de Interd. &c.

Scio relegatorum bona, avaritia superiorum temporum Fisco vindicata : sed aliud clementia mea convenit, qui inter CÆTERA, QUIBUS INNOCENTIAM rationum meorum temporum, hoc quoque remisi exemplum.

AN non *putatia* Proh dolor ! quorundam eruditio, tacitam quandoque vel ipsius quoque Grammatices oblivionem inducat, dubitare nuper aliquando apud meum animum ocepi, ad odiosissimas scilicet illas, Gotofredi atque Haloandri Aliorumque disjunctiones, in L. I. ff. de Interd. & Releg. Dum loco : *quibus innocentiam rationum meorum temporum hoc quoque remisi exemplum;*

I. Gotofredus ille, ita : *Quibus innocentiam & rationem meorum temporum, AGNOSCIT, hoc quoque remisi exemplum :*

II. Alter vero, restituendum mavult : *QUIDEM innocentiam ET rationem meorum temporum hoc quoque remisi exemplum :*

III. Alii denique, teste ibidem Charonda, reponere non verentur : *quibus innocentiam rationum meorum temporum TUEOR, hoc quoque remisi exemplum.*

IV. Ast vero mihi vitii nihil, præter unam literæ M. abundantiam, in *innocentiam*, pro, *innocentiam*, textui subesse, videtur. Relativa etenim illa particula : *quibus*, ex familiari Grammaticorum (*quis*, pro, *aliquis* s. *tis*, accipientium) consuetudine, idem hic erit, quod *aliquibus*, sive, *nonnullis*. Quæmadmodum in L. 2. §. 1. *psi*, cui non licet (id est, alicui) ff. de Re Milit. Atque in illo Suetonii in Claud. *Si quem alium & se liberum esse.* Ut sensus

versiculi nostri, re ipsa talis sit: *Sed aliud clementia mea convonit, qui inter cetera (subaudi exempla) quibus (i. e. quibusdam), innocentia rationum meorum temporum.* (h. e. ex innocentia seclæ s. genii meorum temporum) *hoc quoque remisi exemplum.* Recte autem quibus five aliquibus tantum, hanc esse remissionem factam optimus Trajanus ita restatur: Neque enim omnibus relegatis indistincte, sed solis ad certum tempus, non perpetuo, in insulam relegatis Populi Romani civibus, exempli hoc indulgere, esse publico utile, existimavit. Conf. L. 4. ibid.

V. Si nec unius illius litterulæ M. jacturam velis, poteris & illam servare, hoc modo: ut, *innocentiam*, idem significet, quod, *ob s. propter innocentiam.* Verba enim illa: *ob, propter*, omissa sapius, vi sua tamen inesse, vocibus 4ri casus; Eunuchus ille licet, testem attamen exceptione omni majorem apud Terentium agit, ubi actu 5to scen. 6. *id (ob id) prodit.*

VI. Si denique etiam, explicatio *us, quibus*, pro aliquibus, usque adeo non placeat, substituam, tum est, pro, *QUIBUS CIVIS.* Levis, an nulla mutatio, ex stilo veterum. Illos enim C. & Q. ante litteram U. promiscue usos fuisse atque loco Q. C. scripsisse, ut habet Menag. amæn. p. 199. sed & pro C. Q. ex. gr. loco, *vacua, vaQua*, scripsisse, observo, ex Florentinis in L. 18. § 2. ff. de acq. poss. L. 5. §. fin. de Captiv. Porro: loco, V. & B. usos fuisse illos etiam, sed & in Pandectis nostris Florentinis sapius occurrere, *Benevum* illud significat, quod in L. 23. de Ad. ed. *Visit ille, mortis consciscenda causa.* Ut & *dua negatiBa* in L. 237. ff. de Verb. Obl. Sed & Ulpianus pro Vat in L. 15. de damn. inf. Adde, quod apud Grut. in marmore Salernitano, *acerrio Firmio sic sic consecraBerunt.* Addere enim & hoc ideo volui, ut bardi quidam & imperiti videant, non imprudenti stilo, sed recte me, CHRISTIANO Screnissimo Principi consecraBisse, Novum Justitiæ Templum. V. sup. p. 216. Sicuti nunc quantum ad litteras, C. & B. muto nihil, ita vero, pro litera U, in I, substituere, liceat. Sic autem, loco *QUIBUS, CIVIS*, surrogare, mutatio nulla dici poterit. Recte etiam, *civis*, hoc exemplum remissum esse, habet iterum Jctus; Licet enim relegatis perpetuo, dictum exemplum non remissum, sed bona eis adiungi posse ante diximus, ita vero de parte tantum bonorum id intelligendum, atque sic pars reliqua, ut relegatis ad tempus sic & relegatis perpetuo, h. e. *civis*, relinquatur, atque exemplum dictum remissum erit. *Cui vis potes* illud remittere. d. L. 4. §. potes.

Cæterum: Politicam omnino illam, temporis hic memorati adjectivum, in concedendo principalis benignitatis exemplo, observare, existimo esse operæ pretium; dum signate quidem *amatam sui temporis innocentiam* odiosæ præcedentis ævi *avaritia* sapientissimus Romanorum Princeps. opponere, non dubitat. Cum avaritia videlicet omnium in Republica malorum noxiarumque radix longe sit certissima. Cicero sit instar omnium. ubi de Offic.

Lib. 2. C. 22. ita dixit : *Nulum igitur vitium terribius quam avaritia, praesertim in Principe, & republicam gubernantibus.*

X V.

XII. Tabul. V.

*Paterfamilias uti legasit SUPER PECUNIAE TU-
TELÆVE SUÆ REI ita jus esto.*

Verba proposita Tabularum duodecim, torquent interpretes, non tantum ideo, quod *to* : *super*, ibi secundum casum regit, sed & tutelam dicant, *rei esse*, quam tamen in *personam* principaliter & non in *rem esse*, constat.

I. Cujacius ad Ulp. XI. 14. verba lecta hoc modo : *Super pecunia tutelave sua rei*, conjunctim accipienda dicit. Nam, pergit, tutorem filiis suis instituere pater nisi in testamento non potest, in quo & pecuniae suae heredem instituet. L. 53. *de Verb. Sign.* Sicuti autem, sic multa quidem corrigit Cujacius, ita corrigendo tamen, dubium non tollit, sed auget : *tutelam, rerum esse.*

II. Noodt, ita habet : *Super pecunia tutelave sua.* Ut, *tutela sua*, idem sit, quod *tutela ejus qui suus est.* Bono sane sensu, ait Schulting ad dictum Ulpiani locum ; nisi scriptum fuerat, *super pecunia, reive, tutelave sua.* Sed & temere ita loqui Noodt, habet Heineccius, ad Inst. I. 13. 2. Nimiam esse, Celebrerrimi Noodtii mutationem, nemo non nisi in corrigendo lascivens, negaverit.

III. Ipse autem Schulting dicto loco, *scriptum est*, ait, *super pecunia tutelave sua, Gracorum more, notante Vossio ; cætera, non definiens.*

IV. Et quid Heineccius ? non esse rarum dicit, loco citato, apud antiquos, casum *dum* pro *pro* adhiberi. Atque hoc ut probet non rarum fuisse, hinc adducit sequentem inscriptionem

ACERRIO. FIRMIO. LEONTIO.
PRIMARIO. VIRO. ET. EDITORI.
MUNERIS. SUI. CUM. FERARUM.
LIBYCARUM. QUI. VIXIT. ANN.
XXX. DIGNISSIMO. FILIO.

Verba autem : *sua rei*, referenda censet, non ad *tutelam*, sed ad *pecuniam*. Sensus ut sit, quamcunque legem paterfamilias in testamento suo dixerit, & quocunque modo disposuerit, & de tutela liberorum suorum, & de ipsis bonis ac facultatibus suis, ita ratum post mortem futurum. Vel, ut habet Vir Clar. in editione novissima, *sua rei dum* additur, id sane referendum ad ipsos liberos, qui jure veteri erant in dominio *Quiritario*, adeoque res mancipi.

Ut

Ut sensus sit, quaecumque legem Patrifamilias in suo testamento dixerit, & quocumque modo disposuerit, & de rebus suis & de ipsis bonis, ac facultatibus eorum (scilicet per substitutionem pupillarem), ita ratum post mortem futurum. Tamen si autem credere in dubio alias indubitato seculi nostri coryphæo, Heineccium puto, soleam, ast rectius tamen hoc casu, & alias, ab eo dissenferim, ubi me ratio retrahit. Neque enim (1.) satis video, an allegata inscriptione ad liquidum probaverit, haud raro veteres, *adum* casum, pro *oto* adhibuisse? Neque enim inscriptiones, utut alias bona fide descriptas, semper ita tamen probare, quemadmodum prima fronte videntur, ipsa res documento est; Cum aliquando verba omiſſa subaudienda, litterarum promiscuus usus, atque alias Veterum stilus a nostro diversus, alium plane sensum facit, quam videtur. Non habet autem in dicta inscriptione, verbum: *super*, post se, casum *adum*. Eſſet & profecto frustra, & certas regulas, habuisse veteres, secundum quas, vel *adum* vel casum *otum* adhibere deberent, & eis casibus promiscue tamen uti velle. Ad quid regulæ, quæ casum *otum* volunt, si iis neglectis, *adum* pro *oto* casu, adhibere liceat. Neque (2.) etiam satis mihi probatum videtur, *ta*: *rei sua*, ad verbum remotius separatumque: *pecunia*, referre; Cum melius, ni fallar, ad præcedens proximum verbum: *tutela*, vel ad utrumque saltem, arg. particulæ *ve*, pertineat. Quantum (3.) ad sensum, quem in editione priori Cl. Auctor habet, sicuti ille in editione Novissima ipsi magis non placuit, ita novissimus sensus ille sapere mihi non vult. Tamen si enim non ignorem, liberos in potestate parentum fuisse, quin ad jus vitæ usque necisque, ast non tamen credo, *rem Patris*, a Xviris Illos vocatos fuisse. Cum contra potius, *puerorum* atque *liberorum* nomine, nominatos ab iis illos videam. Et quæ ita verbis, *rei sua*, ipsius testatoris res excludere; ubi latiori alias eorum verborum significatione, & liberorum testatorumque res, quin, ut Clar. auctor vult, & liberos ipsos, habemus. Sed ad quid Clar. Vir, id de *substitutione* adhuc EXPLICARE? Substitutionem enim pupillarem, non 12. Tabulis, sed moribus inductam, nominatim lego. in pr. Inst. de Pup. subst. L. 2. ff. ibid. Et liceat tenuerim quidem, Viri Clarissimi aliorumque principium esse, *quoties quid attributum moribus in nostro juris corpore legimus, id quod castum simul & in duodecim Tabulis exstat, toties per mores, leges illas regias, nos debere intelligere, quibus, exactis regibus, populus ab initio adhuc fuit usus, atque postea in duodecim retulit*; Ita vero principium hoc, non ubivis, certe nec in hoc nostro casu, omnis fidei esse, obiter hac vice, latius in editione quam molior altera dispositionis nostræ quam cum Cl. Viro ad L. 1. Curat. furios. habemus, probabo: quod sicuti ipse auctor recte vult, pubertatis tempus ante 12. Tabulas, termino 12. & 14. annorum, nondum definitum fuisse; Ita vero substitutio pupillaris illa, quam Ulpianus in dicta L. 2. habet moribus inductam fuisse, aperte ad pubertatis tempus, terminatum 12.

& 14.

& 14. annis, restringitur. Velle autem fortasse dicere, id quod de pubertatis tempore ibi legitur, esse ex Ulpiani sententia, vel posterioribus temporibus additum, nihil est. Nominatim enim Jctus ibi, id quod de 12. & 14. annis habet, moribus illis quibus de ibi agit tribuere, ex verborum contextu, ex illo connectente coherentere verbo : *donec*, constat. Et magis adhuc ex *¶* seq. *Quod sic erit accipiendum &c.* In quibus enim verbis demum dum interpretationem instituit, oportet hucusque, quid mores illi introduxerunt, eum retulisse: *Ut quis scil. liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad 14. annos pervenerint, femina ad 12.* Sed nondum probavit quidem Heineccius, substitutionem pupillarem Antiquis Tabulis, permissam fuisse. Certe non ex Tabularum illa Lege Q. D. A., quippe de ejus sensu adhuc sub judice lis est. Quod profecto tanti erit, ut, dum argumenta quæ vidimus, atque alia velint, saltem velle videantur, substitutionem pupillarem bis sex tabulis illis non, sed moribus ita sensu solito dictis inductam esse, sic etiam non, eam, per nostram tabularum legem, inductam esse, dicere audeamus. An Lex nostra 12. Tabul. probet inductam esse substitutionem? N. L. Adhuc argumenta alia quæ nolunt 12. Tabulis inductam esse. Quare, nec secundum Heineccii explicationem, verba dicta 12. Tabularum sine dubio erunt; sed tentemus alia, opus erit. Proponam quid sentio, non ut veram sententiam, sed ut verosimilem tantum conjecturam: nescio, an queam magis modeste?

V. Ita videtur mihi verba illa 12. Tab. relegi posse: *Paterfamilias uti legasset super pecunia & Tutel. A. æque sua rei ita jus esto.* Quare ita? dicam paucis; quoniam veteres, si ita habuerint in animo, atque dixerunt: *pecunia & Tutel. A. æque*, non eo modo id tamen scripserunt, sed: *pecuniae Tutel. A. æque*. Reliqua sit repetam non opus erit, cum de iis vidimus sæpius. Vid. Obs. Leg. ad l. 44. de Relig. & alibi. Literam vero Q. ante U, cum C. permutasse veteres, & quidem litera U. omissa, probat Jocus ille apud Ciceronem cum candidato sed coqui filio, cui ille coque, favebat. Ceu & alii observant, etiam litera U. reservata, C & Q. commutasse veteres. Atque Obs. præced. probavimus, exemplo *vaQue*, & *vaCue possessionis*. Ut sic facile, ex *ecuo*, vel *ece*, *EVE* interpretetur, h. e. *æque*. Cui addita litera *a* ex præcedente, sed geminata ex stilo veterum, litera *a*, habebis *æque*. Sensus autem esse potest sua sponte: *Paterfamilias uti legasset super pecunia & tutela æque, sua rei ita jus esto.* Vel, verbis interpunctis aliter; *Paterfamilias uti legasset super pecunia & tutela, æque sua rei ita jus esto.* H. e. Paterfamilias uti disposuisset super pecunia & tutela, omnino, de jure, iuste, utique, ita jus esto. Eodem modo, quo alias *æque* iudex decernit. &c.

Illud autem mihi plane non constat, quare tantam crucem Nostri, in verbis: *sua rei*, crexerunt? Neque enim illa verba, Xviri retulerunt, ad

Pr-

327

Pupillam vel ad *tutelam*, quod nostros fecellit, sed ad *ipsum*, quo de ibi principali-
 ter agitue, *testatorem Patremvefamilias*. Adde, *to: sua*. Non dicunt ver-
 ba, NB. *tutelam esse rei*, sed, ut *Paterfamilias* legasset super *tutela* NB. *sua*
rei, ita jus esto. Quam, si rem ad verum velimus exigere, etiam ratione ipsius
tutela, recte dixeris, esse rerum. Quod enim dicitur, *tutelam esse* principi-
 aliter in capite & per consequens in bonis, non potest hunc sensum habere, ac si in
 priori illo commate, in rebus plane non esset; si enim sit obligatio personae, v. g.
 velle Romam ire, ab hoc si quis liberare se velit, praestabit ex suis NB. rebus,
 quanti interbit. Dum autem potissima obligatio, *res & non caput* principali-
 ter tangit; sed & ipsa capitis obligatio, v. g. *hortum fodere*, hactenus etiam
 res concernit, ut ab hoc non nisi praestando quid interest, quis se liberare va-
 leat, arque sic potissima obligationum pars semper res concernat; Quare non
 & hic, ut alias, Vid. L. 5 de *Legib.* a potiori hactenus denominationem facere liceret:
tutelam in rebus esse? Quod enim nostra jura civilia, denominationem a capite
 faciunt, dicendo: *Tutelam in capite esse*, hoc non habet aliam rationem, quam,
 ut differentiam ita, *curam* inter atque *tutelam*, dicant: quod curator sit in
 solis bonis, sed tutor etiam in capite. Sed habeant illa verba: *sua rei*, alias hic
 difficultatem, certe, nullam habebunt, si legeris, quemadmodum ea legenda,
 anteverti dicere.

X. V I.

L. 3. Si pars Hered. Petat.

Antiqui &c. Ubi autem eodem gradu sunt ceteri, quo
 & venter, tunc quae portio esse in suspensio debeat, qua-
 siverunt ideo, quia non poterant scire quot nasci possunt,
 ideo, nam multa de huiusmodi re tam varia &
 incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur.
 Nam traditum est & quatuor pariter puellas a ma-
 trefamilias natas esse, alioquin tradidere non leves au-
 ctiores, quinquies quaternos enixam Peleponnesi, mul-
 tas Aegypti uno utero septenos. Sed ET TRE-

U u

GE-

GEMINOS SENATORES CINCTOS VIDIMUS HORATIOS, &c.

Raro capiti bene vult, apertam membris qui injuriam parat ; Criticorum naturale malum ! Eoque ni fallor pejus, quod nec ipsi quidem sibi, cum aliis pestem meditantur, aliquando parcunt. En illustre adeo iterum in his specimen ; qui dum in fonteis Tribonianis manes, ipsum quoque Pauli stylum fidemve exagitare, putant, sese ipsi insuper habent, in L. 3. ff. *Si pars. Her. Pet.* Ubi PRIMO, *Tergminos*, jure metamorphoseos, mutant, in *tregminos*. SECUNDO, pro *cinctos*, substituunt, *Cincios*. TERTIO, Horatios vero denique morti plane duendos ipsi jubent. Paule tuam fidem ! Vulnere mutilandos, quin, trucidandos telo suo critico illi jubent, quos Tu *cinctos*. Te vidisse dicis, *Tregminos Horatios*. Quid sit ergo videamus ?

Primo. Quod *tergminos* legimus in vulgata nostra editione, olim probavi cum vulgo. Ex ratione vero quare ita vulgus nescio ? Hæc me ratio movit : Quod Horatii illi quibus de ibi Paulus agit, suo numero. 6. fuerunt : *Tergmini* autem non *trigemi*, 6. sunt. *Sex* horatios ibi Paulum dicere, inde sequitur, quoniam illorum medietatem dicit esse, *Tres*, in *ψ*. circa finem : *quia fieri poterat ut tregemi* &c. Ibi enim *tregeminos* sive *tres* debere intelligi, inde constat, quia quæ superest, *quam* partem superstiri filio esse dandam, habet. Ita quæsiit Paulus : *Si pregnans uxor sit, quam partem filio nato superstiri, quantam nascituro in utero adhuc materno delitescenti partui, assignare melius sit ?* Quærendi rationem in eo Paulus habet : *quod incertum sit, quot nasci poterant ?* Decidit autem ; ut *tres* partes serventur ventri. Rationem decidendi habet : quod ita *medietatem* servet, eorum quos natos viderit. Ita inquam argumentabar mecum antea quare cum vulgo probavi, legi posse, in *ψ*. nostro, non *tregminos*, sed *tergminos* Horatios. Quod autem postea rem ipse examinans melius, ita legi non posse, existimem, facit (1.) quod in florentinis membranis, ita : *Tregminos*, legimus, teste Ruffardo & aliis. (2.) Quoniam illi Horatii ad quos Paulus respexisse videtur, non suo numero, *Sex*, sed *tres*, fuerunt. *Ter geminos* autem, *Sex* esse, nemo potest negare. Ceu contra : *Ter entiam videri, etiam qua tregminos peperit*, idem Paulus habet, relatum a fideiatarum symmictis, in titulo ff. qui de NB. *Verborum significatione* expresse scriptus est, L. ibi 137. Non me magis retrahet, ratio, quam memorare anteverti. Sicuti nimirum omnis me ratio movens, in eo fuit, quod in finali illo *ψ*. Paulum medietatem significasse, in animum meum induxeram, illorum Horatiorum quibus de in præc. illo nostro versiculo egerat ; Ita vero paulo post ipsa verba relegens, illum video medietatem NB. quandam inducere omnium illorum, quæ præmiserat. Prædixerat, de casu

ubi

ubi mulier *quinque* & etiam ubi mulier *septem* enixa fuerat liberos, &c. Prudentissime itaque pergit, medietatem quandam servandam esse. H. e. nascituros teneamus *tres*. *Cum etiam*, vult Paulus dicere, *eos nasci posse, in exemplo trigeminarum Horatorum illorum*, in vers. nost. o, *vidimus*. Huic consentit certe, *to : quandam*. Numeri enim *senarii, tres*, non NB. *quandam*, sed *veram* medietatem constituere, constat. Atque sic fati de *trigeminis*. Videamus, de *cinctis* senatoribus Horatiis.

Cinctos Senatores, in *cincios* atque alias figuras varias, nostri ideo mutant; quod *cincti* epitheton militibus quidem ast non Senatoribus competat. O proterva criticorum ambitio! *Cinctos Senatores*, instar *militum*, vel *imo* ob id ipsum non ineleganter Paulus dixerit, quod & alias a *militari* re, ad *judicialiam*, ad quam & Senatores pertinent, plura manasse constat. Conf. quæ diximus *Nov. Just. Temp.* p. 165. Quin, *2do*, *cinctos* illos Senatores, Paulus & ideo habet, quod significare voluerit, fuisse illos victoriæ corona *cinctos*, quasi in premium laudis, adversus hostes, quos strenue certando devicerant. Veteres laudem merentibus corona *cinxisse*, vulgo notum est, ex Lege antiqua: *qui coronam parit ipse pecuniave ejus Virtutis arguitur*. Corona *cingere*, Cæsar loquitur. Sed *3tio*. Epitheton *cincti*, *Senatoribus* proprie competere, inde est, quod & Magistratum *accinctum* gladio esse oporteat. *Judicis signum, gladius* (quo *cinctis* est) *monstrare videtur*. Alia apud van Eck tit. ff. *d. juris d. 20. Judices cinctos; Jura cinctis, &c* apud Herod. *Plur. Tac.* legimus. Adde Suet. Vitell. c. 15. Seneca de ira I. 16. Sed & *4to*, Senatores illos *trigeminos* Paulus dixerit, *Cinctos*, h. e. *Socios sibi fuisse*. Sic enim *cingere aliquem; latus alicujus*, Tacitus, Ovidius, alii loquuntur. In uno etiam partu editos, socios sibi fuisse, haud adeo ineleganter dici posse, existimaverim. Quare autem, *to cinctos* præcise ad *Senatores*, & non etiam ad *Trigeminos*, referre non possem; rationem non video. Valebitne autem Dni Critici, Paulus noster, si *5to* probaverim, & in ipsa Roma spectatum in literis Virum, de *Senatoribus* dixisse, eos *cinctos* fuisse? Ecce vero: *T. Casticum* doctorem disciplinæ Rhetoricæ, qui cum discipulos suos quosdam Senatores die feriato tunicis vidisset indutos, *maluissent vos*, inquit, *togatos esse pigritum. Et vos cinctos saltem esse. Agell. 13. 21.* Sed & ibi *Gronov.* Vidimus & ita *cinctos* trigeminos Senatores Horatios.

Restat videamus an Paulus, quod ait, *videre* quidem Eos potuerit? Non Eos posse vidisse Paulum, & per hoc trucidandos in textu Horatios esse, ita argumentantur Critici, quia Pauli ætate illi multo superiores sunt. Præstat nihil argumentari quam ita. Enimvero, cum *videre*, non oculis tantum intueri, sed & pro quocunque modo percipere aliquid, apud eos qui bene vident, significet, quare non & ita habeat Paulus, se percepisse, legisse, *vidisse in libris*, trigeminos fuisse Horatios? Vel, tam certum dixit Paulus, nobis de illis Horatiis constat, acsi ipsi Illos eramus intuiti nostris propriis oculis. Eodem ferme modo, quo Justinianus dicit: *se videre* (h. e. animadvertere, percipere)

Natura juris perdit omnia animalia censeri. Aut si Tiresias ille NB. *cæcus*, *fu-*
tura viderit, qui præsentia videre suis oculis non poterat, apud *Mis. Fel.*
 p. m. 240. Quidni & Paulus præterita viderit, qui præsentia poterat. Si
 alibi in jure nostro occurrit passim, in administranda justitia, debere nos:
ab oculis habere, intueri, quæ videre tamen oculis nullo modo possumus,
 quare non & hic Paulus dixerit, se *vidisse*, quod propriis suis oculis non con-
 tractaverat; O petulantes legales Oeconomi? Ita; *to: videre*, hic Paulum
 significare, ex illis constat, ibi: *tradidere. scribit*: item NB. *intuerentur*. The-
 mis me perdit, si non ad primam legis nostræ lectionem, & ita, *to: vidimus*,
 ibi acceperim. Tam puto leve esse, usque adeo demirar, ad corrigendum
 nimis faciles mortalium animos. *Vidimus*, dicerent credo ipsi critici, *de Pau-*
lo dixisse eum, se vidisse Horatios. Ast quare ergo idem invidetis ipsi? O invi-
 dens cretensium natio! Sed & ita adhuc, relegenti verba Pauli, veniebat in
 mentem: *Respexisse quidem Eum ad tres Romanos illos, Ipsi non coætaneos Hora-*
tios, At non tamen significasse ipsos eosdem, sed alios, alteriusque etiam nominis
forte, trigeminos natos homines suo tempore. Eosque illum (a) Horatorum no-
mine indicasse, quod eorum instar & hi trigemini erant, arg. v. Sed & Quasi
dixerit: Sed & Nos trigeminos vidimus Horatios, sed & nostra atas trigeminos
paris. Eodem ferme modo, quo visa poetæ fuit: Res est hoc nostro tempore
rara Sara. Vel, (b) TRIGEMINOS Horatios dixeris, h. e. illis prioribus Ho-
ratiis quoad natiuitatis illum munus SIMILES. Tali enim sensu *to: gemini*
fumi, ex Cicerone didici, ubi pro Roscio dicit: Audaciam geminam. Item si-
millimam & maximam geminam societatem. Hinc & geminos esse, qui non fra-
 tres sunt, probat *Vossius J. Or. 2.* Sed (c) quid veraret, & *Horatii* quoque no-
 mine vocatos fuisse, trigeminos illos tempore Pauli natos homines? Quocun-
 que ergo modo velis, *to: vidimus*, in nostra lege capere, sive pro, *percipere*,
traditum, scriptum esse, sive pro *videre oculis*, apparebit semper tamen, recte
 Paulum dixisse *trigeminos cinctos se vidisse Horatios*. Stringe tuura gladium
 Paule, quo adhuc ipse Tu cinctus es adversus digladiatores inermes criticos!
 Sed an & contra Rhodiginum J. Cte, in statu Te stantem deprehendes? Damnat
 Rhodiginus *Le& Antiq. 4 23.* Paulum hoc loco, quod *superfæditatem* agnoverit,
 Quinimo contra, mi Rhodigine, refutare hic Paulum, Lælium superfæditatem
 tenentem, colligo, arg. v. NB. *inquit. Id innuit Paulus ad quævis alia subtilissimus.*
Inquit, at non probat, inquit, quis crediderit? Ceu ita ille griphorum Magister Pau-
lus, referendo aliorum sententias, confutare eas simul vel uno verbo, pro more
solet. Esse hanc Pauli animi sententiam, jam in præcedentibus probavit,
dum tam varia hic & mirabilia scribit atque tradi dicit, ut annumerentur fa-
bulis. Refutandi Pauli animus magis inde lucet, dum non uno illo verbo
refutandi inquit, contentus, sed ei statim, ad indicandam eo magis incredibi-
lem fabulam illam, superaddit, illud: dicebatur. Quod inquit Lælius, non in-
 quit

quit quidem ita esse, sed ita dici. Relata fabulosa referendò, Lælius; inquit, habet Paulus. Quid est Lælium refutare, si non hoc est: Esse autem hunc hoc loco Pauli griphum, atque refutandi animum, claret omnino ex præ: verbo: scribit. Cum alias, utique, una illarum vocum: scribit, inquit, in textu abundaret, atque otiosis adscribenda foret; Quod de Paulo stili alias brevioris studio, non libenter tenuerim. Sed quod præmiserat Lælium scripsisse, id e vestigio unico verbo: inquit, reprobat. Injuria itaque infons Pauli hic textus vapulat, in omnibus quæ vidimus. Et quibus, dum, vale, dicere Ipsi decreveram, ecce vero Heraldium adhuc atque Haloandrum video initiales nostros illos verticulos: ideo quia &c. ideo nam, morantes. Substituit autem, ILLE, loco: ideo quia &c. ideo nam &c. hoc modo: & quia &c. ideo &c. HERALDUS, reliquis reservatis potius: ideo nam, mutat in: adeo nam. Offendit autem, utrumque criticum, credo, quasi latinæ aures, ut videtur etiam, non bene ferre possent, geminatum illum sermonem: ideo, ideo nam. Sic autem incurvato tuo gladio, licet, sed sic tamen Paule pugnabis. Sartam servandam iterum Florentinam lectionem, censo, interpuncto paulo aliter textu, quam est in vulgato; crisi, si fallat, tolerabili. Rationis scilicet rationes, dare Paulus voluit. Quod scire antiqui vel quid statuere certi non potuerunt, quot nasci possunt, ideo est, quia multa, tam varia &c. Ita textum interpungo: Ubi autem eodem gradu sunt ceteri quo & venter, tunc qua portio esse in suspensio debeat, quaesiverunt. IDEO: quia non poterant scire quot nasci possunt. ID EO; vel, IDEO (scil. non id certi scire poterant): NAM multa de hujusmodi re, tam varia & incredibilia creduntur, ut fabulis annumerentur. NAM traditum est, &c. Ut ita Paulus, studio, eadem verborum oratione hic usus fuerit, tam in verbis ideo, quam illis, nam, quemadmodum & in seq. statim verb. Sed et, sed & Ceu & alias eundem stilum, me observasse memini. Conf. §. 2. Inst. de excus. v. Nam nec. Nam hoc. Quod si tamen rō: nam, post verbum: ideo, respuas, præponas per me liceat: Nam ideo. Vel tandem leviter corrigas: Ideoque quam multa &c. Ita vero, arg. v. seq NB. sam. Senfus aderit: Quia scilicet fundamentis, vel eruditi tantum scire non poterant, quot nasci possunt, ideo, quam multa, tam varia &c. Quod vero adhuc Haloander, loco: incredibilia creduntur, ita: incredibilia tradiderunt, surrogat, utique levius cum Heraldò ita pertuisset: incredibilia traduntur. Sed malim: incredibilia credunt, ut &c. Quis negaverit, ex verbis quæ olim ita scripserunt: creduntur, facile postea venisse: creduntur? Si autem: creduntur, velis, poterit tum illud & ad antiquos, sed & ipsum Paulum sub hoc gripho. refutandi, referri: ideoque quam multa de hujusmodi re tam varia & incredibilia. Creduntur, ut fabulis annumerantur: ut quid minus nihil. Cui consentio.

Quod de Senatoribus adhuc alii morantur, in superioribus simul jam est explicatum. Sed recte Celsus dixerit: incivile esse nisi lege tota perfecta vellet.

judicare & respondere. L. 24. ff. d. Leg. Ut ut enim verficulum in lege nostra finalem sicco pede uberis, atque bona pace transire interpretes video, ita tamen habere dubia mihi videntur sequentia, non tantum (1.) quod videantur velle, ac si in casu proposito, ubi unum postea peperit mulier, superstes tamen filius non nisi 4tam partem habere debeat; Sed & (2.) male ita inferatur, ex eis quæ proxime ex Theophrasto præmiserat. VEL, transponenda itaque verba censeo, hoc modo: ideoque et si unum paritura sit, non ex parte 4ta, sed ex dimidia interim heres erit; VEL, omnem emphasin Paulus habuerit, in illo verbo: interim, arg. vert. initialis: in suspensio, item, hic NB. paritura. Eritque tum illatio, non ex verbis proximi Theophrasti (quibus scil. suam sententiam probat); sed ex ipsa potius sua sententia, quam habet in præced. : prudentissime &c. AUT oportet, ætate Pauli, magis fuisse fertiles homines, atque frequenter tres, semel vel bis, unam peperisse prolem; interrogasse, non quales, sed quot peperit liberos, mulier. Ipsam autem Pauli hic sententiam, si propugnatam videre vis pluribus, lege sis Parris mei tractatum, quem de jure ventris scripsit. Quam autem ego moribus non probandam censeo. Ideo, quia ut plerumque hodie unam parit mulier prolem, ita vero, de rebus plurimum existentibus ferri leges oportet. Atque sic contra ipsum Paulum disputaverim, si & ita eo tempore pepererint plerumque.

Cæterum : quod Paulus non crediderit, 5. 7tenive ex uno utero prodiisse simul, huic consentientem lego, Virum quendam reverendum plurimum, quid fileam, Clarissimum magnumque Theologum Pungelerum, puto, ubi in margine ad Rüssardum, quem mihi dono dedit, in hac lege ita scripsit: Die haben gute Kinder Wduch gehabt.

XVII.

§. 1. Inst. de Oblig. qua ex del. nasc.

FURTUM est contrectatio fraudulenta, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, **QUOD LEGE NATURALI PROHIBITUM EST ADMITTERE.**

Verba finalia, in §. 1. Oblig. quæ ex del. nasc. Quod lege naturali prohibitum estmittere, per quosdam nostros licet, credo, deleantur modo. Ex figmento quasi vero, jure naturæ omnia communia sint; Sed & gentes reperiantur, apud quos furta permessa fuerunt. Sed præstat otiosi, quam argumntari ita. Quoad prius enim; lex illa naturæ: *conservationis & incrementi*, pati non

non potest, alteri auferre suum. Neque tempore Justiniani, sub quo noster Sphus compositus est, omnia communia fuerunt, sed divisio rerum facta jam tum fuit. Quoad *adam*; illæ gentes ita fecerunt, contra Jus Naturæ. Non itaque propter duo dicta argumenta, verba nostri textus sollicitemus opus est; Sed ideo: quod definitiones, qualis ibi est, rem enarrent breviter, oportet, non rationes habeant, quare juris ita. Et ad quod fortean attenderit Bachovius, dum habet: *Causa hæc externa potuisset omitti.* Sed Imperator eam habet tamen. Quid dicemus? Vel (1.) levi crisi, puncto interposito, verba illa: *quod lege Sc.* a prioribus separemus. Sic in solis prioribus verbis, definitionem habebis; In sequentibus nostris, Imperator explicando perget, quatenus scilicet illa priora intelligenda. *Quod* sive *quatenus*, scilicet lege naturali id prohibitum est admittere. Vel, vulgata interpunctione servata, *to: quod*, ad verbum: *lucrum*, retulerim; ut sic definiat Imperator, quo de lucro id intelligendum, atque sic sciamus, an & quando furtum adsit? De illo lucro id intelligendum, *quod* lege naturali prohibitum est admittere. Sive priori, sive posteriori modo, illud: *quod*, nunc relegeris, apparebit semper tamen, versum illum finalem nostrum manere posse, qui alias servari non potest. Utrumque illum modum, probat juris analogia, atque quæ inde sequuntur in jure nostra decisa decreta. Sicuti nimirum, non omne lucrum est prohibitum de jure Naturæ admittere, sed illud tantum quod est cum damno alterius, ceu ita diligenter scriptum animadverto, illa: *cum damno alterius*, in L. 14. ff. d. *Cond. ind.* Conf. supra Observ. XI. Sic recte ergo textus noster nunc definit, furtum esse *illius lucri quod lege naturali prohibitum est admittere.* Ex ita nunc definito furto, discis etiam, quæ sunt decisa in legibus nostris. V. g. si quis in extrema paupertate constitutus, nec alio modo ad sustentationem quid habere poterit, furtum non erit, si quis rem alterius animo lucrandi tum contrectet; Contra, furtum tamen erit, si pauper mendicando vel alias, quibus opus habet, habere poterit. Vid. L. 41. §. 4. d. *Rit. Nupt. Sc.* Ratio est, quia ut *hoc* casu non, ita *illo* casu tamen, jura naturalia, lucrum prohibent. Ratio, quia tali casu necessitatis, iterum sunt omnia communia. Confer *τοῦ πᾶν* Grotium alibi. Rationis ratio, quia naturalis cognatio illa, quam inter omnes homines natura conglutinavit, nec alia ratio patitur, ut homo necessariis destitutus pereat. Atque sic jam rationum ratio hæc erit: quod dum omnia sic iterum tum sunt communia, sic itaque alter damnum pati, dici non possit; Lucrum autem illud solum prohibitum sit admittere, quod sit cum damno alterius. Discis porro, quod est in legibus, si quis volente domino, rem ejus contrectat, furtum non esse. Vid. L. 46. §. 7. *Furt.* Ratio, quia damnum dominus sentire non videtur, si consensit; Lucrum vero illud lege naturali prohibitum non est admittere, quod quis facit, citra damnum alterius. Sequitur etiam, furtum non esse, si quis

cre-

rredat, se volente domino facere, licet domino invito id fecerit. Sicuti enim animus inspicitur, atque adeo verum est, voluntatem & propositum delinquentis maleficia NB. distinguere L. 53. de Furt. ita vero contrectans, hoc casu, tali animo contrectavit, quod putabat, se contrectare rem sine alterius damno. Et ita dubio carer, decidens ita, §phus 7. Inst. h. t. Qui alias dubium habere tale posset; quod sicuti furtum adest, si *animus lucrandi &c.* adsint; ita, in dicto casu, animus lucrandi ille & reliqua præsto sunt; Sed est decidendi ratio; quod solus ille lucrandi animus prohibitus sit, qui est cum damno alterius. Discis porro, furtum tamen esse, si quis credat, se contrectare invito domino, cum id eo volente fecerit, L. 46. §. pen. eod. Quae admodum nimirum, non factum, sed causam faciendi inspiciamus, oportet, L. 39. de Furt. sic autem hoc casu contrectans, hoc animo rem domino abstulit, quod credebat, se, invito domino, cum hujus damno, sese locupletio-rem facere; Sed quale lucrum prohibitus est admittere. Et quæ non? omnia, ita prono alveo fluunt, ex definitione, quemadmodum dixi, Justinianeæ. O, pulchra hic iterum, ut alias, Romana sapientia? Quis avium cantus esse dulcior, aut quis tiliarum sonus potest esse amœnior? Oportet nol is sit, est mihi profecto, mea vita dulcior. Sed ecce, dum Bachovium hic evolvo, simul ac *medietatis* meminerim, qua de in præcedenti observatione, sic insimul autem ejus *medietatis* recordor qua de supra ad §. 7. *Qui & ex quib. caus.* Sic est dum & ad illum textum Bachovium evolvam, en & ecce: quæ in mentem eo tempore mihi venerunt, eadem ferme & ante me visa fuisse Jafoni ex Bachovio video, simul ac gaudeo, quod non lecto Bachovio aut Jafone idem ferme cum Hoc sentire mihi licuit. Nisi quod (1.) in eo Jafonem simul & Bachovium errare viderim, quod putent in sola manumissione diem cœptum pro completo haberi; quin imo contra, præstantissimi Viri & in ipsa illa testamenti factione qua de ibi agitur, idem obtinere sentio. Conf. L. 5. *Qui test.* Sic autem (2.) & in eo Eos errantes videris, dum putant *unum* diem deesse, cum contra *duo* dies varient. Et quare nunc, Bachovium credo consensurum facilius, *10: quodammodo* ab Imperatore ideo additum, quia non *omni* sed *quodam* modo, die non *uno* sed *duobus* deficientibus, medietatem servaverit. Ceu in eo me gaudere dixi, quod, præter duos dictos errores, Jafonem mecum sentire legerim, postquam quod sentio typis jam edideram. Et quis quæso ab aliquo exiger, ut ad omnia quæ in mentem veniunt, omnes suos libros evolvat? Mihi certe non vacat. Sed quæ videntur, per scedulas sæpius in ipso prandio scriptas, tradere debeo Typographo, vel alias memoria, & sic oblivioni interdum. Ceu & hanc atque præcedentem pro parte hodie super epulas dictatas amanuensi; emancipavi Typographo.

E. A.

E. A. P A G E N S T E C H E R , J C .
GRIPHORUM MAGI-
STER PAULUS,
INJURIA VAPULANS.

S I V E
L I B E R ,

Tam, ꝛtorum Veterum familiari alias scribendi more, quam imprimis eo Pauli stilo peculiari, Griphis, Compendiis, subtilitatibusque &c. artificiosissimo, ꝛcum hunc mirabilem atque ruspaterem subtilitatum maximum, a manu Criticorum petulantium, vindicans. Aliaque non observata vulgo exhibens.

ACCEDIT DISPUTATIO CUM HEINECCIO.

EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA.



HERBORNÆ NASSAVIORUM,
TYPIS & IMPENSIS B. JOHANNIS NICOLAI ANDREÆ,
ACAD. NASSAV. TYPOGR. VIDUÆ. 1733.



LECTVRIS.

A *V*divistis istum textum, & si bene non intellexistis eum, legetis ter & quater, & sonabit vobis: Sic enim est mos Pauli. Et si haberem Eum in manibus, Eum per capillos interrogarem. Iste maledictus Paulus semper ita obscure loquitur, ut vix intelligi possit. Ita Fulgosius Paulum pugnorum jure per capillos interrogare de mente cupit, ad L. 17. ff, de Inoff. Test.



I.

Paulus Lib. 5. ad Sabinum.

L. 4. §. 1. ff. de Stat. Lib.

Non est statu Liber, cui libertas tam in longum collata est, ut eo tempore is, qui manumissus est, vivere non possit. Aut si tam difficilem, imo pene impossibilem conditionem adjecerit, ut aliunde ea libertas obtingere non possit. Veluti si HEREDI MILES dedisset, aut cum moreretur, liberum esse jusisset, sic enim libertas inutiliter datur, & ita Julianus scripsit, quia nec animus danda libertatis est.



Uid impertinentis, Lector, illius Militis sibi notio proprie velit, in L. 4. §. 1. ff. de Stat. Lib. ? Haud satis bene percipiens Halouander, mendam irrepisse textui; recte quidem Ipse conjectare hactenus mihi visus est; Verum, dum loco *miLes, miLLe*, substituendum autumat, a janua, quod ajunt, aberrasse ipsum, haud difficulter teneo. Mille etenim dari ex privato etiam alicujus patrimonio, pro pene impossibili (cujus hic exemplum tamen a Jcto ponitur) habendum non esse, ex Ulpiani corpore non ineleganter Gotofredus probat hoc loco. lit. g.

II. Ubi autem Ipse, loco *miLes, miLLies*, hoc est, decies centena numerorum millia, legendum putat.

III. Cui hactenus convenire Huberus videtur, dum Tit. ff. de Cond. & demonst. num. 1. Sed *Millies sestertium* intelligit.

IV. Quid si tolerabilius unica tantum addita Litera I. omissa altera litera L. legeris: *Milles*? Ita enim æque ac *miLLies*, scriptum a Romanis veteribus fuisse, vel ex ipsius *Miliarii*, Augustalis nempe statuaræ autæ in fori Romani

medio, *miliarium* sive *miliarium* inde demetiendorum gratia, posita, vocabulo, haud obscure colligas. Conf. L. 154. ff. d. V. S.

V. Vel, loco: *Miles*, ita Mile. S. H. e. *Mille Semisses*. Semissem enim per liceram S. significasse veteres, constat. Sic ergo ex stilo veterum mutabis in textu nihil. Sic sensum habes naturalem. Impossibilem enim esse servo conditionem, dare heredi instituto mille semisses (assis ab ipso defuncto relictis), haud credo negabit aliquis.

VI. Vel denique nec secundum stilum quidem nostrum corrigamus, sed gripho hic artis Philosophico, Paulum nostrum ad quosvis alias paratissimum, usum fuisse dicamus tali: *Servus liber erit, si heredi miles, h. e. ut si qua miles dederit.* arg. *impossibilem, nec animus danda libertatis est.* Talem enim conditionem: *Servus si ut miles dederit*: animum dandæ libertatis non habere, non magis ac qui dicit: *cum moreretur*, ipsa res loquitur. Servum enim esse posse militem, prohibent civilia jura, & gentium. Conf. Grot. de jure b. & P. SUSCIPE ITERUM TUAM GALEAM MILES!

I I.

L. 56. ff. de Evict.

Paulus Lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

Si dictum fuerit vendendo, UT SIMPLA promittantur, vel triplum vel quadruplum promitteretur: ex empto perpetua actione agi poterit.

Simpla, vides, habet Paulus in L. 56. ff. de Evict. Cujacius 2. Obs. 4. & quem sequi mihi simul videretur Bachovius 12. 2. Th. 5. hoc pati non potest, sed substituit uterque, loco: *simpla*, hoc modo: *ut dupla, non simpla*. Ex ratione ni fallor, qualivero, *duplum, triplum, vel quadruplum*, non autem *simplum* promitti, secundum regulam, soleat. Arg. L. 5. ff. de jur. Fisc. Vid. Gotofr. h. 1. Lit. b.

II. Qua eadem ratione motus, Anton. Avar. ita mavult corrigere: *ut duplum vel triplum vel quadruplum*. Non quidem temere, sed audaci calumnia contra juris decreta liquida, viros illos ita textum critico suo telo secare urere atque perdere, existimo; *O perditam, O afflictam nostram Themidem, si ita liceat!*

III. Quid? de casu speciali potius, Paulum egisse video, quo contra ordinarium atque communem (ut *duplum* scil. in rebus non contemptibilibus promittatur L. 37. h. t.) stipulandi morem, inter contrahentes convenerat,

noq

non ut *duplum*, sed vel *simpulum* vel *tripulum* aut *quadruplum* a venditore promittatur.

Regulam esse non, ut *duplum* promittatur *tripulum quadruplumve*, cen duo critici illi putant, sed, ut promittatur *duplum*, videre est in L. 37. h. t. in pr. Sed & in §. ult. ibid. dum nominatim ibi Jctus adjicit : *si emtor NB. per errorem minus duplo fuerit stipulatus, venditorem ad id quod deest, supplendum, compelli posse.* Consentit L. 71. pr. ibid. Adest & ratio; ut scil. *duplum* illud quali loco *interesse* sit, id quod in casibus certis nec plus nec minus esse solet quam *duplum*, Vid. L. un. C. d. *sent. q. pro eo quod interest.* Nec mutat d. L. 5. de *Jur. Fisc.* In verbo enim ibi : *duplum*, casum ordinarium, in verbo : *tripulum*, casum minus solitum intelligendum esse, vult juris analogia, quæ est ut plerumque *duplum* promittatur, nisi aliter dictum sit. Ceu vidimus. Conf. L. 26. d. *Legib.* Et ita esse regulam, vidimus, quam regulam esse anteverti dicere, non quemadmodum critici contra jura aperta volunt, ut promittatur *duplum, tripulum, quadruplumve*, sed solum *duplum*. Exceptum vero nunc etiam casum, non regulam Paulum habere, in lege nostra, ex verbis constat, quæ scripsit diligenter : NB. *si NB. dictum.* A dicta regula casum exceptum Paulum in verbis dictis habere, sequitur adhuc, dum in sequentibus demum verbis de duplo & vulgatam aliam sententiam refutat. Conf. L. 37. pr. ibid. Habet Paulus in lege nostra, etsi brevi suo solito stilo, omnia tamen, si recte attenderis, quæ Ulpianus habet in d. L. 37. *Hic*, in *v.* initiali, dicit regulam esse, five *oportere, ut duplum promittatur*; addendo, exceptionem, *nisi aliud convenit.* Utrumque, & regulam, & exceptionem, Paulus in lege nostra significat, dum verbis : *si dictum*, innuit, casum exceptum (ergo a regula), esse, *ut simpulum tripulum vel quadruplum promittatur.* Quod porro Ulpianus habet, nec secundum regulam, neque etiam in illo excepto casu, cogi venditorem satisfacere, una cum iterum addita exceptione, *nisi aliud convenerit*, utrumque iterum & Paulus hic habet. Ideo enim Paulus & hæc hic subjicit, CUM, ut sic probetur in præcedentibus casum exceptum, regulam vero esse, ut *duplum promittatur*, TUM etiam ut simul vulgus refutet; SED ET ideo, ut sic insimul dicat, in casu tuo excepto, *ubi dictum ut simpulum, tripulum, vel quadruplum promitteretur*, venditorem non necesse habere, ut satisfaceret. Dum itaque Paulus idem habet, quod probat Ulpianus in d. L. 37. Dum uterque Jctus & ita recte habet; Dum inquam itaque regula est : ut promittatur *duplum*, dum Paulus non regulam sed casum exceptum (probatum & ab Ulpiano) ibi, ab ea regula continet, quid quæso hic dubii? Cum & alias regularum hæc esse soleat indoles, ut exceptionibus suis sit obnoxia L. 80. *Reg. Jur.* Arque legem rei suæ dare, quilibet possit, qualem velit; Nisi juri publico quid derogare alias possent. L. 23. ff. de *Reg. jur.*

Qua in parte porro illud, ab Ulpiano alias in d. L. 37. omissum in lege

nostra apud Paulum observemus: ultra quadruplum jura nostra haud facile promissionem admittere. Idque ad pœnalia actionum exemplum. Vid. §. 21. *Inst. de Act.* junct. *L. pen. de pan.* Ne, suspicor, ex politico Jctorum placito, pœnalia, quorum odiosior esse causa consuevit, in infinitum decurrant, contra *L. 38. de Rei Vind.* junct. *L. un. C. de sent. q. pro eo quod interest*, & *cas tantummodo pœnas* &c. Quandoquidem alias in favorabili defensionis negotio, jus idem civile ultra quadruplum litigantes admittere non dubitat. arg. §. 3. *J. de replic.* junct. *pr. J. de except.* Neque etiam eisi amplius 4druplo postea repertum instrumentum fuerit, transactionem rescindi, cautum legimus in *L. 78. §. ult. ad Treb.* Potest autem, præter illam pœnarum restringendarum, & alia ratio hac in parte esse politica: ne nimia aviditati atque avaritiæ indulgemus scil. Nullum vitium tetrius esse reipublicæ quam avaritiæ, sed omnia in republica malorum radicem illam esse certissimam, supra vidimus, Obs. Crit. XIV. Neque etiam Fabricius Luscinus magna gloria Vir magnisque rebus gestis *P. Cornelium Rufinum manu strenuum ac bellatorem bonum militari que disciplina peritum, sed furacem hominem* & NB. avaritiæ acri, probare potuit, sed *ofus Eum morum* (avaritiæ) causa fuit. Apud Agell. N. A. 4. 8. Ut & Prætores ita ob avaritiæ damnatos legimus apud Livium. Quam vero & hic Jctos movisse ut videamus, addamus alia. Ita inquam v. g. eadem odii, erga avaritiæ, ratione, observo, jura favere magis *damnum evitantibus*, ac quidem illis *qui lucrum captant.* Vid. *L. 7. 8. ff. de jur. & fact. ign* &c. Sed & artes magicas ita credo prohibitas *volentibus acquirere thesaurum*, in *L. un. C. de Thesaur.* contra, *damnum evitare volentibus* permissas esse, in *L. 4. C. de Malif. & Mathem.* Etiam, ut insatiabilem illam mutuantium avaritiæ cohiberet Legislator, certum ideo modum Eum in sua constitutione definiisse, vide sis in *L. 26. C. de Usur.* Ferre non potuit *usuras molestas, summas, Judaicas* alii, Seneca, *sanguinolentas* dicit. Vah, *Dei populum excedentes usuras* hominesve! dixeris, ex *Pf. 14.* Eas usuras habeamus oportet, ne alias, unus cum alterius damno lucrum sentiat. Eadem autem avaritiæ causa, Xviri, Regulam habuerunt simul & exceptionem in XII. Tabularum lege: NEVE AURUM ADDITO. AST SI CUI AURO DENTES VINCTI ESSENT IM CUM ILLO SEPELIRE UREREVE SE FRAUDE ESTO. Sicuti lege cautum erat, ne cum auro cadaver vel sepeliatur vel comburatur, ita tamen secus erat si dentes auro vincti sint, quasi vero nimirum, avarum videri poterat, ob tantillum aurum, dentium ordinem solvi. Eadem fortean avaritiæ causa, in multis juris nostri articulis deteriorem esse *feminarum causam quam marium*, probat Imperator in *L. 9. Stat. hom.* Naturalem enim hujus sexus esse avaritiæ, habet *L. 33. §. 1. d. Don. inter V. & U.* Usque adeo, ut & dominantem feminam in *L. 16. C. de Don. ante Nupt.* ad res in nostro jure raras, retulerit Pater meus. Idem affirmat Seneca, ubi ad *Helv. avunculi viduam*,

præ

præ cæteris feminis laudat , atque ita quidem in ejus laudatione refert : *quoniam non avaritiam illa pestem comitem habuit.* Quis, eadem ratione, nescit , jura civilia , feminis in earum favorem , solam *hypothecam* rerum suarum , non etiam *alienationem* prohibuisse , ut est in pr. Inst. *Quib. alien. lic.* Quasi, sponte sua , naturali sua nimirum sexus avaritia , non tam facile ad *hanc* ubi præfens periculum est , quam quidem ad *eam* induci possint , & per hoc *hypothecam* , non *alienationem* interdici iis , opus sit. Conf. *Vinn.* ad *d. princ.* Potest autem & illa feminarum naturalis aviditas , rationem habere sive originem suam , in prima Matre Eva , quæ licet a Deo erat prohibitum , aviditate tamen concupiscebat , fructum omnis generis malum ; Et quæ sic ad omnes transit. Quare , certe tum , propter avaritiam suam feminae deterioris conditionis sint oportet , si alias respublica pateretur damnum. Conf. supra quæ disputavimus ad L. 10. C. *de jur. fact. ign.* Notemus in *Viris* oportet , *avaritiam* , naturale feminarum turpe vitium ! Probemus minus , cum Fabricio Lucinio , sordidum tale atque triparcum avaritiæ devotum mancipium. Conf. 1. *Schem. 8. v. 3. Solius temporis finis avari oportet.* est ita mihi in lemmate. Et quare pergamus. Eadem autem adhuc avaritiæ causa est , suspicor , quare a servo promissæ operæ , si liber sit factus , non obligent , neque actio eo nomine detur , L. 4. *de Oper. Libert.* L. 1. §. 5. *Quar. rer. alt. non detur.* Usque adeo , ut , etsi jurejurando se obligaverint , non fidejussor tamen pro iis acceptus obligetur quidem , L. 56. *d. Oper. Lib.* Ratio , volebam dicere , horum hæc est , *ne nimia aviditate scil. intolerabiles operas dominus extorqueat , quas alias gravissimas etiam servus , ut gaudere libertate possit re inestimabili , facile promiserit.* Ceu alias enim servus cum domino gerens negotium , hætenus obligatur , ut in computatione peculii , dominus deducere possit , quantum ipsi debetur. Eodem avaritiæ coercendæ fundamento , probor , vulgatum : *nec onerosus debitor , nec delicatus debitor audiri debet.* Quin & illud : *Creditorem cum sacco non debere venire statim paratum.* Etiam : *Cum Judais ex rigore esse procedendum.* Propter nimiam scil. eorum aviditatem. Sed & Leoninam societatem ita reprobaveris. Alia de avaritiæ odio. Vid. in §. 1. Inst. *de Vi bon. rapt.* L. 10. *R. Jur.* L. 33. *Ibid.* §. ult. Inst. *de donat.* §. 2. *de inut. stip.* §. 6. Inst. *de Legat.* Nov. 34. in pr. Conf. sup. Obs. Leg. p. 140. &c. Jura nostra non favere avaritiæ consentit Huberus in disputatione quam cum Patre meo (vel ut Ille Eum vocat) grandi de ore Themidos nostræ , habuit ad L. 101. *de Verb. O.* Tu hac in parte hac vice , ubi propter avaritiam jus ita dixerit legislator , observa nobiscum , præfata exempla , & plura alia , sed quæ jam quo modo nescio memoria alias precario patens (sed properanti fortitan) restituere non vult. Sed quid miremur Imperatorem in aliis notare avaritiam , qui in propria sua majestate eam ferre non potest , sed legibus privatis propterea esse solutus non cupit. Conf. §. ult. *de Leg.* L. 1. ff. *de inst. & rel.* Conf. Obs. crit. XIV. Sed ut ita non oportet Princeps sit avarus , ita nec etiam

etiam sit liberalis nimis fas est, ne alias scilicet deficiat Ipsi rerum ille gerendum nervus. Conf. L. 1. §. 20. de *Quest.* Quo pertinet istud: Man soll einen Fürsten kennen / bey reiner Straffen / guter Munn / und Haltung geschener Zufage. Vid. Patris mei Sicil. Man. 2. p. 190. Rationem *avaritia*, sed & illam, *penarum extendarum cum competenti moderamine*, in casu legis nostræ; Q. D. A. probat adhuc L. un. C. de *Sent. q. pro eo quod int.* Hoc autem porro utraque illa ratio; Hoc, lex nostra evincit, non legalem modo sed & conventionalem exactionem ultra quadruplum, minus admittendam esse. Ita vult etiam indistincte ita loquens §. 21. *Inst. de Act.* Nec mutat L. 38. §. 7. de *Verb. Obl.* Quoniam enim nominatim non dicit, ultra quadruplum pœnam stipulari posse, sic ergo ad quadruplum restringas, arg. dictorum textuum, atque fundamentorum quæ etiam vidimus. Conf. L. 26. LL. Sed an quoad *pœnam criminalem*, secus erit? Scio & ita quosdam putare per Nov. 8. C. 7. in fine. Sed hic textus expresse ad quadruplum, pœnam pecuniariam restringit. Et quod addit, magnam indignationem ultra quadruplum sustinere atque periculum cinguli, id ad pecuniariam pœnam referri non potest. Ne Magistratus ultra quadruplum pœnam criminalem facile exigat, vult præfata utraque ratio.

Illud ex ordinario illo more stipulandi, in *duplum* scilicet, adhuc claret, Hotomanni explicationem ad L. 4. §. 1. de *Naut. fœn.* esse absurdam valde, dum tria illa ibi verba: *non ultra duplum*, esse delenda monet. Pulchra explicatio! si intueamur recte. Cum ordinarius enim atque communis stipulationis mos sit, ut NB. *duplum pro majori securitate in contractibus promittatur*, ceu vidimus, quis negaverit, ad idem duplum ordinario promitti solitum, Jctum ibi respexisse? Atquin, leges de eo interpretemur oportet quod sit ordinario. L. 5. *Legib.* Attende ita cum emphasi scripta vel signata dicta verba: *non ultra duplum*, atque dubitabis nullus, quin illud *duplum* ibi significet, quod in singulos dies pro ipsis servi operis promissum ante fuerat. Ecce vero nunc ita verba legis: *Pro operis servi trajectitia pecunia gratia secuti, quod in singulos dies in stipulationem deductum est, ad finem centesima, non ultra duplum debetur.*

III.

L. 56. de *Fidejuss.*

Paulus Lib. 15. *Quæstionum.*

Si quis pro eo QUI LIBERTUS NON esset & operas

operas se prestatum jurasset, Fidejussor erit, non tenebitur.

Quam observatione precedenti allegavimus Legem 56. ff. de Fidej. fusiori al-
quo tractatu animadvertamus. Glossa lepidum casum ita compilatur:
Putabam, decantat, Pamphilum esse libertum, qui juravit se prestare operas
Titio: Ego fidejussi pro eo, an teneor? R. Quod non. Me putare, Te non
recte putare, sed putando te errare, Domine Glossa, bona erit tua venia. Ad
quid enim, Humanissime Vir, putando errorem hic desiderare, ubi citra
errorem, fidejussor non tenetur. Conf. L. 16. h. t.

II. Alii, non libertum, interpretantur, ingenuum.

III. Nec hos, nec glossam recte putare, inde adhuc est, quoniam in
jure nostro, si de operis promissis a non liberto, ea agunt, servum tum intelli-
gunt, qui operas promisit, non ratio alicui, sed ipsi suo domino. Talem
enim promissionem nullam esse, & sic nec jusjurandum nec fidejussorem ad-
mittere, vidimus in Observ. prae. Talem promissionem non tenere, voluit
jura vidimus; ex ratione ne alias nimia aviditate, immanes operas a servo exigat
dominus. Si hoc sensu Ulpianus in L. 7. de Oper. Lib. &c. requirit, oportet
esse libertum qui se ad operas vult iurejurando obligare, eodem utique
sensu oportet Paulus hic dixerit: obligationem non esse, si quis non libertus,
promiserat. Hoc innuisse Paulum, probat idem Paulus in L. 30. eod. Quam-
do a liberto promissas operas tenere ait. Convenienter dictae rationi. Ne-
que enim dictae aviditatis causa, hoc casu locus esse poterit. Neque enim in-
tolerabiles operas illum promissurum metnendum est, ad quas alias non li-
bertus, causa accipiendae libertatis, facile se adstrinxerit. An vero statim,
an post tempus, manumissus ita promittat parvi refert, habet Ulpianus d. L. 7.
§. 2. Venulejo, in L. ult. de Lib. caus. directo, ut videtur, contrarius. Glossa
multas habet conciliationum tentationes, & sic multas nugas. Dic, Venu-
lejum agere, de juramento, quod jurare juramento promiserat in servitute;
sed non ita Ulpianus. Quin, Venulejum, non probare quidem video, sed
narrare tantum quod antea in v. verius est, refutaverat. Olim, habet, fuit dubi-
tatum, an etiam servus jurare possit. Dicit esse verius, ut id solus libertus possit. Ideo
autem (pergit narrare, ad quod, vel quare antea servi juraverint) solet iusjuran-
dum &c. NB. solet. Scilicet antea, sive hucusque. Sed ita verius non est. Id adhuc
probat v. ille: tamen verius est, verbum illud, duntaxat, non ad servum ibi
sed libertum pertinere. Quare ita interpungo: Licet dubitatum antea, utrum
servus, duntaxat an libertus iurando patrono obligansur: tamen verius est non aliter
quam libertum obligari &c. Vidimus de servo, vidimus de liberto, an & qua-
tenus ad operas obligare se possint? Sed videamus de liberis aliis hominibus.

Did. Covar. & alii, existimant, obligationem atque actionem crisi, ex iurejurando de præstandis operis, si ex *fabriles* sint; non si sint *obsequiales*. Ex ratione quali vero *ha* cohæreant juri NB. *Patronatus*, sic consequenter nec ab eo præstari possent, nisi qui agnoscit Patronum, qualis solus libertus est, non cæteri liberi. Sed est absurda ratio. Et quare putem liberos homines ad nullas tales operas obligari, est, quoniam, *libertatis* causæ videtur adversari; sed & ad liberos in specie jura nostra restringere palam hoc videam. Ad quos ergo, vel eo magis autem, quoniam odiosum est atque libertatis ratione *obstans*, restringi oportet. Conf. §. *un. de Leg. Fus. Can. toll. L. pen. pæn.* Ceu & in libertis vel eo potius talia servitutis vestigia relinquì possunt, quoniam in ea fuerunt semel; Sed & libertatis inæstimabile beneficium a Domino acceperunt. Mover me autem adhuc, quod de liberorum hominum obligatione ad operas, quando jura nostra agunt, exacte tum ea loqui videam de contractu *locationis* vel *alio innominato*.

I V.

L. I. §. 4. de Rer. Permut.

Paulus Lib. 32. ad Edictum.

Igitur ex altera parte traditione facta si alter rem nolit tradere, NON IN hoc agemus, ut interest nostra illam accepisse rem de qua convenit, sed ut res contra nobis reddatur conditioni locus est, quasi re non secuta.

IN infinitum pene decurrens negantis nostri: *Non*, monosyllabuli lusus apud hodiernos juris nostri civilis Aristarchos, pertæsum haud ita pridem mei animi sensum in apertam ferme indignationem convertit, ad Pauli Legem 1. §. 4. de Rer. Permut. ubi loco: *non in hos agemus*, Haloander iterum nos ter, affirmative sublocandum ita autumat: *in hoc agemus*; itane sane emendator optime? Quasivero non solum tibi adversaretur versiculùs adversus sequens ille: *sed &*, sed nec alias etiam quam vi a te allata infanti textui egregie Vir, subsistere ille possit. Haud ita prudenter sic fatis, si sapio bene. Ast quid ergo?

I. Lauterbachium secutus hucusque, putavi, Sphum hunc referendum esse, ad præcedentem illum §. 3. tum, ut de eodem casu, quo de ille Sphus §. 3. tuis, egerit, ubi res scilicet data erat aliena. In quo enim casu, si permutatio non adit,

adsit, ut habet §. 3tius, non etiam in hoc casu agere ex permutatione poterimus, ad contractum adimplendum. Si causæ datio (h. e. domini translatio. Conf. §. 14. *alt.*), causa obligationis est qua ad implendum contractum alias partem alteram obligatam habemus; Qua juris Philosphia dixerim, hic, rem (alienam) non dantem (arg. L. 54. de Reg. Jur.), agere contra alterum ex permutatione posse, ut res & ab ejus parte sequatur? Ego hoc profecto non video. Ita hucusque cum vulgo Lauterbachium aliosque sequens; Sed re ipsa examinata melius, haud ita recte nostros habere, jam nunc percipio. 1. Quod rem alienam tradens, dici hic non possit, rem dedisse. arg. d. §. 14. & d. L. 54. Sic autem nec permutatio nec ex ea orta conditio (quam ortam tamen lex nostra habet) dici poterit. Ceu (2.) NB. nullam contrahi permutationem, in casu rei traditæ alienæ, nominatim scriptum legimus, in §. præc. 3tio. Quin & (3.) locum tum habere, actionem & Titulo ff. de conditione sine causa, scriptæ leges ibi habent (4.) Etiam, *to igitur*, a quo noster §phus incipit, illationem habere videtur non ex illo, de re aliena agente §pho 3tio, qui ipse quippe est ex præcedentibus arg. *ψ. ideo*, sed sic & ex eisdem præcedentibus potius noster §. sequitur.

II. Malim itaque verbum illud: *non*, ut & sequens illud: *sed*, more perquam familiari apud Nostros JCtos, pro: *non solum; sed &*, significare, Juxta hunc sensum Pauli: *Si causa a mea parte data, at a tua parte secuta non est, potero tum ego agere, non solum ut interest mea rem accepisse de qua convenimus, sed & conditione, ut res mea mihi reddatur.* Conf. L. 3. §. 15. de *Suff. tut.* *ψ. his ergo non* (solum) *quasi suspectus removebitur, sed (&) puniendus remittetur.* Et ita lucem habet quoque Joh. VII, 16. *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui me misit.* H. e. non solum mea, sed & ejus, qui me misit.

III. Vel, textum nostrum ita interpungam: *Igitur ex altera parte traditione facta, si alter rem nolit tradere, non* (in hoc agemus ut interest nostra) *rem accepisse, de qua convenit.* Sæpius autem debere nos *εν παρηγορησει* hodie legere, habet Taurelius in Præf. Et verum est.

IV. Quid autem si mutatione nulla in hodierna nostra editione facta, dixerim, Paulum, utut obscure pro more examen, concedere, quod alias quoniam negasset Ille, ideo Nostri textum sollicitant? Habet Paulus: Si ego rem meam dedi, & tua secuta non sit; Non debere tum nos attendere vel in id agere, ut tua intersit, rem illam te accepisse quo de conveneramus, sed, eo omisso, ut rem illam meam mihi reddas, conditioni locus erit. Non negat Paulus, hoc casu competere actionem qua alias etiam dantem agere posse dicitur ut scil. alter rem det, sed in eo est disputando in hac lege: *& conditionem competere ad rem datam repetendam.* Habet Paulus sententiam suam, rationem dubitandi, simul ac decidendi. Ita sentit: in casu proposito, dantem posse rem repetere. Ratio dubitandi hæc sit, ac si ita tamen de

re quam habet reus convenisset, ut ille eam haberet; Sed est decidendi ratio quod ipse conventioni non stetit, dum suo tempore, a sua parte res secuta non fuit, atque sic ratione dantis sit conventio vel obligatio nulla. Deceperit nimirum Nostros, quod in *v. ut interest*, solam dantis vel actoris personam ibi referre Paulam crediderint, cum contra tamen, *utriusque tam dantis, quam accipientis personam* in hac lege Eum sustinere, arg. *v. agimus*, coll. *v. nostra, nobis, altera parte, altera parte*, videtur; sic autem, in *v. interest nostra, accipientis*, in *v. reddatur nobis* personam dantis, repræsentasse illum, verosimile sit. Atque in eo tum, ita falsos nostros crediderim, quod *v. agimus*, de ipsa competente *actione judiciali*, intellexerunt, sed quam iterum tamen voce latius sumpta, pro, *non in eo sumus*, s. *non id attendimus*, tam ad actoris ibi quam rei personam respicere Paulum, ex collatis dictis mox ad *v. interest nostra, reddatur nobis*, claret. Ceu tam late illud verbum: *agere*, patere constat, quam ipsa hominum opera negotiaque diversa. Ut sensus vericuli nostri reapte talis sit: *non in hoc agemus*, h. e. *non considerabimus, non in eo erimus, non morabimur, non spectabimus* &c. *ut nostra* (accipientis) *interfit, illam accepisse rem, de qua convenis; sed, ut res contra nobis (danti) reddatur, conditioni locus est.*

IV. Vel si mavis verba: *ut interest*, non ad accipientem, sed ad solum dantem ibi pertinere, idem tamen, sed verbo *agimus* ut mox vidimus sumto latius, habebis: *Si alter rem dedit, a Tua vero parte res secuta non sit, potest ille contra te agere, ut res sua ipsi reddatur, & si volueris dare, ipsi quanti sua interfit, non in hoc tamen agamus vel attendamus oportet, sed, eo non attento, rem suam restituere ipsi nihilominus debetis.*

V. Denique autem, si & in ipso verbo: *agimus*, significare, *actionem judicialem* velis, non tamen adhuc negaverit Paulus, actionem illam præscriptis verbis, qua ad contractum adimplendum alias agimus, ut scilicet & ab altera parte res sequatur, *hanc competere* non tamen negaverit Paulus; Sed *illam*, qua agimus ad id quod interest. In casu quo de agit Paulus, dantem non ad interesse acturum, sed *ut res ipsi reddatur*, conditione agere poterit; Idque scilicet, vel reddendo *rem datam*, vel *alteram* etiam, quæ ab altera parte promissa fuerat. Ut Paulus g. ipho, utrumque uno ictu penset. In verbis, inquam: *res nobis reddatur*, utrumque significat, *cum*, præscriptis verbis dantem agere posse, ut res & ab altera parte reddatur; *tum*, & conditione, ut sibi sua res reddatur. Tam enim actione præscriptis verbis, quam & conditione illa, ad id agimus, *ut res nobis reddatur*. Explicationem probant, ipsa verba; Ita esse, vult juris analogia. Probat ita, particula illa: *igitur*, quippe quæ, vidimus, illatio esse non potest ex præc. §. 3tio, sed ex iis, unde & ipse v. ille *gravis* decisionem habet. Præmiserat, obligationem hic incipere a *causa data*, hinc concludit, si a parte mea res data, a Tua vero parte secuta non sit, jam te, non me obligatum esse. Hinc (est ex juris analogia),

logia), dans ego in electione habeo, num agere contra te velim, ut res mea, vel res Tua reddatur mihi. Quare, habet nunc Paulus, si traditio a mea parte facta sit, tu vero rem tradere nolis, sic igitur ego, contra Te agere potero, ut res mihi reddatur; indistincte, sive mea, sive tua. Non itaque posthac, in id agas, mi Haloander, ut infontem textum, perdas. Neque moreris, verba conditionis quasi re non secuta. Neque enim ibi tractat de sola conditione causa data causa non secuta, qua alias rem datam a se dans repetit; sed dicit, (arg. & quasi.) quoniam causa a tua parte secuta non est, ideo (igitur) conditione agere potero, ut rem reddas, vel meam, vel tuam. Cui consentio. Lege legem nunc, quomodo eorum uno velis, semper Paulus se bene habebit. Res tam clara est ut hoc merito die dum lux in sole videtur...

V.

L. 66. de Rit. Nupt.:

Paulus. Lib. 2. Sententiarum.

Non est matrimonium, si tutor vel curator pupillam suam **INTRA VIGESIMUM ET SEXTUM** Annum, non desponsatam a Patre nec testamento destinatam ducat uxorem, vel filio suo jungat: quo facto uterque infamatur, & pro dignitate pupilla, extra ordinem coercetur. Nec interest filius sui juris, an in potestate Patris sit.

NUm Arithmetices aliquod vicium sit in Haloandro & aliis, an, per me licet, juris imprudentia magis, dum in L. 65. ff. de Rit. Nupt. loco: intra vigesimum & sextum annum, substituendum opinantur: intra vigesimum & septimum annum, atque ut ita opinari lege aliqua posse videantur, ideo & ita quoque mirent, legem 7timam ff. ad Leg. Jul. de Adult. Tuum, Lector, modo iudicium esto? At nih. sane supervacanea, atque inutilis ob multa alia, depravatio textus optimi, non aridet. Cum enim in L. 6. C. de interd. matrim. de eodem casu quo de lex nostra, ita habet: exacto quinto & vicesimo anno, nec non utili anno, annus autem ille 25tus. NB. completus intelligi debeat, ex decretis juris nostri liquidis, Vid. L. 3. §. 3. ff. de Minor. atque, porro his 25. annis completis, unum adhuc illum annum utilem, irident. completum, quo de in dicta L. 6. mentio fit, addaris, si placet; re ipsa

utique tum habituri estis, annum completum ætatis sextum vigesimum, sive, quem vultis, substituendo, *vigesimum septimum inchoatum*. AUT ergo Haloander putavit, ad hoc, ut matrimonium inter pupillam atque curatorem ejus contrahi possit, annos requiri completos 27. atque tum ignorantiam Eum juris, prodere, dicta L. 6. C. evincit; AUT, Paulum in Lege nostra, intellexit, de anno 26to inchoato, sed tum de jure Eum non interpretari Paulum, dicta L. 3. §. 3. de Minor. infert.

Ast enimvero, fac esse, celeberrime Corrector, Paulum hic intellexisse, tempus inchoatum, cave tamen, obsecro, ideo eum errasse dixeris. Copulam enim illam: &, ante verb. *sextum*, delendam, atque post illud verbum, repetendam censeo, sic autem Paulum dixisse existimo: *annum requiri 26., & unum* adhuc, illum utilem videlicet, de quo in dicta L. 6. utrumque autem in nostra L. 66. inchoatum scilicet; H. e. ergo annum 27imum inchoatum. Ita vero, quoniam in ordinalibus ita constitutum est, ut post, *duodecim*, usque ad, *viginti*, copula, &, omittatur, si numerus præcedat minor, contra, si numerus prior est major, copula &, addatur elegantius; A, XX. vero usque ad 100., si præcedens est numerus major, copula tum omittatur, si vero minor præeat, conjunctione illa tum utendum sit. Quis nunc autem aliter, nemo credo libenter, dixerit, nostras hic pandectas legere? Aut oportet eum in notissimarum rerum ignoratione versari, nescire eum, volebam dicere, oportet, latinæ linguæ elegantioris studiosos fuisse nostros JCtos. Ita ergo Pauli verba hic restituo: *Si tutor vel curator pupillam suam intra vigesimum sextum, & annum* (subaudi, *unum* adhuc, vel illum utilem de quo in d. L. 6.), *non desponsatam &c.* Consentit hæc emendatio, dictæ Legi 6, ipso verborum ordine, quem enim ita ibi eundem habes; sed & ipsa sententia. Quemadmodum, videre licet, lex illa 6ta habet: *intra annum 25tum, & unum utilem adhuc*, completum, ita nunc & lex nostra habet: *intra annum 26tum & unum* utilem adhuc, inchoatum.

Quoniam autem, ut in d. L. 6. est, sic & in nostra L. 66. tempus exactum omni suo modo malim, juxta juris nostri Grammaticam; at non tamen etiam copula, &, medium locum occupare potest inter verba: *Vigesimum sextum*, sic ergo omnibus collatis ita debeo; Vel, *to: &*, hic plane delere, vel post verbum; *annum*, illud relocare, vel ante verbum: *intra*, repetere. Sensus sua sponte est: *Non est matrimonium, si tutor vel curator, pupillam suam, & (id quidem) intra vigesimum 6tum annum &c.* Eodem autem modo, postquam ita conjectavi, scriptum vidi, in d. L. 7. ad Leg. Jul. Adult. v. & *intra* (an, *infra*, est enim nnum idemque, petulantes critici.) *vigesimum 6tum annum*. Sic autem idem nunc, lex nostra habet, quod dicit dicta Lex 6. *intra vigesimum 6tum, nec non unum adhuc annum utilem*. Sive, *intra 26. annos*. Res clara est.

Sed hoc non percipio, quomodo Gotofredus ad legem nostram 66. Lit. r. somniare

ſomniare tam dulce potuit, id quod Paulus ibi habet de annis 26. mutatum hodie eſſe in annos 29. idque argumento ; *quod annus utilis n. maritus ſit hodie in quadriennium*, L. 6. C. *de interd. matr.* Sed voluit hac in parte, credo, allegare dormitans aliquando Gotofredus, *Lult. C. temp. in integ. reſt.* lex enim illa 6. illud ſuum fundamentum non probat. Sed & dicta illa Lex 4. *de ſolu. agit. reſtitutionibus in integrum*, ut conſequenter ergo, tanquam lex corrigens ad noſtrum caſum extendi non audeat, ſed locum habere debeat regula : *quod mutatum non eſt, cur hoc ſtare prohibetur?* Vid. L. 27. C. *Teſt.* junct. L. 22. *Prob.* Argumentum Gotofredi, non probat, quod vult.

Illud ex legibus, quas allegavimus, collata L. 64. *de Rit. Nupt.* obſervemus adhuc, magis erit : *Rationem interdicti matrimonii, in caſu propoſito, ſitam in eo eſſe ; Ne pupilla in rationibus a Curatoribus earum reddendis circumſcribantur alias.* Eamque conſequenter ad maritos admittendos ad curam ſuarum uxorum, haud pertinere. Ut ſic noſtri ſcil. videant, quanta felicitate ab uxoris cura maritum arceant, legibus quas allegant vulgo. Agunt de quaſtione, an *Curator poſſit fieri maritus ; Non, an maritus poſſit fieri curator.* Quæ ſunt duo diverſa. Eſt & diverſa ratio. Ratio, quare leges curatorem arcent, ne Ille ſuam pupillam ducat, hæc eſt, quoniam verentur illum male adminiſtraſſe tutelam, atque ideo illam ſuam uxorem velle, ut ſic auctoritate maritali in rationibus reddendis illa ab illo circumſcribi poſſit. Quo autem pacto, neſcio, hæc ratio, in marito pedem ſibi figet, qui nondum adminiſtravit hucusque res uxoris ſuæ ? Contra potius illum tanquam maritum, atque individuo vinculo ſuæ uxori conjunctum, res ejus adminiſtraturum recte, præſumi oportet. Sed de hoc diſputabimus ex profeſſo.

V. I.

L. 55. de Donat. int. Vir, & uxor.

Uxor marito ſuo pecuniam donavit, maritus ex pecunia ſibi donata, aut mobilem aut ſoli rem comparavit, ſolvendo non eſt & res extant. quæro ſi mulier revocet donationem, an utiliter condictitia experietur. Videtur enim maritus quamvis ſolvendo non ſit, ex donatione locupletior effectus : cum pecunia mulieris res comparata extet ? Reſponde. locupletiozem eſſe

esse ex donatione negari non potest, non enim querimus, quid deducto ere alieno liberum habeat, sed quid ex re mulieris possideat. Solo enim hic separatur ab eo, cui res donata est, quod ibi res mulieris permanet, & vindicare directo potest. Et ERIT DETE-RIOR causa Viri, si ea pecunia quatenus res valet, non ultra id tamen quod donatum est, condicatur, quam si dotis iudicio conveniatur: sed nihil prohibet etiam in rem utilem mulieri in ipsas res accommodare.

Imprudens est valde illa Ant. Fabri correctio, dum §. Conjectur, 10. mutandum putat, in L. 55. ff. de Don. int. Vir. & Uxor. loco: & erit deterior causa viri, negative ita: non erit deterior causa Viri. Mariti enim conditionem esse deterio-rem, si actione de dote conveniatur, quam, si conditione contra eam agat uxor ad rem donatam restituendam, inde est: quod actioni de dote, opponere possit exceptionem beneficii competentiae; illam vero cessare, in casu quo donationem uxor repetit, ex mente Pauli ita argumentor: quod donatio talis sit ipso iure nulla, atque res uxoris permansit, atque sic condicere pecuniam totam potest, non minus ac alias rem ipsam tanquam dominæ vindicare ipsi liceat. Adde verba: non ultra id tamen. Ut scias, eoque posse, condicere. Nec mutat, quod non tantum in dote sed & in aliis contractibus maritum habere dictam exceptionem legamus, in L. 20. de Re. iud. Ex mente enim Pauli dixeris, hic non esse contractum; cum sit ipso iure nullus. Et quoniam talis donatio ipso iure nulla est, dotis vero datio subsistens, sic & in aliis effectibus mariti conditio deterior erit, si de re donata, quam si de dote conveniatur ab uxore.

V I I.

Paulus Lib. 5. Sententiarum.

L. 38. §. 5. ff. de Pæn.

Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etsi non dolo

351

*dolo faciant : tamen, quia mali exempli res est, hu-
miliores in metallum, honestiores in insulam, amissa
parte bonorum, relegantur. Quod si eo HOMO
AUT MULIER perierit, summo supplicio ad-
ficiuntur.*

PER verba : *Mulier aut homo*, non ipsum ventrem sive partum, in materno utero delitescentem, intellexisse Paulum, ita mihi videtur ; quia frustra distingueret, inter masculum & feminam, ubi scire non potest (periit enim), masculus an femella fuerit.

II. Alii, per: *mulierem*, ipsam gravidatam feminam, per; *hominem* autem, nasciturum illum inclusum ventri, significant.

III. Verum, *abortionis* atque *amatorii* poculi notiones, tam ordinis quam ipsius causæ intuitu, finalibus illis verbis : *mulieris & hominis*, convenire videntur mihi, si per: *mulierem* illam & *hominem*, non *fetus*, sed homines jam natos intelligam. Sensus ita erit : *si femina poculo abortionis, aut amatorio mas-
feminae perierit, summo supplicio adficiuntur.* Poculis autem *abortionis*, sicuti feminas, ita & *amatoris* tam mares quam feminas perire posse, testantur medici, cum quibus nulla mihi libenter res est.

IV. At quoniam tamen, verbum illud : *abortionis*, quin & verba illa invicem sibi opposita cum emphasi : *Mulier aut homo*, simul & de nascituro adhuc homine agere videntur, sic est itaque, in vers. *Mulier aut homo*, tam natos homines (qui scilicet amatorii aut abortionis poculo perierunt) quam ipsum etiam nasciturum hominem (qui abortionis poculo perierat) interpretet. Neque moror in singulari numero positum *eo*. Quin contra potius, verbo hoc, in neutro sumto latius, omnia quæ in facto præmiserat comprehendere, arbitror. Juxta hunc sensum : *qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non fecerint, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo (dando illa abortio-
nis aut amatorii pocula) homo aut mulier perierit, summo supplicio adficiuntur.*

Quare, errare Nostros nunc crediderim, qui ex hac lege profiteri conantur, quasi vero pœna gladii ad illum in hac lege pertineret, qui abortum fecit. Pessime ! (1.) Sicuti enim non de solo abacto partu, sed & de occiso nato jam homine lex agit ; ita vero de jure fœdætarum pœna mortis naturalis non obtinuit, si quis natum hominem interfecerit. Vid. L. 3. §. *pen. ad Leg. Corn. de Sic.* L. 16. *ibid.* (2.) Aut si de solo occiso ventre, Lex nostra agat, probari tamen oportet, jus illud antiquum fœdætarum in ventre hic mutatum esse. Argumen-

eadem oportet luce meridiana clariora. Quemadmodum enim mutatio juris non præsumi debet L. 27. C. *Test.*; ita minus hoc dici debet, quoad extensionem pœnarum, quas restringi alias, jura volunt. Vid. C. *odia de Reg. Jur. in 6.* L. 192. §. 1. ff. *eod. L. pen. de pœn.* Videamus ergo, num argumentum tam manifestum in hac lege nostra, Nostri habeant? Scio. Eos hic allegare verba illa: *summum supplicium*. Sed ego non credo in verbis illis, tantum illos præsidium habere. *Summum* namque *supplicium*, aliud non significat, quam quod in quolibet maleficio summum est supplicium. Quin & ipsum ideo carcerem notare, probat Silanus apud *Suet. in Cas.* qui cum summum supplicium, antea distasset, postea autem re examinata melius, atque mortis naturalis pœnam nimis duram esse percipiens, in casu oblato, ne tamen dici possit, sententiam mutasse, summum supplicium, carceris pœnam, interpretari maluit. Dum summum supplicium ergo non semper mortem naturalem significat, sed quod in quovis negotio summum est, utique in casa nostræ legis, mortem naturalem, interpretari non poteris. Negavi jam enim, in homicidio, tempore illo, *mortem naturalem*, fuisse summum supplicium. Contra, summum supplicium in homicidio eo tempore fuisse vidimus, publicationem bonorum, deportationem in insulam, nisi humiliores fuerint, qui capite plectebantur. Dum summum supplicium itaque etiam aliam pœnam quam capitis significare potest, dic quare ergo vis summam illam pœnam significare? Non ita fas est. Non ita de jure oportet. Quia pœnalia restringere debemus. Verba quibus Nostri pugnant, non probant quod dicunt: *Pœnam capitis illum manere, qui abortum fecit*. Videmus rationem, qua utuntur. Allegant, *spem parentis, designatum reipublicæ civem*. Sed major consequenter puniendi ratio erit, qui hominem natum jam reipublicæ civem atque Patri filium, interficit; Qui tamen ut vidimus mortis naturalis pœnam non oppetebat. Ut minus, necessaria juris consequentia, abortum faciens, temeritatis suæ tam duram pœnam dare debeat: Ne alias durioris sit conditionis ille, qui levius peccat (abigendo, hominem nondum natum, sed spem tantum Patris, designatum reipublicæ civem), quam qui gravius (occidendo jam natum hominem), delinquit. Quod ridiculum esset. Conf. Pr. Inst. de *Vibon. rap.*

Non juvat etiam nostros L. 39. *Pen.* Verba hæc sunt: Cicero in *Oratione pro Cluentio*, avito, scripsit *Milesiam* quandam mulierem, cum esset in Asia quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam. Sed & si qua visceribus suis post divortium, quod pregnantis fuit, vim intulerit, ne jam inimico marito filium procrearet: ut temporali exilio coerceretur, ab optimis nostris Imperatoribus Rescriptum. Verba Ciceronis sunt hæc. *Mulier quaedam Milesia quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi Medicamentis abegisset, rei capitalis damnata est: neque injuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium Generis, heredem Familia, designatum*

cum Republica civem sustulisset. Respondeo ad hos textus (1.), continere dōs, exceptos casus ubi pecunia corrupta erat mulier. Ubi alia causa est, avaritiæ nimirum puniendæ suo merito. Conf. sup. p. 340. Et quamvis prima fronte ad hoc dici posse videatur, quod dum sacra famēs etiam Virōrum quorundam mortalia pectora cogit multa audere & facere, sic indulgendum potius mulieri quæ huic levi tormento succumbit. cum indoles ejus per naturam sexus ad avaritiam magis inclinēt, adeoque minus ea peccat, quæ accepta pecunia, quam quæ ob aliam causam visceribus vim infert, cum quasi naturæ suæ per pecuniam expugnata minorem gerat. Quæ inquam ratio licet prima fronte quid operari videatur, ita vero re tamen inspecta plenius, avaritia quia vitium est intolerabile, sic ut pœna ei occurrāmus ac meliores faciamus mulieres, oportet. Sed habeas si ita velis, Jctos rationem habuisse non tam in eo quod mulier acceperat pecuniam, quam, quod spem parentis, designatum *reipublica civem* occiderat, non tamen adhuc video, textus illos probare, pœnam mortis naturalis, in casu quo de agunt. Verba quæ allegant: *rei capitalis*, non præse *capitis naturalis* pœnam dicere, sed latius sumi pro alia criminali pœna, constat Conf. Menoch. 2. arbitr. Jud. 387. n. 15. seqq. Adde ipsam *capitis diminutionem*, in nostro jure. Idem probat, ipsa apud antiquos verba: *Capital esse*. Adde ipsius mortis vocem in L. 209 *de Reg. Jur. etc.* Dicis, in ratione illa subiecta, in verbis: *neque injuria &c.* videntur tamen Jcti majorem ibi aliquam pœnam quam ordinariam exigere; Erras: Ita argumentatur Illi ideo, ut probent ordinariam pœnam hic sibi locum vindicare posse. Quam alias removisset ratio: *quod homo natus hic nondum esset, neque constet quidem an forma humani generis inter homines nunquam nascetur.* Nec hæ ergo leges probant, pœnam mortis naturalis in casu nostro solvendam esse. Tantum autem absit, ut contra verius, illas probare dicamus, pœnam dandam esse tantum exilii. Ita volunt verba finalia: *ut temporali exilio.* coll. *§. sed & si qua.* Conjungentia verba: *sed &c.*, probant eandem quæ sequitur, *exilii pœnam*, & in nostro *§. rei capitalis*, intelligendam esse. Mortis naturalis pœnam hic intelligendam non esse, docet adhuc collatio L. 3. §. 2. L. 8. *de Sicar.*

Unicum quod solum semper mihi fuit adhuc videamus dubium: quod dum in L. hostra 38. *Relegationi atque amissioni bonorum, summum supplicium* opponitur, aliam utique quam relegationis pœnam, per *supplicium ultimum*, intelligere debeamus. Ita videtur: Jctum, verba: *in insulam relegantur*, illis: *summum supplicium*, non opponere, sed explicando repetere: *Quod si homo inde perierit, tum illa in præcedentibus memorata pœna, relegatio &c. Tum, summum illud supplicium obtinebit.* Probo hanc explicationem (a) quia verba illa, si non debent, ita tamen possunt explicari; (b) Ergo ita tamen debere, est, quoniam versatur in pœnalibus, in quibus benigniorem interpretationem sequi debemus; (c) Quia, *mortis naturalis* pœna, non fuit summum supplicium,

eo tempore, in homicidio. (d) Ita vero vult, quod & de eò agit, qui *dolo caruit*. Quis autem dixerit, illum qui sine dolo poculà ejusmodi dedit, & quo non homo quidem periit, pœnâ homicidii ordinaria tamen puniendum? Quod si tamen verba illa invicem sibi opposita esse velis, non tamen necesse habebis, ipsam duram istam mortis naturalis pœnam, per *ultimum supplicium* intelligere; sicut enim *damnationem in metallum* in humilioribus quidem ast non in honestioribus obtinere in ipsa nostra illa L. vides, sic ergo hæc potius quam ipsius mortis pœnam, *ultimo supplicio*, intelligas. Adde in d. L. 3. ibi: *omnium*, hic, *parte*.

Dum itaque nulla lex aut ratio vult, de jure Pandectarum, partum abigentem morte naturali puniendum esse; dum contra leges allegatæ, quin ipsæ leges oppositæ, eaque nostra lex Q. D. A. palam probeat, pœnam mortis naturalis non habere locum; Quis, eam tamen obtinere, nulla lege, sed contra apertas, profitebitur? Et ita de jure ffdectarum. De jure posteriori civili, Vid. Patrem meum *de jur. vent.* 11. 3. De jure Canonico, vide C. Moyses & C. sicuti causa 32. quæst. 2. De jure Carolino, Vid. P. H. G. O. Art. 123. In foro distinguunt, inter ventrem animatum & inanimatum. Hoc casu, pœnam extraordinariam statuunt; *Illo casu*, contra, Bockelmann tit. ff. *de Stat. hom.* n. 6. Esbach 44. de fin. 1. Struv. ff. 48. 79. Ungesp. Exer. Inst. ult. q. ult. Carpzov. Crim. 11. Disput. Basil. Vol. 2. Disput. 25. th. 32. Partus vero animatus quisnam intelligendus sit, vide apud Struv. all. L. Ubi tamen adde Lynck.

Illud in lege nostra adhuc observemus: Paulum non dicere, *damnandos esse in NB. opus metalli*, sed *in metalla*; Ut atrocitatem scil. graviditatemque pœnæ significet. Significatione enim verborum: *in metalla*, duriora quibus ligabuntur vincula, veteres dixisse, quam illis verbis: *in opus metalli*, constat.

Sed & illud fortean adhuc recte in nostra lege notemus, verba: *sine dolo*, intelligenda, de dolo aliquo in specie. Nunquam enim homicidia, ut nec alia maleficia, citra dolum aliquem in genere, committi possunt. V. L. 7. *ad Leg. Corn. de Sicar.* Ut dolus scil. sive propositum primum in nostra lege sit, v. g. *odii erga maritum*, ut in all. loco Ciceronis; vel, *venerea libidinis*, non ille, erga ipsam occider dum hominem.

Quid si ex d. L. 3. §. pen. coll. L. 16. *de Sic.* tria adhuc verba observemus, in dictatis olim pœnis, in homicidii casta, *honestiores* scil. 2di gradus, & *humiliores* homines? Ut *honestiores pœnam deportationis*, qui sunt 2do gradu, pœna capitis civilis scil. h. e., *damnationis in metallum*, puniantur; *humiliores vero bestis subiciantur*. Verba Legis 1. §. pen. ita probabunt: *Legis Cornelia de Sicariis & veneficiis, pœnæ; insula deportatio est & omnium honorum ademptio.* (1.) *Sed solent hodie capiti puniri.* (2.) *Nisi honestiori loco positi fuerunt.* Ut (illi scil.) pœnam legis quæ præcessit Cornelia, *deportationis pœnam* sustineant. (3.) *Humiliores enim solent vel bestis subisci.* *Altiore vero, deportantur in insula.* Consentiant

in

in d. L. 16. *7a*: *Secundo loco*, ut sciamus scil. esse &, *tertio loci* hōmīnes. Idem probant, verba: *facilius hoc, in decurionibus &c.* Vix enim dixeris, *decuriones ibi* in verbis: *capite puniuntur, facilius posse bestiis subijci*. Quos enim juxta regulam alias non ad metallum damnandos quidem esse, habet L. 9. §. 11. *de Pen.* Sed de hoc considerabo. Illud verba illa: *solet, solent*, probant, pœnas hic pro circumstantiis variare. Et sic inter leges, dubium nullum erit. Et sic satis de ventre, contento pro continente.

V I I I.

L. 82. *de Legat. 2.*

Paulus Lib. 10. *Quæstionum.*

Debitor decem legavit creditori, quæ ei post annum sub pignore debebat: non (ut quidam putant) medii temporis tantum commodum ex testamento debetur, sed tota decem peti possunt. Nec tollitur petitio, si interim annus supervenerit, nam sufficit, quod utiliter dies cecidit. Quod si vivo testatore annus superveniat: dicendum erit INUTILE LEGATUM effici, quanquam constiterit ab initio. Sic & in dote prelegata responsum est, totam eam ex testamento peti posse. Alioquin, secundum illam sententiam, si inter usurium tantum est in legato, quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus? Nam nec pecunia peti potest, quæ non est legata: nec pars fundi facile inveniretur, quæ possit pro commodo peti.

Este Paulum, in L. 82. *de Leg. 2.* unum ex quibusdam eis, de quibus in §. 14. I. *de Legat.* scripsit Justinianus, eorum sententiam Ipsi non placere, in animum meum, inducebam ab initio, seductus aliorum sententiis; Postea vero, verba textus ipse relegens, frustra me illum sollicitasse, animadverto. Distingui videlicet, inter *inutile esse*, atque, *extinctum esse*, videbam. *Præterea*, affirmat dicta L. 82. *Posteriorum*, negative decidit §. 14. *Inst. de Legat.* *Inutile esse*,

efficitur legatum, si annus vivo testatore superveniat, id est, fit ut *nullam utilitatem* hactenus, ex tali legato, legatarius percipit, est in d. L. 82. sed, *extinctum* illud ideo esse, hoc negat Justinianus in d. §. 14. *Dicendum* ergo etsi sit, *legatum tale inutile effici*, sive etsi utilitas representationis tum cesset, *extinctum* tamen non erit. Ita (1.) volunt verba in d. L. 82. atque in d. §. 14. *dicendum inutile, non extinctum.* (2.) Verba in dicto §. 14. *quia semel constitit*, quasi enim vult Imperator dicere, & quod adhuc nunc constitit. Ut & quod (3.) tempore facti testamenti plus erat in legato, quod sufficit. (4.) Idem Paulus noster haud obscure indicat in verbis: *quanquam constiterit ab initio*, quasi quod & ideo adhuc constitit, affirmet simul. *Est enim*, dicit Paulus, *inutile fore legatum dicendum sit*; Tamen illud constitit semper. Convenienter (5.) Pauli sententia: *durare debere, quod semel constitit*, in L. 85. de Reg. Jur. Ubi (6.) adhuc illud notemus. (a) Eundem Paulum, (b) eodem quaestione libro; (c) de eadem materia, de dote scil. in dictis legibus agere. Inscriptiones enim legum, varias leges conciliare, notum est. Ex Pauli sententia legatum hic subsistere, palam constat, ex verb. nostrum hunc sequente e vestigio: NB. *sic est in dote prelegata responsum est, totam eam ex testamento peti posse.* Dum Paulus dicit, *legatum tale dotis subsistere*, dum dicit hoc subsistere. *argumento facto ad nostrum versiculum*, dum habet, legatum tale dotis subsistere, *sic ut in nostro versiculo*, utique in nostro versiculo legatum subsistere quoque, sequi debet. Sensus ergo erit: quod liceat *utilitas* ratione representationis jam cesset, non tamen *extinctum* ideo legatum erit; Cum alio adhuc modo scil. esse commodum possit. Nec moror, quod in d. §. 14. illa: *utile, inutile esse*, idem significant, quod *extinctum esse*; quia nihil est quod vetat, una eademque verba, varia significare.

II. Sed per me licet, & in nostra lege, verba: *inutile effici*, idem significare, quod, *ob cessantem utilitatem nullum jam effici, vel extinguere*, nihil enim aliud insimul, cum attamen Paulus dixerit, quam: Licet sit hactenus legatum NB. jam inutile fore vel extinctum hactenus ob cessantem utilitatem dicendum sit, attamen quia ab initio simul constitit, durabit. Rationem dubitandi vel argumentum aliorum in priori verborum commare: *dicendum erit inutile legatum effici*, in altera suorum verborum parte, ponens ea vera esse, re ipsa ita refutat Paulus: *quanquam constiterit ab initio*. Eodem modo, ut in d. L. 85. de Reg. Jur. respondit: *Non est novum ut quae semel utiliter constituta sunt, duxerit, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non poterunt.* Etiam legatum extinctum hactenus, dum plus nihil jam est in legato, attamen (juxta regulam in L. 85. de Reg. Jur.). quia ab initio utiliter semel constitutum fuit, durabit. Vel, esto thesis propugnata Papiniano, in L. 5. ad Leg. Falcid. a Paulo etiam in lege nostra, probata vero in d. §. 14. a Justiniano: *Legatum crediti quod sub die vel condicione debebatur, valebit. propter utilitatem representationis.* Amplia, ut idem sit, *etsi vivo testatore dies vel conditio jam venerit.* Liceat enim ratio illa utilitatis jam cesset,

cesser, vel ille casus jam exstiterit, a quo initium capere non potuerat, attamen utiliter constitutum semel fuit legatum illud, ut & in jure novum non est, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus exstiterit a quo initium capere non potuerant. d. L. 85. Ut sic sententiam, præter vulgatos, habeamus: *Legatum debiti sub die vel conditione, valere, licet ratione representationis vel alias etiam, postea plus in illo non sit.* Atque ita (a), ut pax sic composita sit, inter dictos nostros duos textus. (b) Quoniam, lex illa nostra 82. vult, tale legatum subsistere, per argumenta supra visa. Nullam autem utilitatem adesse, probat Paulus in verbo: *inutile.* Et eo ipso, quia utilitas representationis, quam solam habet, jam cessat. (c) Cui in idem consentit d. §. 14. Subsistere enim & ibi legatum, verba scripta habent. Sed & utilitatis causam cessare, inde iterum est, quod commodum citioris solutionis, quod unicum ibi habet, ibi jam cessat. Palam ita habet, in verbis: *quia in eam causam pervenit a qua incipere non potest.* Si enim utilitas quædam, adest, tum adest causa a qua incipere potest. (d.) Sententiam quam dixi, vult dicta regula, in L. 85. *de Reg. Jur.* ut duret id quod ab initio utiliter constitit, licet postea utilitas illa cesset. (e) Probata & ab ipso Justiniano in d. §. 14. allegata scil. ibi aliorum dubitandi ratione, sed refutata hac nostra regula. Verba in §. 14. hæc sunt: *non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenerit, a qua incipere non potest.* Quare non illa ratio in *ψ. quia*, Imperatorem movere potest, quo magis Ipsi sententia existimantium placere potest? Quia novum non est, ut que simul utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus exstiterit, a quo capere initium non potuerat. (f) Conveniunt regulæ alteri, illi contrariæ: *ut quod initio vitiosum fuit, tractu temporis non convalescat.* (g) Probata utraque in trito illo: *cujusque rei principium esse inspicendum.* Confer. L. 1. §. 13. *depos.* Cui illam hoc casu adhuc probant juris reliqui exempla. Ita enim quæ est ratio, quod, legatum rei alienæ durabit, licet legatarius postea vivente adhuc testatore proprietatem rei legatæ titulo oneroso jam acquiverat: §. 7. *J. de Legat.* Atquin, dubium esto, legatum hoc, in eam causam jam pervenit, a qua incipere non potest; res enim legatarii propria, ipsi legari acquirit. §. 10. *ibid.* Sed est decidendi ratio, quod ab initio suo, utiliter constitutum fuit. Consentit huic, dum ibid in d. §. 7. dicitur secus esse, si ex lucrativo titulo legatarius postea dominium acquisiverit. Ubi nimirum alia ratio, quod scil. *due lucrativa cause in eandem rem & personam concurrere non debeant.* Et quam ipse ibi rationem ideo Justinianus addiderit, ut sciamus, alias legata subsistere ex dicta regula: *quod sufficiat legata ab initio valuisse.* Sed dic quæso, dum legatum in casu dicti §. 7mi durat, licet in eam causam pervenerit a qua incipere non poterit, quare non & in nostro casu? (h) Probat, dictam regulam legis 85. *de Reg. Jur.* in nostro casu, maxima ratio: quod alias a legante exigissent jura, ut ille suam mortem voto properaret. AUT enim, legatum debiti sub die valere debet, licet dies vivente testatore

venerit ; AUT, oportet ita legans, velit, se ante diem illum mori. Ita re-
petamus. Regula sit, hæc,

I. *Cujusque rei principium inspiciendum est.* L. 1. §. 13. *Depos.* Unde altera regula,

II. *Quod initio vitiosum est, tractu temporis non convalescet.* L. 210. *de Reg. jur.* Sed & huic contraria, regula ex prima regula,

III. *Quod initio utiliter constitutum fuit, durabit, licet postea in eum eam pervenerit, a quo incipere non potuerat.* L. 85. *de R. 7.* Unde decilio,

IV. *Legatum debiti non extinguatur, licet in eam causam pervenerit, a qua incipere non potuerat.* §. 14. *de Leg* in fine. *Coll. L. 82. de Leg. 2.* Et quod volunt antedicta argumenta alia.

Confer ita nunc allegatos textus, videbis hoc decidere & nihil aliud: *Legatum debiti sub die vel conditione valebit.* Ob utilitatem representationis. *Quod si vivo testatore dies venerit, valebit nihilominus.* Licet enim illa utilitas representationis jam cesset, & sic causa adsit a qua incipere non potuerat, ab initio tamen utiliter constitutum fuit. Quod fufficit.

I X.

L. 99. ff. de Solut.

Paulus Libro 4. Responsorum respondit.

DEBITOREM non esse cogendum in aliam formam nummos accipere ; si ex ea re damnum aliquod passurus sit.

Textum legens in L. 99. *de Solut.* moror, dum debitori concedit, solutionem accipere, quod creditoris est.

I. Cujacium video ac vulgatos ; *debitorem*, mutare in *creditorum*. Et recte, si alio modo salvara servata lectione, textus non intelligi posset.

II. Quid, si arg. inscriptionis, casum aliquem singularem potius, a Paulo in suo Responsorum Libro fuliori tractatu, sed a ffectorum compositoribus mutilatum (ut sæpe) propositum dicamus, ubi, idem ille qui *debitor* hic dicitur, in antecedentibus in ipso Paulo prolixioris responsi versiculis, ejusdem *creditor* ex alia causa, fuerat.

III. Vel, interpretemur hoc modo : *Immo* debet centum *2do*. Ille, huic solvere vult, in moneta, quam habebat, sed hanc creditor respuit. Non cogetur ille debitor in aliam formam aliunde pecuniam accipere, si ex ea re damnum pateretur.

X.

X.

L. 67. de Fidejuss.

Paulus Lib. 3. ad Neratium.

*Exceptione, qua tibi prodesse debebat, usus, injuria
judicis damnatus es, nihil tibi præstabitur jure man-
dati: quia injuria qua tibi facta est, penes te ma-
nerè, quam ad alium transferri, æquius est. SCI-
LICET SI CULPA TUA INJUSTÆ CON-
• DEMNATIONIS CAUSAM PRÆBUISTI.*

DEgener a semetipso visus mihi est aliquantulum Cujacius noster, dum in-
juria & quidem usque adeo, ab eo vapulat Paulus in L. 67. de Fidejuss.
ut integra verba ibi: *Scilicet si culpa &c.* otiosa, atque delenda ideo existimet.
Ex ratione quasi vero, *vel culpa fidejussoris, vel sola judicis injuria judicis suffi-
ciat, non etiam utriusque concursus requiratur, ad hoc ne condemnato fidejussori
aliquid præstetur mandati nomine. FIDEM VESTRAM JCTI!*

Demus: culpa fidejussoris evenit, ut injuste ille condemnatus sit maneatque, (v. g. ex-
ceptionem allegatam non recte probavit, vel sciens se condemnatum, non
appellavit); Item, *passum eum per judicem injuriam, sed non culpa sua* (v. g.
exceptionem quidem proculca recte usum, sed nihilominus condemnatum esse,
vel cum a judice condemnatus quidem, sed sententiæ tamen latæ ignarus fu-
erat); Quid videtur, an utroque casu, idem jus statuemus; An, in neu-
tro casu, quid jure mandati fidejussori præstari debet? Mihi sane videtur,
non in priori casu quidem, atramen in posteriori illo, pro fidejussore, re-
spondere eos debere. Atque ita (1.) Lege nostra. Verba enim illa ibi fina-
lia, cum emphasi scripta: *Scilicet si &c.* necessariam hactenus pro solida,
casus in initio legis propositi, faciendâ decisione, distinctionem talem indu-
cere videntur. (2.) Ceu nominatim ita consentit L. 8. §. 8. *Mand. junct.*
L. 10. C. *ibid. & contra bonam fidem.* (3.) Et habet rationem maximam: Si-
cuti nimirum, fidejussor jure mandati alias agere ideo posse dicitur, *ne officium
suum sibi sit damnosum* L. 61. §. 5. *Furt.* Atque in priori casu, *damnum* quod sua
culpa tenet, sentire non videri debet, contentus solamine Legis 203. *de Reg.
jur.* Ita vero in casu posteriori ubi citra suam culpam sola injuria judicis damna-
tus fuerit, hoc cessabit. (4.) Aut quis quæso, *Pepo Jctulus* dixerit, casus

fatales (quibus & sententias judiciales annumerari scimus), ad fidejussorem pertinere? Utur autem deceperit, credo, Cujacium Paulus, verbo: *injuria*, quod, pro singulari scilicet aliquo erga fidejussoris personam odio, Cujacius acceperit; Ita vero Ille, non tamen hoc modo verbum illud capere debuisset. Larius enim hoc verbo Paulum hic usum fuisse, pro *injuria nullo jure facta* condemnatione, ex verbis patet: NB. *Injusta*, NB. *condemnationis*. Eodem modo, ut in d. L. 8. &c. *Mand. Conf. L. 19, d. Rit. Nupt.* *injuria*. Ceu non in dubio-quidem, judicem tam impium ponere debemus, qui ex odio erga personam male judicavit; cum contra potius Vir bonus præsumendus ille, non, ut glossa habet, frater penitentialis, qui diabolum in cappa portat. Lege legem nostram, & videbis summam ejus hanc esse: *si injuria, sive non jure, condemnatus sit fidejussor, oportet hanc injuriam penes illum manere. Scilicet, si injusta illi condemnationi causam dedit.* Et quid si de injuria odiove in specie erga fidejussorem, injuste ille condemnatus fuerit? Non credo tamen, hoc illum debere manere, si hujus odio causam non dederat. Cave, in juris nostri corpore deleamus verba illa: *Si scilicet &c.* Ex iis profiteamur magis erit, juris esse: *Fidejussorem, injuria iudicis, sed non sua culpa damnatum, regressum habere, contra illum pro quo fidejusserat.* LEX & RATIO.

X I.

L. 2 §. 16. *Pro Empt.*

Paulus Lib. 54. ad Edictum.

Si furioso quem putem sana mentis, emero, CONSTITIT, usucapere utilitatis causa me posse, quamvis nulla esset emptio.

NUM Haloandri insomnia sint; an, per quietem, clausis oculis viderit, merito dubites, dum in L. 2. §. 16. *pro Empt.* loco: *constitit*, scribere mavult: *constitutum est*? Credo; quod, ipsimet, ita placuerit. Ast, quid autem, *constitutum*, mi Haloander? an jus videlicet, ab Imperatore aliquo conditum, quod alias *placitum* Principis, *constitutumque* speciali nomine, proprie venit §. 6. *de Jur. Nat.*? Dum *Œtorum* vero *Responsa* Juris, non ita *constituti* aliquo vocabulo audiant, sed illud proprium sit, *Imperatorum*; Pandectarum autem illa Architectura nostra, ut alias, ita & in specie jus illud *nostrum*, quo de in L. n. agitur, non ex *Rescriptorum* aliquo, aut *Principis constitutione*, sive simplici, sive ea quæ 50. Codicis Decisiones inter elucet, sed ex nudis *Œtorum* *Responsis* descendisse, ipsa pressior inspectio L. 13. §. 1. v. *Responsum est ff. de usu-*

usucap. liquido doceat ; relinquendam rectius , peropportunam voculam ; *constitit* , arbitror. Utpote, quæ idem hic, quod a JCtus *traditum fuit* ; Vel, *palam est*, *dubio caret*, significat.

II. Malim, quam præfatam Haloandrinam emendationem, *to* : *constitit*, ad præcedens ipsum *factum* referre ; quod scil. ut alias ita & hic , *constare* probatione, oporteat, JCtus dixerit ; sub hoc ni fallor genuino legis sensu : *Dicimus, tum quem usucapere, utilitatis causa, posse*, si constat, *a furioso emerit, & quem putabat sane mentis*. Ita interpretor, ita relego legem Pauli. SI A FURIOSO QUEM PUTEAM SANÆ MENTIS, EMERO, *constitit* ; UTILITATIS CAUSA, ME TUM USUCAPERE POSSE (subaudito verbo præmisso) DICIMUS. arg. immediate præc. § 5. *dicimus*. Dixisse ita, ex v. emphatico : *Si* : patet speciatim id requirente, ut constet quod sequitur. Et recte ita JCtus dixisse, quis non dixerit ? Cum & alias facta non præsumi sed constare debeant. Ut, in obvencientibus majoris momenti casibus, respondere ita JCtus & docere, admonendo, soleant. Id emphatice Requirentes, ut de facto constet. Conf. L. 5. §. 8. L. 1. §. 13. agn. & al. lib.

X I I.

L. 14. de Servo Corrupto.

Paulus Lib. 19. ad Edictum.

De Filio Filiave familias corruptis, huic edicto locus non est: quia servi corrupti constituta actio est. Qui IN PATRIMONIO nostro esset & pauperiorem se esse factum dominus probare potest, dignitate & fame domus integra manente. Sed utilis competit, officio judicis astimanda: quoniam INTEREST nostrum, animum liberorum nostrorum non corrumpi.

Rationem decidendi, quare edictum : *de servo corrupto*, *de filio filiave familias corruptis*, non detur, in L. 14. *de Serv. corrupte*. v. *quia servi* &c. talem gripho mihi dedisse Paulus videtur, ut simul rationem habeat, sententiæ suæ, quam statim subjicit, quare utilem actionem esse dandam tamen de corrupto filio filiave familias, existimat. Memorando rationem dubitanti, quare locum habere actio ex illo edicto non debeat, antevertit simul dicere, & fundamentum ponit, quare utilis actio vindicare sibi locum tamen possit.

Quare huic actioni locus non est, de filio filiarve familias; dicit Paulus, est; quia de NB. servo corrupto edictum scriptum est, sed addendo; qui in patrimonio nostro esset, argumentum facit, utilem ergo actionem, de filio filiarve fam. corrupto, ex mente prætoris debere tamen competere, quoniam scilicet & parentum interest, filiorum filiarumve familias mores non corrumpi. Non ergo ut Gotofredus ineptit, verba: in patrimonio, ideo Paulus addit, ut actionem removeret, sed contra, ut probet actionem utilem competere. Arg. & quia; item, interest. Ita vult, 10: utilis. Hæc enim ratio est, actionum directarum & utilium; ut illa ex verbis legis, hæc non ex verbis, sed ex mente tam late interpretata, argumento paritatis rationis, competat. Etsi ergo edictum, verbis agat tantum de servo corrupto, & sic ex eis scriptis verbis, de NB. filio corrupto hæc actio dari non possit, at quoniam tamen ratio prætorem movens, & quæ esse solet anima legis, eadem in filio obtinuit, sic ergo utilis actio ex mente prætoris dari debet. arg. & in patrimonio, interest nostra, Sicuti etiam vox patrimonii tam late patet, ut significet omne quod nos beat, sive quanti nostra intersit, sic ergo recte & liberos in patrimonio nostro esse, vel ab eo Paulus argumentum fecit, interesse nostra, eorum animos non corrumpi. Recte cum per filiosfam. acquirere solemus. Et ut connectendi rationem titulorum sequentium de fugitivis, & aleatoribus, cum hoc nostro, de servo corrupto, facere ita solemus, ut exempla servi corrupti, contineant, si v.g. ille vel fugitivus sit factus, vel se alea. dederit; Ita profecto, filiusfamilias aufugiens a Patre, apud aleam pecuniam tempusque perdens, patris patrimonium parum augetur. Sed dicas quæso Gotofrede, si non qua dixi, qua tum ratione, Paulus illa verba: in patrimonio nostro, addiderit? Atquin enim alias, eo ipso, quod servos nostros dicit, eos esse in patrimonio nostro, simul dixit.

Cæterum: quod Zasius hoc locò habet, aliiqve, & hodie hunc titulum, in iis obtinere, qui nobis serviunt, hoc ego probo, non tam quod & eadem ratio, qua hic prætor motus, quia interest nostra eorum mores non corrumpi, in iis obtineat, quam quidem magis adhuc tali argumento: quoniam in 2da parte pandectarum hæc lex posita est; in qua enim 2da ut & 3tia parte pandectarum, quoniam omnia nova pulchritudine sunt decorata, quæ ibi sunt posita, & sic abrogata dici non possunt, ut Patet meus observat, sic & per suas NB. consequentias accipere nos debere, ego observo, præter vulgatos, ex const. Omnium §. 4. & per suam consequentiam. Facere ergo hic consequens licebit: si ea ratio, qua Paulus utitur in filiis filiarumve fam. & in eis hodie obtinet, qui nobis serviunt, ergo sequitur & idem jus esse debere. Ceu & alias a servis Romanis, ad nostros hodiernos operarios, quoties eadem ratio adest, vel ita facilius argumentum fecerim, atque idem, ex ipsa legum Romanarum sententia, obtinere dixerim; quoniam operariis, quales hodie habemus, olim

care.

caebant ; Atque sic eos excludere non potuerunt , sed sub voce servorum admiserunt

X I I I.

L. 3. ff. de *Acceptilatione.*

Paulus Lib. 4. ad Sabinum.

Per Procuratorem nec liberari nec liberare quisquam acceptilatione SINE MANDATO potest.

Captatoria ut alias saepe Pauli subtilitas, variis iterum Interpretum conjecturis locum fecit, in L. 1. ff. de *Acceptil.*

I. Hötomannus & Vulgus, loco vers. *sine mandato.*, legendum monet : *sine novatione*, arg. L. 13. §. 10. *eod. coll.* L. 123. *Reg. Jur.* L. 77. ff. *eod.*

II. Quid si potius, unica N. litterula in K. murata, loco *sine mandato* substituam : *sive mandato?*

III. Vel Paulum Griphorum subinde sectatorem maximum, ita dixisse, dixeris : *PER Procuratorem non liberari, nec liberare quisquam acceptilatione potest ; SINE, procuratore, sive, SINE mandato, potest.* Sensus ille aderit, textu interpuncto hoc modo : *Per procuratorem, nec liberari nec liberare quisquam acceptilatione, sine mandato, potest.*

X I V.

L. 108. de *Solut.*

Paulus Lib. 2. *Manualium.*

Ei qui mandatu meo POST MORTEM MEAM stipulatus est, recte solvitur, quia talis est lex obligationis. Ideoque etiam INVITO ME recte ei solvitur. EI AUTEM CUI JUSSI DEBITOREM MEUM POST MORTEM MEAM SOLVERE, NON RECTE SOLVITUR : quia mandatum morte dissolvitur.

Quam observatione precedente vidimus, Legem ; tiam ff. de *Acceptil.* explici-

plictam dum dimitto oculis, simul est eos conjiciam in L. 108. ff. de Soluz. Ecce vero, corrigi illam a Cujacio video aliisve, variis modis.

I. Versiculum illum : *Post mortem meam stipulatus est, recte solvitur*, ita ille mutat : *stipulatus est, post mortem meam recte solvitur*. Potuerat huius metamorphosi, & sic tempori Cujacius parcere, & illi quos habet satellites.

II. Paulus enim, studiosus, ut alias brevitas, causa compendii, subaudire hic voluit ante verba : *stipulatus est*, verbum illud : *dari*. Stilo JCris nostris & alias oppido quam familiari, in verbis : *Promitti, stipulari*. Sententia Pauli hæc est : *Ei qui mandatu meo : post mortem meam dari tibi : stipulatus est, recte solvitur*. Consentit vers. *quia talis est lex obligationis*. Liceat enim mandatu meo ita stipulatus fuerit, mandatumque morte dissolvatur, ut est in vers. hic finali, attamen inter stipulatorem atque promittertem, *lex talis est obligationis : ut post mortem meam daret*. Neque obstat. §. 13. Inst. de inut. stip. ibi enim agitur de datione facienda ipsi stipulatori post mortem ejus ; Hic, contra, datio promissa erat stipulatori viventi post mortem mandantis ;

III. Et quia lex talis obligationis inter illos fuit, hinc recte illi hæcenus legi illi renunciare, atque me invito ante mortem meam recte solvere possunt. Ut sic nulla ratione iterum, Gotofredus, loco : *invito me*, in hac lege nostra substituat : *me vivo*. Præterquam, quod verba illa : *invito me*, illa : *me vivo*, in se continerent. Ceu & mitius corrigere potuisset : *in vita mea*. Sed dum mi Gotofrede, in priori versiculo Cujacii illam correctionem probas : *qui stipulatus est*, NB. *post mortem meam*, quomodo ita nunc ponere poteris dubitasse hic Paulum, *Num ille qui stipulatus est me vivo, solus etiam me vivo posset ?* Dum verbis ita correctis : *ei, qui mandatu meo stipulatus est, post meam mortem recte solvitur*, jam sine dubio inest, *me vivo ei solvi recte*, quare, quasi dubium haberet, hoc Paulus reperisset : *ideoque etiam vivo me, recte ei solvitur ?*

X V.

L. 38. de Minor.

Paulus Libro I. Decretorum.

Æmilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianum lege commissoria emerat, data parte pecunia : ita ut si intra duos menses ab emptione, reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemptus esset : item si intra alios duos men-

menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. Intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris atatis successerat : cujus tutores in solutione cessaverunt. Venditor, denuntiationibus tutoribus saepe datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat, pupilla in integrum restitui desiderabat. victa tam apud praetorem, quam apud praefectum urbi provocaverat. Putabam bene iudicatum, quod pater ejus, non ipsa contraxerat. Imperator autem motus est, quod dies committendi in tempus pupilla incidisset, eaque effecisset, ne pateretur legi venditionis. Dicebam posse magis ea ratione restitui eam, quod venditor denuntiando post diem, quo placuerat esse commissum, & pretium petendo recessisse a lege sua videretur. non me moveri, quod dies postea transisset : non magis, quam si creditor pignus distraxisset, post mortem debitoris die solutionis finita. **QUIA TAMEN LEX COMMISSORIA DISPLICEBAT EI, PRONUNTIAVIT IN INTEGRUM RESTITUENDAM.** Movit etiam illud Imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronuntiati erant.

Hoc scribendi genus, inquit Franc. Ditar. ad L. 132. de V. O. Vere Paulinum, id est obscurum implicatum ac torinosum : Ut Heraclitus quidam hic esse Paulus videatur, qui a veteribus Σκοτεινος appellatus est. Ac prater hoc caput extant alia ejusdem auctoris quae si nullam επιγραφην haberent, id tamen stilus facile indicaret. Sed nescio, an non injuria ita vapulet Paulus. Scipius, ac si intelligi ille

nullo

nullo modo posset, si quis stilum ejus perspectum habeat. Morantur v. g. nostri quod in L. 38. ff. de Minor. contra lapsum temporis legemve commissoriam, restitutionem in integram ille concesserit; Et quod magis morantur, dum ipsam legem commissoriam displicere ibi dicat Imperatori, quam toto alias titulo probatam in juris corpore legimus. Sed quid dicemus?

Quid alii, non vacat evolvere, Notæ variorum ad Lauterbachium sunt ad manus, ubi Stryckium ita lego: *Est in hac L. 38. casus plane singularis de pupillo in integrum restituendo propter non observatam legem commissoriam.* Et quam responsionem verbis quidem aliis re ipsa eandem tamen repetiisse ita videtur Berger ibidem: *Displicuisse legem commissoriam non in genere & absolute, quid enim abolere vetuisset? sed in proposita specie.* Sed neuter recte. Et per me liceat, inter notas variorum ad Laut. hæc, cum multis aliis, deleantur modo. Sicuti enim casum quidem specialem Paulus proponit, ita verò verba tamen: *quia lex commissoria displicebat ei,* generalia sunt. Vis illa ad casum illum singularem restringere? Posses, si non generaliter essent proposita; Si non etiam cum verbo: *quia,* inciperent, atque rationem decisi casus darent. Quæ enim amabo vos! pulchra esset hæc disceptatio; *In casu proposito non debet obtinere lex commissoria, Ratio quia in casu proposito lex commissoria displicet.* Vel, *Imperator vult contra legem commissoriam in integrum restitutionem obtinere, sive, quod idem est, in casu proposito lex commissoria ipsi displicet;* Ratio, *quia in casu proposito lex commissoria ipsi displicet.* O pulchra decimo decidendique ratio, si haberet animam! Ejusdem auctoritatis est, quod idem Bergerus, credo variationis causa, adhuc ita habet: *Adde Imperatoris sententiam ibi tantum referri a 7^{to} probari.* Paulum probare Imperatoris sententiam: *displicere ipsi legem commissoriam, in casu,* ut Berger vult, *illo speciali,* probant argumenta, quæ Paulus pro ea sententia facit. Tamen autem ita Paulus fortean narraverit Imperatoris sententiam, quid inde? Neque enim vulgatum illud, utut quasi pro lege a Nostris decantatum carmen: *Sunt verba narrativa ergo vim legis non habent,* probare magis possum. Licet enim Paulus vel alius, ea narret, Justinianum autem ea sua fecisse legum instar, probat L. 3. §. 11. C. Vet. Jur. Enuc. Ita teneo: si Ictus Paulus vel alius quis quid ita narret, ut simul refutat, tum quæ narravit, vim legis non habebunt. Ita vult quod Imperator Justinianus, refutationem illam suam fecit. d. L. 3. Sed Paulus, ut vidimus, non tantum non, non refutat, sed probat Imperatoris illius sententiam. Quare & alteram responsionem suam celare Bergerus, potuerat.

III. Ridicula vero nimis est illa quam legisse me meminì, apud Sand. in definitionibus suis alibi, responsio: *Imperatorem hic, dum contra legem commissoriam restitutionem in integrum Rutiliana concessit, non ipso iure, sed Rutiliana potius rutilantibus oculis motum fuisse.* Potuit ita Imperator amator, sed est responsio insulsa.

IV. Mihi videtur recte in casu proposito, restitutionem in integrum concessisse Imperatorem, per argumenta, cum alia, tum hoc præcipuo, quo Paulus utitur: *quod venditor denunciando post diem quo placuerat esse commissum, & pretium petendo, recessisse a lege sua videtur.* Hæc enim, quia ipso illo facto: *denunciando & exigendo pretium,* juri suo, ex lege Commissoria competenti alias, renunciaverit. Ratio valet. Sicuti enim alias juri suo renunciare quis potest. L. 51. C. de Episcop. idque tam verbis quam factis, L. 48. §. 3. de ad. ed. utique illo facto venditor, dum denunciavit, atque pretium exegit, juri acquisito alias ex lege commissoria, renunciassè videri debet. Neque enim pretium pro re emta petere debuisset, si nullam sive commissam emtionem esse, voluisset. Cui consentio.

V. Et quo modo nunc, sua sponte & in altero illo versiculo: *quia tamen lex commissoria displicebat ei,* claret Paulus, ubi tam obscurum Hæraclitum nostri Eum fingunt. Injuria! Neque enim, per *to: tibi,* Paulus, Imperatorem significavit, ut ita Ille nostros fecellit, sed ipsum quo de antea egerat & unde argumentum suum laxasset, *venditorem.* Repetit argumentum suum, quod paulo ante præmiserat: *quoniam lex commissoria ei (ipso venditori scilicet) displicebat,* sive ut antea dixerat, *quia exigendo pretium, a lege commissoria recessisse videtur,* ideo, Imperator pronunciauit, pupillam restituendam esse. Repetendo argumentum suum, addendo, ideo Imperatorem restitutionem pronunciauit, innuit simul, Magister ille Grithorum astutus Paulus, Imperatorem argumentum suum probasse. Et sic iterum suum argumentum laudat, & probat. Illud autem, argumento, argumentorum illorum quæ Paulus in proposito casu adducit, dicendum: quod argumentis illis cessantibus, secundum regulam, restitutio in integrum contra conventionale tempus legemve commissoriam, locum habere non debeat. Atquin ita disputatum sed & judicatum, legi, si recte tenuero, apud Sand. in definitionum suarum libro. Sed & illud, probat Paulus: remedium extraordinarium, restitutionem in integrum, contra 3tium, minori competere, licet ordinarium, contra ipsos tutores habeat.

X V I.

L. 2. §. 1. *Si quis in jus voc. non ierit, &c.*

Paulus Lib. 1. ad Edictum.

Si quis in jus vocatus non ierit ex causa a competenti iudice, multa, pro jurisdictione judicis damnabitur.

RUSTICITATI enim hominis parcendum erit.

B b b

Item

Item si nihil interfuit actoris, eo tempore in jus adversarium venisse, remittit prætor pœnam : puta quia feriatus dies fuit.

CRiphorum auceps Paulus, deceptit forte Nostros, in L. 2. ff. *Si quis in jus voc. non ierit*. Dum per, *rusticitatem ibi, mores abominandos agrestes*, intellexerunt, cum contra verius esse arbitret, ipsam ibi *favorabilem agriculturam* intelligendam esse, ut in L. 1. pr. in fine ff. *de Fer.* Adde (2.), Verl. *Si quis in jus vocatus non ierit NB. ex causa &c.* Vis enim tu dicere, aliquem NB. *ex causa* non ivisse, qui agrestibus suis moribus non ivit? Et quid (3.) esset malis moribus indulgere, si non illud hoc esset, contra L. 1. *de Inst. & jur.* Adde *to : parcendum.* Quod enim NB. *gratia* verbum est, quo excipere quidem debemus rem *favorabilem, agriculturam*, aut non mores *agrestes.* Quis vult hisce parcere? (4.) Quis ita contemnti *judicem rustico*, præbetit *veniam*, quem sibi tanquam rustico *notorie præstantem atque præpositum*, ne contemnat, naturalis illum ratio docet? Conf. L. 2. C. *de in jus voc.* Si p̄ma hæc naturalia tam stultus sit ut nesciat, ergo discat. (5.) Sed quid esset tandem, *asylum aperire omnibus, quo impune contemnere judicem possent*; Quid esset, *judicium elusorium reddere*, si illud non hoc esset, velle dicere: *Si quis moribus rusticis ad judicem non venit, impune non venit?* Sic nullum tandem *rusticum*, domine *judex*, haberes in *judicio*. Et unde tum *byrsa tuz delicia?*

X V I I.

L. 59. §. 1. de usufructu & quemadmodum quis utatur fruatur.

Paulus Libro 3. Sententiarum.

Quidquid in fundo nascitur vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet; pensiones quoque jam antea locatorum agrorum, si ipse quoque specialiter comprehense sint. Sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter excepta, POTEST USUFRACTUARIUS CONDUCTOREM REPELLERE.

L Anterbachium hodie explicans, denuo est, ut hucusque perpetuo, verba mo-
 ITR,

rer. quæ habet. p. 379. *etiam usufructuarius*, scil. *expellere potest conductorem*, sed ipsam quam allegavit legem 59. §. 1. *de usuf.* nunc evolvens, falso Lauterbachium & ante eum alios ita ex lege illa declamasse, video. Utut enim quidem Paulum ibi *de usufructuaria* agere videam *expellente conductorem*, ita tamen hoc illum ad *pensiones* solas restringere, video. Ita (1.) habent verba: *fuerunt excepta*, pensiones scil. quibus de ante egerat. Ita (2.) vult refutandi illa Pauli Oratio: *Sed ad.* Quod antea ex aliorum sententia dixerat: *Pensiones quoque, ante locatorum agrorum, posse usufructuarium petere, tum, si illa quoque specialiter comprehensa sint*; Hoc Paulus exemplo emptionis refutat, ut *petere illas conductor possit licet specialiter comprehensa non sint*. vel, ut ille ait: *nisi specialiter excepta sunt, poterit illas usufructuarius petere* (39). Nec mutat verbum: *Conductorem*, quod credo nostros seduxit; quasi vero, quod alias de *locatore* petendo pensiones, scriptum esse deberet. Nil facit hoc ad rem, anteverti dicere. PETET enim usufructuarius pensiones illas a conductore: EXCIPIT hic, se illas debere locatori: Excipientem ita REPELLET usufructuarius. Vel, si vis pertinaciter, *locatorem* ibi tum debere esse scriptum, nihil etiam attinet; erit enim ille etiam ibi sub verbo: *conductoris*, memoratus. Verbis enim illis: *locationis*, atque *conductionis*, promiscue olim usos JCtos veteres, constat. Sed & Paulum hoc stilo usum hic fuisse, patet, ex Verbo: *venditionis*. *Emptorem* enim, illum ibi significare, proba, dum ab *eo* ad usufructuarium *repellentem* argumentatur. Repellet ergo & ibi *emptor* locatorem, ut hic *usufructuarius*. Repellet autem eum a petendis pensionibus. Ita esse adhuc ipsa notio: *Repellet*, probat; Quippe quod alias esse debebat: *Expelles*. Expellimus a fundo locato quem jam habet, conductorem; Sed *repellimus* a petendis pensionibus, locatorem; Vel etiam conductorem, sensu quo dixi. Sententiam quam proposui, habet rationem: Quod locator qui antea fundum locavit atque usum in conductorem jam transulit, sibi ipsimet illo adempto, postea in usufructuarium transferre non poterit. Quoad locatorem enim, non poterit, ille usum quem ipse non magis habet, sed in conductorem transtulit, eo sibi privato, in usufructuarium transferre. L. 54. R. 7. Neque etiam quoad conductorem; invito ipsi auferri ita poterit usus semel acquisitus. L. 11. Reg. Jur. Hoc habet Paulus: *usufructuarius, quia USUM FRUCTUM habet, & sic ad omnem modum utetur, sic etiam IPSAS PENSIONES lucrabitur, agrorum antea locatorum, sed nunc, ipsi concessorum.* Vel clarus sensus hic erit: *ex fundo locato, sed in usum fructum nunc concesso alteri, non quidem expellere ante tempus finitum poterit conductorem usufructuarius; Pensiones attamen quas conductor alias solvere debebat locatori, nunc solvet ille Usufructuarius.* Hoc habet Paulus: etiam, quoad pensiones, ad hunc modum etiam, usufructuarius utitur.

Cæterum: dum in hoc titulo id docetur, quale lucrum, sive quousque uti frui possit usufructuarius, scribenti in mentem venit, posse, forte

nos vers. in hac rubrica nostra : *quemadmodum*, separatis ita : *quem ad modum* ; legere, atque *ro: modum* sumere non ut alias pro *conditione* aliqua, sed pro ipsa *quantitate* aliqua sive *summa*. H.e. docet titulus, *quousque*, sive *quale lucrum*, ad usufructuarium pertineat. Eodem modo, ut in titulo ff. *solutio matrimonio dos quemadmodum*, pro *quem ad modum* petatur. Conf. sup. notata nostra de Jure Nat. p. 15. junct. §. 2. Inst. de Hered. qual. & diff. v. **QUODAMMODO** (H.e. *quodam modo*, ad usque legitimam portionem scil.) *Domini sunt liberi rerum Paternarum*. Sic autem restituta rubrica, argumentum iterum habebit nostra in d. L. explicatio. Uti scil. poterit usufructuarius ad *omnem*, etiam ad hunc modum, ut pensiones ad illum pertineant. Probat autem ita rubricam, omnis, quoad tres servitutes personales illas, *usum*, *usufructumque*, atque *habitationem*, in nostro jure notata differentia. Quam tribus verbis ita ego significo: *nullo, uno, omni modo*. Usus habens tantummodo uti potest ad indigentiam, *nullo modo* frui ad lucrum ; Habitationem habens, fruitur etiam ad lucrum, sed *uno modo* habitando scil. Usufructum habens, ædibus fruitur *omni modo*, etiam extra habitationem. Etiam ad omne lucrum. Vid. nostra Tria verba ad Inst. tit. de Serv.

X V I I I.

Ad Tit. ff. de Usurpationibus & Usucapionibus.

Eodem hoc die est, titulum ff. de *usurpationibus & usucapionibus* explicanti in collegio, quod ajunt privatissimo, viro nobilissimo, quem morum atque eruditionis suæ causa, nomino J. P. de Prato, ut in mentem venit, explicanti illum titulum, atque *in negro* ipsi narro, sic est, ex ore pro se & pro typographo, desideranti, (quam aliam hac vice non habeo) materiam, sic est ex ore calamo Ille excipit, sic est emancipo typographo: Forte, inquam, inverto ordine in hac Rubrica legi ira debet : *De usucapionibus & usurpationibus*. Ita autem (1.) quia *υσεγον νεοτερον* esset & contra ordinariam docendi methodum, velle antea docere, quemadmodum res usurpetur hoc est amittatur, antequam ipsa illa res exposita sit. Ita (2.) vult ipsum nigrum, in quo enim videmus, *primo* tractatum esse de Usucapione, *tum* de usurpatione. Vid. L. 1. & seq. h. t. Argumentum autem a nigro ad rubrum procedere, docuerunt ante me alii. Ita (3.) vult, mos fuetus in nostris Rubricis, juxta quem passim contraria postponuntur, vid. E. g. tit. ff. de *fide Instrumentorum & NB. omissione eorum*. Vel, ut est in codice, de *fide Instrumentorum & amissione eorum*. Adde titulos de *acquirenda vel amittenda possessione* &c. (4.) Ceu & alias, rubricas nostras vitiose hodie legi, probavi supra ad tit. de *fide Instrum & omissione eorum*. (5.) Sed & hic ita esse, nominatim Paulus probat, in L. 2. h. t. dum ita habet : *usurpatio est usu-*

usurpationis interruptio, Oratores autem *usurpationem*, *frequentem usum* vocant. Oratorum sententiam addit, illam refutando. Ut omnino sciamus, *usurpationem* hic ita non sumi. Ut non vero simile sit, *sectarum simyctas*, rubricam concepit, ut hodie legitur, cum ex eo ordine putare quis posset, ac si *usurpatione* hic etiam esset *usurpatione*, sive *usurpatione* frequens. (6.) Quem dixi ordinem, probat clare Paulus in L. 4. ibidem. vers. : *Hoc ordine &c.*

X I X.

L. 35. *Princ. Ex quib. caus. Maj.*

Paulus Lib. 3. ad Legem Juliam & Papiam.

Qui mittuntur ut milites ducerent, aut reducerent, aut
LEGENDI CURARENT, *reipublica causa*
absunt.

Π *Αντιστοιχε*, Paule moveris? Annon, ac si Deus Pan, metum tibi inculcasset, ita Tibi videtur, dum tot erga te in L. 35. pr. *ex quib. c. m.* curantem legentes milites, stringentes gladium ex utroque latere acutum criticum, in statu stantes deprehendis cretenses? An potius, quibus tu septus sis Grippis, Magister Paule, illi ignorant; Teque Victorem existimas? Utique, subtrilitatum Sectaror! Io Tibi Triumphe! Habes! Hoc habes! Peractum est! Victor Paule existis. Ellepticum nimirum Pauli stratagema, utque verba subaudiamus, quæ omisit, ut alias pro more suo, ita & in d. L. decepisse Nostros, existimo, dum ibi loco: *legendi curarent*, ita malunt corrigendum esse: *legendos curarent*, Plurimi;

II. Haloander: *Legendi curam gererent.*

III. Satius erit, ni fallor, si unica, I in O mutata littera, ad hunc sensum, textum restituas: *Qui mittuntur, ut milites ducerent, aut reducerent, aut legendo* (subaudi, prædictos illos milites) *curarent, reipublica causa absunt.* H. c. Etiam illi *qui mittuntur, ut militibus legentibus curarent, reipublica causa absunt.*

IV. Cui convenit, si ita substitueris: *ut legenti curarent.* Ita corrigemus nihil hætenus, quod, litteras T. & D. permutasse veteres, & alia, a *Dque fæda conjunctio probat*, in Florentinis, in L. 53. pro Soc.

V. Vel, etiam: *ut legendis curarent.*

VI. Vel, denique corrigendo nihil ex stilo veterum, legamus, per *ανα-δραστη*: *ut legendi cura curarent.*

X X.

L. 28. de Probat.

*Si arbiter animadvertere debeat an operis facti memoria
 exstet: hoc si querendum est: an aliquis meminerit, id
 opus factum esse. PAULUS . Immo cum in arbitrio
 queritur, memoria facti operis exstet, necne: non hoc
 queritur, num aliquis meminerit: quo die, aut quo
 consule factum sit, sed num hoc aliquo modo probari
 possit, quando id opus factum sit, & hoc ita, quod
 Græci dicere solent. ΕΝ ΠΛΑΤΕΙ ΕΝΙΜ ΠΟΤΕΣΤ
 ΗΟC ΜΕΜΟΡΙΑ ΝΟΝ ΤΕΝΕΡΙ, intra an-
 num (puta) factum: cum interim nemo sit eorum,
 qui meminerit, quibus consulibus id viderit: sed CUM
 omnium hæc est opinio: nec audisse, nec vidisse, cum id
 opus fieret: neque ex eis audisse, qui vidissent, aut au-
 dissent, & hoc infinite similiter sursum versum accidet,
 CUM memoria operis facti non exstaret.*

MAledictum Paulum, per capillos vult interrogare de sua mente Fulgositus, ubi tam obscure loquitur, ut licet ter Eum legerit, sonare tamen ipsi non velit. *Vid. sup. p. 336. in Pref. ad Lect.* Melius autem ex mea sententia optasset Fulgositus, sibi mulierem præditam Pythone quæ Hendori fuit. ut illa ipsi Paulum evocasset, atque ipse ita interrogare Eum ille de sua mente possit, bona pace potius, quam ad id eum inter manus suas adoptare, ut pugnorum jure per capillos ipsi ille sonare velit.

Sed liceat per capillos Paulum interroges, non sonabit tibi tamen credo in L. 28. ff. de Prob. ὅ. ἐν πλατει ἐνιμ Ἔc. Neque ipse ille quidem etiam, licet femina prædita Pythone Eum evocasset, interpret esse suorum ibi verborum posset, quemadmodum scilicet illa nostri Critici mutaverunt.

I. Robertus enim, sublata : *non*, particula, ejusque loco : *non*, restituens, το : *επιπλαται*, autem separato : *εν πλαται* atque, facta tandem verborum Metamorphosi, ita legendum existimat : *εν πλαται*. Num enim potest hoc memoria teneri intra annum puta factum.

II. Rævardus eandem quidem separationem imitans, sed, quod Robertus abjecerat, rem tanquam nullius suspicor, primum iterum occupans : το : *non*, in priore verborum parte reperendo, ita mavult : *εν πλαται*. Non enim potest hoc memoria non teneri.

III. Aliter adhuc Haloander, atque lectionem Græcam cum Latina conjunctim legens, verbis vero : *enim potest*, transformatis, sed & demto iterum verbo illo (O Gentium particula!) *non*, ita putat : *εν πλαται potest enim hoc memoria teneri*.

IV. Alii hic adhuc ita το : *non*, collocant : *enim potest hoc memoria non teneri, non intra annum*. Et quomodo non ludunt, τϵ : *non* entes nostri, Tecum, O miserabilis celeberrima *non* particula?

V. Verum vero : Magistrum nostrum Paulum licet ter hic legas atque iter, licet per capillos Eum interroges, violentasque quas velis manus criticas endo illum jacias proterva criticorum natio, tamen adhuc non vobis sonare velit, si nobilissimi viri hujus, aliorumque Jctorum veterum, stilum scribendi non recte noveris. (1.) Confusa autem Græcæ cum latina locutionis oratione scripsisse Eos sæpius, constat. Conf: L. 3. ff. D. LL. *ψ. in his que επι το πλειον accidunt. Si quis asinum meum coegisset & in equas suas της γους duntaxat χαρειν i. e. genitura suscipiendique fetus gratia admisset*, habet Ulpianus in L. 52. §. 20. *de furt. Sc.* Sed & in eisdem nostris verbis *επιπλαται* ita vide, non quidem in L. 13. *de solut.* in L. 13. *de Cond. trit. ψ. mortis tempus*, sed *εν πλαται* quod latius secundum celsum erit spectandum. (2.) Porro autem, ipsa illa verba : *εν πλαται*, apud Veteres nostros juris Philosophos, nihil aliud significaverunt, quam : *cum laxamento aliquo, non ad liquidum non tam precise*. Conf. d. L. pen. & 13. Adde Jac. curt. *εχασω* V. 1. 18. (3.) Denique autem dua negatiya affirmare, ex nostri juris Grammatica, vide in L. 237. *de Verb. Sign.* Quibus nunc collatis, verba Pauli : *επιπλαται enim potest hoc memoria non teneri*, non aliud quam hoc significabunt : *Ad liquidum enim potest hoc memoria teneri, vel, εν πλαται, sive, NON ad liquidum enim potest hoc memoria NON teneri*. Ita Paulum habere, quomodo dubites? Cum enim de memoria facti faciliori, intra annum scil. quam quidem sub hoc illove consule evenientis agat, arg. *ψ. cum nemo*, quæso, quomodo mentem suam, ut scil. *memoria teneri possit quo anno quid factum sit*, clarius noster Jctus significare potuit, quem duplici negatiya dictione, unam scil. expresse, alteram re ipsa ac τη δυναμει tacite in verbis : *επιπλαται*, exprimens? Dic autem nunc Revarde, rogo, dicite mihi, amabo vos, reliqui nostri critici, ad mentem Pauli eruendam quam vultis, quod interest;

num

num vobis eum Pauli verbis mutatis, dicam : non enim potest ad liquidum hoc memoria non teneri ; Potest enim ad liquidum hoc memoria teneri ; Sive Pauli verbis salvis servatis, dixerim : Non ad liquidum (in textu est, *επλαται*), enim potest hoc memoria non teneri ? Vix est, credo, nisi, quod ajunt, de nomine disputare malueris, difficeri potueris, unam eandemque ita nos cantare cantianunculam. Quarto, an non laudem potius Paulus mereatur, quam violentas vestras manus, dum subtili sic satis, sibi que perquam familiari concisæ dictionis figura non modo, sed & artificiosissima insuper illa linguæ Græcæ cum latina locutionis confusione, compendium dictionis sequi mavult, quam verbis supervacuis Lectorem morari, atque oratione tali, sic suspensum potius Lectorem, more suo fallere, atque stilo brevi uti maluisse videatur, quam, non necessariis verbis abuti ? Cum alias vitio verti soleat, per plura facere, quod per pauca potest. Verbis autem illis : *επλαται* &c. ita nunc explicitis atque collatis cum præcedentibus : *Et hoc ita* &c. sensus omnium huc redibit : Paulum in verbis : *επλαται* &c. probare ulterius, quod antea dixerat, atque ita quoque dixisse Græcos habet. Num memoria facti operis extet, quarendum esse, putat Paulus, num probari possit, aliquo modo, quando hoc opus factum sit ? Idem dixisse Græcos, ita addit : *Et hoc ita quod Græci dicere solent*. Suam, Græcorumque eandem sententiam probando atque ideo Græca voce incipiendo, ita pergit : *επλαται* enim potest hoc memoria non teneri ? Quod si non tamen putes, idem Græcos, quod Paulus, in verbis, iis : *Et hoc ita quod* &c. probasse ; Sed *ψ. επλαται*, ad illos eosdem Græcos potius referendum esse ; Non iterum tamen opus erit aliquid hic corrigere, sed interrogandi indicio posito post verbum : *factum*, idem sensus erit, hoc modo : *Enim potest hoc memoria non teneri, intra annum puta factum ?* Quasi extra dubitationis aleam omnem Paulus id constituat. Stilo JCrōrum & alias familiari sic satis. Conf. L. 32. §. 1. ff. d. LL. *ψ. nam quid interest* &c. Add. 2. Chron. C. 1. *ψ. 10*. Si modo hoc cum Pauli stilo convenire probare possimus, sensu illo interrogandi quem dixi, orationem Eum cum propositione : *enim*, inchoasse, quæ alias post poni solet. Neque amplius de verb. *επλαται*.

Quod vero porro, in fine nostræ legis, cum memoria, sibi velit non bene percipio. Quid ? *tum memoria*, præter lectionem communem, esse legendum existimo : Ob necessariam videlicet *ψ. præcedentis* : sed NB. cum *omnium*, constructionem. Quippe quæ ibi : *cum*, particula, si non ordinariæ regulæ Grammaticæ me fallant, relativum verbum : *tum*, post se desiderat. Quod enim Robertus in dicto illo *ψ. sed cum omnium*, legendum putat : sed *τις ομνιων*, in eo egregie ille fallitur. Quoniam verbis hisce certissimum *καθηλον*, JCrum significare voluisse videtur, ex quo curatius scilicet demum agnoscere quis posset, *quando facti operis memoria non extare credenda sit*. Cum itaque ante posita Pauli illa verba : *sed cum omnium*, subsequentiū : *cum*

τις ομνιων

memoria facti operis non extaret, reapse interpretatoria sint, ipsa uique latinae linguae ratio vult, emendatoriam Roberti particulam : *tunc*, non ipsi pratenso versiculo : *sed cum omnium hac*; verum finali, potius legis nostrae periodo : *cum memoria operis facti*, examullum convenire. Ex intellecta ita nunc Pauli mente, claret utique, temerariam esse adhuc Haloandri correctionem, dum circa finem legis nostrae, loco : *accidet*, *accideret*, substituendum esse monet, seductus credo, vulgata, sed erronea, verborum sequentium : *cum* (pro *tum*) *memoria operis facti non extat*, quibus nimirum verbis conjungere illa; *Et hoc Sc.* Illum voluisse, videtur. Quod certe non fecisset, si loco erroneæ ibi vocis : *cum*, legisset, *tunc*, ceu oportet vidimus. Sed quam sit pulcherille Haloander sua opinione falsus, ita ipse viderit; quoniam dictus *Et hoc in fine*, connexam omnino rationem habet cum præcedenti (cujus velut appendix est) Vers. *sed cum omnium*; Ubi ergo, postquam particula, *cum*; indicativo modo juncta recte fuisset, ibi *hac NB. est opinio*, nullam prorsus causam video, cur nostra illa per copulam : *Et*, indicativo præcedente copulata, in conjunctivum transire modum debeat? Si quid tamen vis corrigam, emendabo *accidit*. proclivi vitio. Vel, *accidit. E. & I.*, enim etiam permutasse veteres, constat.

Illud in d. Lege nostra coll. d. L. 2. §. 8. *de aq. Et aq. plu. arc. act.* adhuc observare liceat : Labeonem in L. nostra 28. memorare & memorando probare, sententiam Pauli; Contra, Paulum, in d. L. 1. §. 5. memorare ita eandem Labeonis sententiam. Quam Labeo dicit esse Pauli sententiam, in d. L. 28. hanc Labeonis esse, habet Paulus, in d. L. 2. §. 5. Nil dixeris, quod verosimile mihi videtur, in d. L. 28. in vers. *sed cum omnium*, ipsius iterum Labeonis verba incipere, refutantia tacite, quam hucusque in præcedentibus verbis retulerat, Pauli sententiam. Eamque vero Labeonis sententiam, Paulum nostrum astute in d. L. 2. memorasse & memorando quasi probare, ideo, ne alias refutatus a Labeone videri possit, sed, quasi vero, cum eo in idem sensisset. Tres video in dictis legibus, sententias, in quaestione, an operis memoria extet. I. *Quarendum esse num aliquis meminerit, quo die aut consule factum fuerit.* Sed refutata quæ est in vers., *immo Paulus Sc.* Ubi ita II. non præcise diem debere inspicere, sed quo anno, quid factum sit. Quin & hoc refutatum, vide sis in *sed annum Sc.* coll. d. L. 2. §. 5. Ut III. scil. Sufficiat, si adfuerit qui viderint vel audiverint, vel ipsi, vel ab aliis, id opus factum fuisse.

Quod vero Gotofredus ad Legem nostram, tribus verbis docet, quando, de auditu admitti testimonium possit, scil. 1. *in novi operis nunciacione*, 2. *Finalibus quaestionibus*, 3. *Factis antiquis*, hoc ego in illa lege non video; cum de solius operis facti memoria, JCrus egerit. Immo non in hoc, indistincte testimonium tale assiduum esse, deprehendo; sed tantum, memoriam ejus operis extare, in casu Q. D. A. Et quomodo, dic fodes ex animi sententia, testi-

monium satis locuples dicere poteris, ejus, qui aliquem, qui magis non adest, ita aliquando dixisse, se audivisse testatur. Cum multa in sermone dici solent, ad quæ non attendamus oportet. Conf. §. 1. *Mil. Test.* Seneca recte, *secunde nota talis testes dixerit.* 4. *Nat. quæst.* Dic, ex lege nostra : aliquo modo ita probari extare memoriam, quo de arbitrabitur arbitrer.

Illud mihi evolventi dictam L. 52. §. 20. de *furt.* accidit, ut magis dubitem in controversiâ, *an actio furti ob rem minimam dari possit?* Ita aliquando mihi visum fuit, distinguî posse, *furti* quidem teneri, *actione in factum* scil. sed non *actione furti* famosa : ceu sentiens ita, eodem modo quoque præter vulgatos explicui legens Legem 8. ff. *fam. ercisc.* Sed quod nunc iterum dubitem facit L. d. 52. §. 20. Sicuti enim ratione seminis (rei minimæ) cabalini amissi, *actionem* competere lægo, si animus furandi fuit, ita vero *actionem ipsam furti famosam* intelligendam ibi esse, argumentor, quod in seq. demum casu ubi animus furandi defuit, *actionem in factum* competere, habet. Dum *actio in factum*, *actioni illi* de qua in *§. præc.* opponitur, utique *actio in factum* intelligi ibi non poterit. Sed dicam ex professo, considerans maturius.

X X I.

L. ult. ff. de Rit. Nupt.

Paulus Libro singulari ad Sc. Turpyllianum.

Jure Gentium incestum committit qui ex gradu adscendentium, vel descendantium uxorem duxerit. Qui vero ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel affinè, quam impeditur : si quid palam fecerit, levius : si vero clam hoc commiserit, gravius punitur. Cujus diversitatis illa ratio est circa matrimonium, quod ex latere NON BENE contrahitur. Palam delinquentes ut errantes majore pœna excusantur : clam committentes ut contumaces plectuntur.

Verbis : *non bene contrahitur*, in L. ult. ff. de Rit. Nupt. quid quidem respondit de jure Paulus, non est una eademque Interpretum nostrorum divinatio ; An *juris* nempe *Gentium incestus* ibi, de quo in pr. ibidem Ille dixerat ; An remissius demum aliquid, quod *contra publicam solummodo hominum honestatem*

fit,

fit, denotari oporteat? Conf. Gotofr. ib. Lit. f. Nonnullis PRIOREM, Aliis POSTERIOREM hactenus opinionem propugnantibus, neutrum existiman-
tium genus probare me posse, percipio. Et ne illotis hanc rem manibus atti-
gisse, sed ordine tractasse, videamur, prazmitto igitur.

I.

Incestus vocem, qua Paulus utitur, a prazpositione: *in* (vi aduersativa hoc loco, sicuti in *inofficioso*, *inutili* &c.) & *casto*, id est, castitate seu pudicitia naturali, suum sortiri etymon. Incestas autem nuptias, sępius etiam *ne-
farias* a negativo: *nec* sive *non* (ut in *nec manifesto furto*, *nec expectato*, *nec
valentibus* in §. 3. obl. q. ex del. nasc. §. 5. de att. tut. L. un. C. Thef. Sed & ille
nefus esto per quem tria verba silentur) & *fas*, id est *honestatem*, Jctos nostros
appellatę, Vid. §. 1. Inst. de Nupt. L. 35. d. Verb. obl. L. 3 §. 1. de Don. int.
Vir. & Ux.

I I.

Quemadmodum *Gentium jus*, in duas vulgo species dividitur: PRIMARIUM (quod & ipsum jus Naturę recte dicitur) puta, quod cum ipso simul
homine natum, primoque cuius obtutu non minus evidentissimum, quam aeterna
quoque veritatis apud omnes homines existere videtur, §. Pen. Inst. de Jur. Nat.
Ciceroni, *prima intelligentia semina*, Philosophis, *innata nobiscum idea*, appel-
lantur; Et SECUNDARIUM alterum (jus gentium in specie nonnullis di-
ctum) quod non absque pracedenti scilicet aliquo humani ratiocinii conatu, ex simpli-
cissimis illis, cuilibet homini ingentis, sapientia principiis educi necessum est, ante-
quam clare distincteque ab aliquo percipiatur. §. 2. v. nam usu exigente Inst. de
Jur. Nat. Simili insuper modo,

I I I.

Et *incestum* esse duplicis generis recte statueris: ALTERUM,
JURIS GENTIUM PRIMARIUM, cujus nempe facinorosa perpetratio, ad
primum quemvis animi obrutum, absque ulteriori ullo ratiocinii labore, con-
tra primas humanę mentis ideas adeo pugnare animadvertitur, ut *quilibet* ex
qualibet hominum gente, eandem maxime derestandam puniendamque illico
judicet, si sapiat; ALTERUM, JURIS GENTIUM SECUNDARIUM,
qui confestim quidem cuius homini, nuptialem ejusmodi coitum audienti,
improbari vulgo non deprehenditur, sed ad *aversionem* tamen ejus seu *adixiam*
naturalem clare distincteque intelligendam, qualequale rationis ulteriori argu-
mento, ex innatis sibi ideis attentius construendo indiget; adeoque *non ea-
dem semper constantia ab omnibus* omnino hominibus gentibusque, sed a *mora-
tioribus* tantum quotidie reprobatur legitur. His veluti nunc ex naturali
Philosophia in antecessum monitis.

I V.

Nuptias quidem illas, quę in linea recta inter adscendentes descendentes-

C c c 2

que

que initæ sunt , inter Patrem v. g. filiamve , ad prioris Gentium jûris incestum pertinere, nullus ambigo. Sane enim hujus prohibitionis fundamentum adeo in natura positum est , ut si quis ideam *matrimonii*, cum *parentum* filiorumque idea, comparare vel obiter saltem non dubitaverit, e vestigio repugnantem earum combinationem deprehensurus sit. Idea *matrimonii* est , quod (1.) inæquale aliquod fœdus, superioritatem nempe marito tribuens, sapiat (2.) confortium simul tamen atque mutuuum adjutorium quodcumque possibile exigens, Conf. L. 1. §. 1. *confortium* ff. h. t. L. 12. §. 1. *quod & corpore*. C. Q. pot. in pign. L. 3. §. 3. §. 4. *qui aliquo jure*, coll. §. 4. §. 1. *secundum hac ff. de Don. int. Vir. & Ux. Gen. 3. §. 16.* Idea porro, *parentum liberorumque* talis est : ut reverentiam *illis* ceu superioribus, ab *his*, velut inferioribus debitam involvat, L. 4. ff. de *Curas, furios.* Compares nunc has duas tam *parentum liberorumque* quam & *matrimonii* ideas, atque videbis statim, prohibita ejusmodi in recta linea, *matrimonia* esse. Finge etenim, *filium matri* junctam; an amplius aliquem esse locum *reverentia* matri natura debita, dixeris, in eo vitæ negotio, ubi *civilem* æque ac *naturalem*, *capitis superiorisque*, locum mariti personam tenet? Demus iterum, in manum *Patris* venite *filiam*; numque eam reapse quam ingenta *natura* pietas exegit, in sociali isthoc fœdore, observationem comperias? Sed an non hoc natura Te docet, turpe esse, te ad locum redire in quo te Pater semen concepit, vel, avus in Patre tuo? Modeste quæro num subiges fili, Tibi matrem, quam ipse Deus præposuit; Aut pari amore in patrem certabis filia, quo Tu per naturam inferior es? An non pudet proprium semen filiam oppugnare semine? An naturale quidem fœdus pati potest, ut id quod ascendit descenditque ab aliquo, cum hoc sit idem? Dic, an non ad primam cogitationem, ejusmodi consuetudinum quasi natura abhœreas; An non ad cogitationem nuditatis detectæ v. g. matris tuæ, quasi pudeat? Si sapius animo tuo actus ejusmodi volveris, alia fortean res erit, quasi jam ista consuetudine inductum, ut in peccatis reliquis; Sed quæro, caste, an non ad propositum ita animo tuo vice prima casum, quasi natura pudeat, vel quasi retrogredieris? Me certe hæc scribentem pudet natura. Attende mutuuum, qui esse debet inter conjuges, Amorem; attende in reliquis mutuuum in matrimonio præstandum adjutorium, attende superioritatem, pietatem, reverentiam inter parentes conjugesque obtinentem, attende alia quæ dixi in princ. de Jur. Naturæ, contra primas humanæ mentis ideas ita pugnare videbis, ut quilibet sapiens illico judicet, prohibitum esse ejusmodi matrimonium, v. g. Patrem filia filiamque matri suæ nuptiis conjugari. Conf. L. 14. §. 2. in fin. ff. h. t. Qualem vero

V.

Primam, *idearum repugnantiam*, non animadvertamus, inter eorum nuptias, qui in *collaterali* sibi cognationis naturalis linea sunt, ubi minor scilicet.

Vinculi

Vinculi arctitudo intercedit §. 2. d. Nupt. Grot. de Jur. Bell. & Pac. 2. §. 12. Quia & plura alia sunt, quæ in linea cognationis recta obtinere vidimus; Sed ad veram istiusmodi conjunctionis *avouant* liquidius perspiciendam, exactiori mentis ratiocinio per remotiores ex jure naturæ petitas consequentias, vel a posteriori demum quod ajunt, id est a revelatione divina, Hebræis primum in Veteri Testamento facta, nec non a cultioribus postea gentibus, ad nos usque, usu passim comprobata, instituendo opus est. Quare, quin talis conjunctionis vitæ modi, ad *Jus Gentium secundarium* pertineant, nullus magis ambigo. Ex dictis, jam parata est via ad Pauli verba.

V I.

Paulum autem in verbis : *non bene contrahitur*, significasse jus gentium quod vidimus secundarium, atque cognationem illam, qua de ibi agit, & supra vidimus, in collateralis linea prohibitam, ad *incestum* juris gentium secundarii retulisse, sequentibus quibusdam argumentis probabo. (1.) Incestus juris Gentium secundarii, ejusmodi conjunctiones esse revera, jam vidimus. (2.) Quin in idem Paulum consentire, probó, quia & ita putat in L. 35. §. 1. h. r. Ita enim itaque id eum hic negasse, dicere non debes. Contra, hic probasse Eum idem, probant verba, Q. D. A. : *non bene*. Quid enim hoc est aliud quam contra *bonos mores* ? Et quid hoc aliud, quam contra *Jus Gentium secundarium* ? Cum enim *publicam dicta honestatis pudorisque regulam* frangere, ac secundarium adeo illud *Gentium jus*, quod humana ut ante dictum moratiorum Gentium utilitas paullatim necessitasque introduxit, lædere NB. *bonosque simul mores turpiter* profiteri dicendi sunt, qui ejusmodi in cognationis gradu prohibitas nuptias contrahunt ; Quid obsecro manifestius de iis tandem haud simulati juris Mysta prædicaverit, quam quod Paulus ille noster hic inquit : *non bene nuptias illas ex latere contrahi* ? Porro : dum alias verba : *boni mores ; jus gentium* significant, quare non & verbo : *bene*, idem significet *jus*. Sed ulterius, dum in ipsa nostra questione prohibiti in collateralis linea matrimonii, *boni mores*, *jus gentium* significant, dum, per ea verba, eadem illa ex latere matrimonia, quibus & de hic Paulus agit, JCrī nostri, sed & ipse Paulus probat, contrahi ea contra *jus Gentium*, idem utique significaveris, sive : *non bene contrahi* (hic cum Paulo), *sive contra bonos mores*, cum eodem Paulo in L. 59. §. 1. h. r. L. 35. §. 1. *P. Obl. contrahi* ejusmodi matrimonia, dixeris. Utique, nisi turpem fortean *nomini* movere licet malueris, aut de lana quod ajunt caprina disputare. (3.) Paulum, hic ut alibi cum aliis nostris JCrīs, contra *jus Gentium* contractas nuptias significasse, facit observatio : quod utraque prohibitarum nuptiarum species, tam illa quæ in recta linea, quam & altera quæ ex latere committitur, *incestus* quidem eodem vocabulo notetur ; Sed cum hoc tamen adhuc notabili utriusque incestus discrimine, quod illæ, *in collateralis verita cognationis linea*, con-

tractæ nuptiæ, simplici solo *incestarum* nuptiarum nomine veniant; Cum eadem contra in recta linea factæ nuptiæ, non *inceste* tantum in nostro jure vocentur, sed & *nefarie* simul audire passim meruerint. Vid. sup. Num. 1. Ob impudentius nimirum rectæ rationis vulnus atque turbatum in linea recta sanguinis ordinem, quasi quæ *nefas*, *nullum fas*, continentis crimen, notari debeant. Sed quas *nec dari* nuptias debemus, nullo suo merito illo nomine dignas. Quin *nec dari* ejusmodi coitus ex prudentiori politica ratione ita debemus, sed tacendo potius de iis ponamus atque in hominum animum inducamus, quasi quæ ob fœditatem committi non possint. Conf. L. 31. C. adult. §. non expedit. Nefas dictum crimen est! (7) Probat dicta vocum illarum, *incestus*, atque *nefariarum* nuptiarum observatio, incestum de jure Gentium primario in linea recta, at in ea laterali linea; de jure Gentium secundario, committi. Illud non incestum (non castum) tantum, sed & *nefas*, quas nec dari quidem nuptias debemus, appellant. Probat dicta observatio; & ita quoque Paulum in L. Q. D. A., sentire. Quod in initio legis nostræ ille dixerat in linea recta *incestum committi*, verba sunt, & ad illas ex latere prohibitas nuptias pertinentia. Hinc ne eandem tamen incestus speciem in utraque probasse significet, alteram illam verbis indicat: *non bene contrahitur*. (8.) Eandem suam adhuc animi sententiam, Paulus eo probat, dum ipse quantum ad *matrimonium* *hos non bene contractum* distinguit, an *clam* illud sit an *palam* factum; Palam delinquentes ut errantes majori pœna excusat, clam committentes ut contumaces majori pœna plectit. Dum ut *errantes* illos excusat, *palam* probat, jus tale esse quod primo obrutu cuilibet non statim pater; dum iterum tamen *clam* committentes ut *contumaces* punit, simul dicit, justamen tale esse quod diligentiori adhibita observatione scire homo possit, natura turpe esse, usque adeo ut palam contrahere pudeat. Dum ut *committentes* illos notat, pœnamque ab illis & quidem hoc casu graviorem exigit, utique dicit, *incestum juris gentium esse*. Siquidem alias enim matrimonia contra legem præcepta inita, sola actus ejus nullitate, esse contenta solent.

§. VII.

Quæ autem omnia, Viri, cum ita nunc sint, sic est sine dubio profitear: *in collateralis linea, inter fratres sororesque, sed & eos qui parentum liberorumque instar sunt, cocuntes, committere non contra jus gentium Primævum, at contra illud secundarium tamen.* Ita sentio (1.) per argumenta visa supra ipsa re obtinentia, Num. 4. & 5. Movet me (2.) juris nostri civilis, atque in specie, Pauli auctoritas, cum alibi, tum in Lege nostra. (3.) A sententia stat, quod apud plurimas Gentes ita obtinuit. Quæ enim ad prohibendas ejusmodi nuptias argumenta habuerunt sine dubio, ex Philosophia naturali prima defunta. (4.) Ita sentiam, vult ipse sacer codex Lev. 18. Ex quo enim locò eo ipso patet jam ante Leviticum, legis latas fuisse ejusmodi prohibitivas,

dum

dum ob earum violationes, pœnas dedere suas, Deo ita indicantè *Adamo* forte & *Noacho* postea. Adde (5.) 2. *Schem. 13.* Ubi enim dum ita contrahentes *stulte* agere legis, quid quæro hoc erit aliud, quam *non bene* contraxisse, sed contra bonos mores, atque jura. Conf. L. 9. de jur. fact. ign. *ψ. Scultis.* (6.) Idem argumento evinco, dum ita contrahentem mortis pœna, permitte Deo, affectum Ammonem atque interfectum ab Absolone legimus. Neque mutant, hunc *2di generis* incestum, quem *simplicem* alias ad prioris differentiam vocare possis, quædam a modernæ nostris Philosophiæ usurpatoribus in causa hac moveri solita, hinc inde præjudicia. V. g. (A) *ceremonialem* tantum aut *judiciariam* hanc, non *moralem* de prohibitis scilicet judæorum in *transversa* linea nuptiis, extitisse legem, qua alias, ajunt, extra Judæam gentes, sceptro imprimis ab Hebræis translato, adstringi iniquum sit. Arg. L. filii. jurisd. At contra, *morale* potius adeoque ad *secundarii* saltem *gentium juris* causam, pertinens hoc interdicti matrimonii genus esse, ex all. Lev. C. 18. *ψ. 14.* (ubi in ipsis quoque *NB. gentibus aliis puniuntur se ejusmodi nuptias interminatè omnipotens*) evidenter colligo. Non me etiam retrahit (B), quem opponere solent, locus 2. *Schem. 13. ψ. 11. 12. & 13.* in fine. Quoniam, ex communi logicorum axiomate, desumptum illud ibi a *prohibiti* cum sorore matrimonii *jure* (quo de in *ψ. 12. 13. pr.*), ad solius quidem *facti* (in seq. *ψ. 14.*) Propositi, causam, nullum procedit argumentum. Conf. L. 12. de Off. Pres. Contra jus, ammonem fecisse, probant, quæ anteverti dicere. Probat ita ipsis argumentis rerum, ipse ammon, dum post commissum flagitium, illum perdidit, atque odio habuit compressam a se, usque adeo, ut pessulum foribus obdiderit, ne ad illum illa redire possit. Ceu ita solent post commissa peccata, folia ipsa arborum hominem percutere, atque oculi aperti quibus tum videant, atque sentiant, se malefecisse. (C.) Non quid etiam evincit *Thamaris* ibidem Oratio in *ψ. 13.* Neque enim eam *ex vero* interpretemur fas est, sed *NB. solertiam quasi quandam ac bonum*, quod ajunt *dolum*, ad averrendum fortean eo commodiùs, a proposito hujusmodi nuptiarum facinore, *Ammonem*, politice, signat. Peccatum enim illud fuisse ex *Thamaris* animi sententia, probant præcedentia; Atque *ψ. seq.* dum renuisse coitum, illam, atque non nisi vi compellam ab Ammone robustiori, pati voluisse dicitur. Aut si vim hanc simulasse *Thamarim*, ex animo autem orationem suam *instruisse* velia (quod ego non tamen credo), quid non recte ira illam fecisse, sed postea oculos ipsi apertos fuisse atque vidisse ipsammet, se malum fecisse, pudorem propter peccatum habuisse, æque ac in *Ammone* vidimus, probant verba in *ψ. 16. mali maximi* atque *impositus capiti cinis, laceratum vestimentum* in *ψ. 19. &c.* At multo minus adhuc (D) reluctari antedictæ juris gentium prohibitioni, dicenda est causa 35. quæst. 1. c. 5. Ubi primis nimirum *Adami* temporibus, licita inter fratres sororesque matrimonia fuisse, ex *Augustino* adstruitur, atque ipsa

ipsa Sacra Biblia eo ipso monstrant, dum Adami liberos contraxisse matrimo-
 nia, plures autem homines quam Adamus ipseque liberi, non fuisse ab initio,
 constat. Sed sit ita, non inde tamen sequitur, ejusmodi matrimonia contra
 jus Gentium secundarium illud non esse. Deum enim Ter Optimum. Maxi-
 mum, seu ens (ut Philosophi inquirunt) longe perfectissimum. posse aliquan-
 do mutabilem pro suo arbitrio juris Naturæ circuitum facere ; Atque ex sin-
 gulari eademque imperferutabili, licet ita loqui, voluntate sua, ob pri-
 mam forsan humani generis paucitatem, dispensare recte potuisse, nihil pro-
 hibet, ita ergo humana post progenie mediocriter aucta, ad sequentia Ju-
 dæorum tempora, temerariam dictæ dispensationis extensionem fieri, nulla
 juris necessitas exigit. Arg. L. 14. LL. coll. L. 20. 21. ibid. Ceu & ad ipsam
 illam raritatem humani generis, Deum respexisse, in causa multiplicandi ge-
 neris, observo ex Gen. C. 9. §. 7. Deum ut libertimum humanæ naturæ opifi-
 cem, de ea pro arbitrio quoque disponere atque dispensare posse non tantum,
 sed ita facere quoque, probat noster Salvator J. Christus, ubi verba veteris
 legis, ita interpretatur : *Mosches pro duritia cordis vestri permisit (non precepit,*
conf. Ot. Dom. nostra h. l.) vobis dimittere uxores : caserum ab initio non fuit ita.
 Et Quem ita dicentem, ut nos (tanquam *Interpretem* ergo, non novum legis-
 latorem ut inepte Grotius) *audiamus nos*, ipse Deus Pater jussit. Sed Deum
 ita voluntatem nullo modo tamen mutare, & quibus modis adhuc hæc intel-
 ligi debeant, dixi supra de Jur. Nat. p. 39. & seqq. Illud est certissimum, quod dum
 nostro Christianorum ævo meliori ultimo, singulare illud primæ dispensatio-
 nis fundamentum paucitatis hominum, non amplius obtinere liquet, sic ergo
 sequioribus nostris posthæc temporibus, revelata a Deo per Moschen revela-
 tioni, plena adhuc vis potestatisque inesse debeat. Ne ceitur videlicet hujus-
 modi jus, ob causam *ejusdem sanguinis* vel *alias* soli legislatori æterno notas,
 nostra posthac, quibus una Creatori nostro sperandi gloria relicta esse debeat,
 ambitiosa si bvertat infirmas. Conf. L. 20. d. LL. Non me (E.) movet :
Gentes tamen repertas esse, apud quas ejusmodi matrimonia permisa fuere, non
magis, quam & apud gentes, in linea recta fuerint matrimonia licita, fur-
tum aliaque id genus maleficia. Non intellexerunt, scilicet illæ gentes, jura illa
naturalia. Aut si sciverunt, contra illa malefecerunt, volentes ita. Neque ta-
men mutaverunt, naturæ jus, sed contra illud egerunt. Conf. supra d. Jur.
Nat. Can. 29. & seqq. At ne vel ultimo quidem motor vulgatum illud politicorum
quod (F) habent suffragium : inter aequales paresque, fratres sororesque,
convenientem habere nuptiarum conjunctionem, & sic rationem reverentiæ prohi-
bentem alias in recta linea matrimonia, cessare. Non movet me, anteverti di-
cere. Licet enim illa, reverentiæ ratio cesset, non cessat ideo illa tamen : ho-
nestatis publicæ receptæ apud gentes, atque sanguinis ardentudinis ratio. Pudeat,
sanguinem tuum, in sanguinem patris (sororem tuam) dejicere. Sanguis
 (in

(in Te) Patris Tui ; cum sanguine Patris (in sorore tua), consuescere non debet. Sed vis tu argumentari vel audes, homo. miselle : *Reverentia ratio, atque alia omnis quam nosti, cessat in ejusmodi matrimonii causis, ergo & lex a Deo lata per Moschem prohibens, cessare debet ? Cave feceris. Et habuit Deus sine dubio rationem, si non quam dixi, aliam adhuc, quam patefacere nobis non cogitur, nec ut statim semper faciat, sanctissima ipsius solius sapientia, permittit. Conf. L. 20. LL. & illa : nihil est in occulto, quod non patefiet.* Suo tempore scil. Sufficiat nobis, Deum per Moschem prohibuisse matrimonia ejusmodi, sublatumque id nullibi esse vel interpretatum aliter in Novo Testamento. Quia contra potius, in gradu demum collateralis lineæ 4to, permessa tandem matrimonia esse, exemplo observo, matrimonii, inter Josephum & Mariam. Sed ne relata referam, vide Sup. Observ. Leg. 3.

Juxta hæc fundamenta respondere ego de jure soleo in causis prohibitarum nuptiarum.

I.

Stricte hic nos debere concludere ; non alia matrimonia debere nos dicere prohibita esse, nisi que nominatim prohibita legimus.

I I.

Non ex paritate rationis quidem qua nobis videtur, debere nos extensionem facere. Ratio, quia prohibita matrimonia, sunt contra duas naturales & ab initio latas leges: cum; illam: libertatis, tum & alteram hanc: crescite & multiplicamini.

I I I.

Quæ autem prohibita legimus, prohibita mansisse dicamus, nisi permessa esse nominatim videmus. *Quod enim mutatum non est, cur stare prohibetur ? Conf. L. 27. c. de Test.*

I V.

Non ex cessante ratione quidem, quæ nobis videtur, Deum movisse. *Quia ipsa lex prohibens nihilominus adhuc tamen adest, atque alia ratione adhuc motus esse potuit Deus, nobis incognita.*

V.

Potissimam vero rationem patefactam nobis, quare, ratione cognationis (vel affinitatis) prohibita sint matrimonia, sitam esse puto, in sanguine ipso, paterno, in primis, femine.

V I.

Ut ratione prohibitarum nuptiarum in d. Levit. loco, distingui nunc videris, inter **COGNATIONEM, & AFFINITATEM.** Quoad **PRIMUM**, iterum distingui videas, inter cognationem, quæ fit per *femem* (patris), & illam, quæ est per *sanguinem*, matris. Quoad **COGNATIONEM,**

D d d

idem

idem ferme sit ut de jure civili supra vidimus, *Obs Leg. I.* Vel esto regular *Ad suam* (h.e. parentis, sive primi sive ulterioris) *carnem*, suæque hujus carnis, carnis cognationem proximam, nemo accedito.

Quoad **AFFINITATEM** vero, adhibenda in regula sit, visa di-

stinctio cognationis, per *semen, & sanguinem*. Quoad **PRIUS**, hæc regula sit: *femini Tui* (h.e. qui te generavit, sive proxime sive mediate), *Seminisve hujus Tui, SEMINIS proximi*, nuditatem non detegas. H.e. quoad *prims*, Novercam aviamve, non duces, quia est *femini Tui* (patris, avive) nuditas. Quoad *alterum*, h.e. Patru viduam non duces, quia est *femini Tui, femini proximi* (h.e. avi Tui, filii) nuditas. Secus quoad **SANGUINEM**, ubi scil. solus *Tuus* sanguis attendendus, in regula. Ut regula ibi talis sit: *Sanguinis Tui* (h.e. matris, ulteriorisve ejus parentis) *nuditatem non detegas*. Ut sic avunculi viduam ducere liceat. Ratio, quia avunculus, non est *tui* sanguis, sed *tui* sanguinis, sanguis. Plane: quod sub **PATRU viduæ** prohibito matrimonio; d. Lev. loco, **AVUNCULI viduæ** matrimonium, non veniat, ex paritate aliqua rationis vel alias, inde est: quod tum in *ψ. 12. 13.* &c. *ibid.* solius quidem etiam **PATRIS sororis**, non simul & **MATRIS sororis** aperta facta fuisset, mentio; NB. Siquidem ibi citius, tanquam in ipsa *sanguinis* conjunctione, prohibitio in oculos occurrit, quam quidem in nostro *affinitatis* casu. Dum itaque ibi tamen, tam **PATRIS**; quam etiam **MATRIS sororis** mentionem nominatim fieri videmus, in hoc vero *affinitatis* casu, solius **PATRIS fratris viduæ**, non etiam **MATRIS fratris viduæ**, mentionem apertam fieri animadvertimus, ubi non tamen tanta prohibitionis ratio occurrit, utique videtur fatendum esse, *solius* quoque patris fratris viduæ, matrimonium ibi prohibitum esse.

Tantum est L.B. olim ego tiro in Auditoriis Patris mei; probante illo, in hac juris materia collegerim; Atque nunc examinato in melius, communicare Tecum volui.

Ceterum: dum ad *mores* illos pertinet, quibus de in hac L. egimus, sed & ad Pauli sententiam qua de in *Obs.* præcedenti, Disputatio, quam posthac cum Cl. Heineccio habuimus, sic ergo illam sub-
jicere liceat.



X X I I.

CELEBERRIMO, ATQUE FCTISSIMO VIRO,
D O M I N O

J. G. HEINECCIO,

PROFESSORI ORDINARIO, IN ACADEMIA QUÆ FLORET

FRANEQUERÆ.

VIR CLARISSIMÈ.



Um Auditoris mei commissa dextræ (ego oculorum inopinatam valetudinem excuso) hæc ad te perveniunt inpressa publice, simul velim sic existimes, quod idem agere privatim, prius ceperim sed mutaverim consilium, quoniam distantia locorum litteræ haud recte semper pervenire solent. Ceu ad Te scribam tamen, me ratio movet; cum, quod oritari non didici, tum vero in primis, ut ita, non valenti hodie oculis, epiphora oppresso suspicor subito, in rebus litterariis colloqui Tecum, sic autem gaudenti iterum tristem diem fallere mihi liceat. Et quocum potius quam ita Tecum? Præputiatus certe juris nostros Philosophos interrogabo frustra. Tantum Te amo, tantam fidem, quomodo nescio? in te colloco, ut non possim non quin hodie in jure te interrogem. Ecce vero quæ in mentem primum venit, legem primam ff. de Curat. furios. Ita ibi Ulpianus habet: *Lege 12. Tabularum, prodigo interdiciuntur bonorum suorum administratio, quod MORIBUS quidem ab initio introductum, sed solent hodie Prætores vel Præsides si talem hominem inveniunt qui neque tempus neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profudit, curatorem ei dare, exemplo furiosi: & tandem erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit. Quod si evenerit, ipso jure desinunt esse in potestate curatorum.* Hæc sunt verba (sensum esse, scio), si recte Amanuensis descripsit, dictæ L. 12. ff. de Curat. furios. De vi atque potestate videamus ulterius.

Moribus dicunt, inductum esse, ut prodigis interdicator administratio. Quoniam autem moribus, hoc est (putant nostri) consuetudine, ista non, sed lege 12. Tab. primo inductum est, ideo textum illi sollicitant.

I. Critici, loco: *moribus*, substituunt: *minoribus*.

II. Tu vero Clar. Vir, Cujacium nostrum sequens, salva servata quidem lectione, attamen ex hac lege colligendum existimas, sub Regibus jam id

consuetudine fuisse inductum, antequam 12. Tabulas habuit Romanus Populus. Quantum ad prius quod attinet, pura illa mihi magis puraque Criticos ambitio videretur, ac necessaria quidem legis emendatio. Licetne Te antestariet? Cujacii vero visionem, quam tu probas, quomodo probare possis: ex illa ratione nullus videre possum, qua Tu Tribonianum nostrum ignorantiam suam proferre, quod in Princip. Inst. Quib. mod. tut. fin. veteres, dicit, ex indecora atque inhonesta nudi corporis inspectione pubertatem iudicasse, hoc argumento arbitraris: quod nulla istius indecora inspectionis, vel vola vel vestigium apud antiquos occurrat. Aut ergo, argumento tuo, dicamus oportet, ex dicto principio Inst. *επλαται* non (ita enim, si putas, dicere nove soleo phrasi Pauli in L. credo 27. de Prob. ad liquidum, sive, non non ad liquidum), aut ergo, volebam dicere, dicamus oportet, ex solo dicto principio constare ad liquidum, inhonesta inspectione pubertatem iudicasse veteres; Aut ex sola nostra L. 1. non constabit etiam, talem consuetudinem olim sub regibus obrinuisse, qua prodigis administratio bonorum interdicebatur. Sed quod vel eo magis ira dicendum, quoniam, an lex illa 1. id dixerit, adhuc sub iudice lis est; contra, dictum principium ira tamen habere, omnes hucusque affirmant.

III. Quare scire TE cupio, id quod inter explicandum in collegio in mentem aliquando mihi venit, *το*: moribus, videlicet, in dicta L. non ipsum jus sive consuetudinem, sed *mores Prodigiorum*, significare. Mover me (1.) quia verba commode explicari ita possunt. (2.) Ad id quasi sua manu in Paulus ducit, quando *Recept. sentent.* 3. 4. 7. probat, propter mores prodigiorum, administrationem iis interdictam fuisse. Ecce vero ipsam apud Eum formulam: *Moribus per Praetores interdicitur hoc modo, quando tibi bona paterna avitaeque NB. tua nequitia disperdis, liberos tuos ad egestatem perducis NB. ob eam rem Tibi ea re commercioque interdico.* Quoniam bona sua disperdit, habet Paulus, ob eam rem ipsi interdicitur administratio, id est, ob mores suos, pravos. (3.) Quibus consentiunt verba apud Ulpianum in L. nostra: *dilapidare, talem &c.* (4.) Nec moror, verbo: *moribus*, opposita sequentia: *sed solent hodie*; Illa enim opponuntur verbis: *Lege 12. Tab. & quae hac explicant: ab initio*, non autem verbo illi: *moribus*, arg. *interdicitur, curatorem dare.* Lege sis, legem, videbis, in verbis: *solent hodie*, ad *Lege 12. Tab. ab initio*, in verbis: *talem, neque tempus, dilacerando, dissipando &c.* ad *το*: moribus; *Idem* respicere. Sub hoc genuino Legis sensu: *Lege 12. Tab. prodigis interdicitur administratio, idque propter mores eorum introductum ita est, ab initio* (dicta scilicet 12. Tab. lege). *Si vero hodie talibus moribus inveniat homo, solent tunc Praetores ei curatorem dare.* Vel, ut clare habet §. 3. I. de Curat. *Lege 12. Tab. ad proximos agnatos pertinebat prodigiorum tutela sed hodie Praetores vel praesides dant curatores* Palam ita habet d. *spilus*. Probant idem verba legis nostrae: *Lege 12. Tab. (H. e. ad agnatos pertinet at tutela) prodigo interdicitur administratio, quod moribus (prodigiorum)*

ab

ab initio (dicta 12. Tab. lege) ita inductum, sed solent hodie Praetores vel Praesides curatorem ei NB. dare. (6.) Omnibus addamus: bis sex tabulas, initium fuisse, quo, urbs domina, uti jure certo incepit. L. 2. d. Or. Jur. (7.) Quemadmodum ipsum sequens verbum: mores, quod dixi probat. (8.) Quin, quod eodem ferue modo, moribus, legamus inductum SCtum Macedonianum esse. V. L. 1. Maced.

IV. Plane, Vir Celeberrime, si hanc meam explicationem, ferre nullo modo poteris, malim tui, in verbo: moribus, ipsum Jus Natura significare, argumento iterum motus non ideo: (a) Enim, per mores, sapius in jure nostro, jus Natura intelligi, notum est, sed & ita sumi videtur mihi, in L. 8. de his sunt sui vel al. jur. Quare ergo non & in nostra lege ita significaverim? (b) Addamus in d. L. 8. eandem Ulpiani ad Sabinum inscriptionem esse, quae est in nostra lege q. d. a. Ex convenientibus vero inscriptionibus, varias disputationum ejusmodi pestes, tolli posse, Tibi notum est. (c) Cui in lege nostra, illud jus Naturae, ita probant verba: ab initio. De nullo enim jure melius, quam de solo jure Naturae, quippe quod non heri demum aut nudius tertius, sed ab initio cum humano genere natura prodidit, dici potest, ab initio aliquid induxisse? Conf. §. XI. de Res. div. (d) Recte autem Ulpianus ita dicit, moribus sive Jure Naturae introductum esse; Naturali enim juri esse conveniens, ut sub potestate aliorum illi sunt qui ipsimet se tueri non possunt, habet textus in §. pen. de Arr. Tut. Ita vult naturalis cognatio quam inter omnes homines natura conglutinavit. L. 3. Inst. jur. Ita vult reipublicae ratio, ut homines habeat assiduos, qui affes ipsi duere possunt, & non, dissipando omnia, inutiles se ipsi faciunt. Conf. L. 1. §. 20. Quest. (e) Ut & ita omne dubium sublatum erit e medio; Ipse enim Justinianus ita existimavit: Quod quamquam aliquid cautum lege 12. Tab. recte tamen dici, & jure Gentium, id est jure Naturae id effici. Vid. §. 41. de Res. div.

Hae sunt Vir Celeberrime quae uti in mentem venerunt, disputare, tecum hodie volui. Non eo quidem animo, ac si famam inde comparare, aut si quae est, augere eam, quod facile alias per Clarissimum Tuum nomen fieri potest, surgat animo perversa sententia: Vel quasi praemio laudis magis quam veritate mea nitatur disceptatio, ab isve in homine honesto artibus illicitis; non eo inquam feci, sed ita res est, faciendum ita fuit, ut per Te litterarum fugientium nostrarum statorem atque jurisprudentiae vindicem, de omnibus ego certior fiam. Itaque uti Vir es, sententiam Tuam scribe libere, uti Vir es, ita tibi abetravero, in viam me reducas: certe uti Vir es Tantus; ita Te audiam, Te sequar libenter meritoque: digitum jam ab initio volo tollere, atque praemium Tibi quodvis victoriae polliceri; tantum veri amor Jurisque scientia, adurit pectus. Certe, gratum me fore atque munem polliceor. Vale Vir Celeberrime, atque, ex animi sententia voceo, rebus tuis superesto dis latus. Bono rei litterariae: ornamento praesertim nostrae Jurisprudentiae. Ego usque

dum scire mihi licet, num gratæ hæc ad Te pervenerint, mihi que permittas, ut de aliis, habeo autem multa, ad Te scribam, nomen meum Angeloniz litabo porius. Prænomen dicam:

*Alia corpore, & sic animo magis
valens; hac oculis vix di-
mediatis, lumenque tentanti-
bus, ad Te exaravi per alium
Mart. d. ult. 1724.*

**Celeberrimi Tui Nominis
Cultor.**

P. S.

Themis impertit Tibi salutem: atque ut meum nomen adderem, persuasit mihi, ut scires, me illum esse

Clarissimi Tui Nominis Cultorem

E. A. O. C. PAGENSTECHER.

XXIII.

CLARISSIMO CONSULTISSIMOQUE VIRO,

DOMINO

E. A. O. C. PAGENSTECHERO,

J. U. D. & in Illust. Nassoviorum Athendæ Jurium Professore Ordin.

S. P. D.

J. G. HEINECCIUS,

Jureconf. & Antecessor.



Uod tanti ego TIBI visus sim, Vir Clarissime, ut oculorum licet valetudine oppressus, publice tamen me compellare, & si recte interpreter, de quibusdam, quæ ad communem artem pertinere videbantur, mecum amice colloqui haut dubitares: tantum abest, ut mihi molestum fuerit, ut gratiam a me eo nomine inieris maximam. Equidem nisi priore, quod ceperas, abiecto consilio, nomen TUUM Celeberrimum plagellis adscripsisses: facile potuissim opinione mea falli, & imaginando mihi fingere auctorem epistolæ, nescio quem, cui me libeat

libeat in arenam pertrahere, & movere bella, nullos habitura triumphos: maxime quum tibi quædam exciderint, quæ aliis aspera ac paullo inhumaniora viderentur. Enimvero, postquam Tuum illud consilium damnasti, jam nihil est, quod Tibi succenseam; partim, quod durinscula illa Tibi præter animi sententiam excidisse, (& cui non talia aliquando imprudenti excidunt?) scriptis ad me litteris fateris: partim quod viso Pagenstecheri nomine, facile Te suspitione omni absolvit conscientia mea, quæ non meminit ullam Tibi a me factam esse injuriam. Plurimum itaque amo Themidem nostram, quæ, ubi jam ad finem pervenerant operæ, ut ne nomen dissimulares, Tibi prudenter suavit. Non enim ignoras, quam facile cum anonymo sermocinantibus, aspera quædam elabatur. Nosti, quam non modo censuræ, sed & laudes, profectæ ab ignoto homine, suspectæ videantur. Denique, ut rem omnem in compendium conferam, neminem sibi vivo barbam a personatis auctoribus evelli, æquo animo pati solere, facile intelligis. Jam vero grata mihi est epistola Tua, vel eo nomine, quod eam Tuam esse video, id est ab eo viro scriptam, in quem non cadit malignitatis cujusdam suspicio. Ne tamen plane impune feras, quod me adfuesum umbræ in lucem protrahis: patere, quæso, vir clarissime, ut Te, mihi laudes, quas non agnosco, justo liberalius admittentem, amice objurgem. Tunc vero, clarissime Pagenstechere, mihi famam aliquam tribuis? Tunc me litterarum fugientium statorem, parisque prudentiæ vindicem ferri ais? Vide quid agas, & quo Te immodicus in me amor, (-nam & amor *ἀμετρίῳ* τι inesse solet,) in transversum agat. Demus, obsecro, operam, ne hominibus malevolis sermonem de nobis demus. Caveamus, ne laudes hujusmodi ipsa *ὑπερβολῆ* suspectæ sint. Jurisprudentiæ jam ab adolescentia operam me haut perfunctorie navasse fateor: neque nego, mihi æque ac tibi illos semper displicuisse, qui devorato aliquo juris compendio studia cruda in forum propellunt, omnemque JCI laudem in eo positam existimant, ut legum sibi haud intellectarum principia uno spiritu recitare, & ad singula verba Bartoli, Baldi atque Accursii Manes evocare adsueverint. quos Tu, vir clarissime, acute, ut soles, *propitios Philistas* vocare soles. Admotto me docendi muneri, non inficior, quædam a me edolata exiisse scripiis meis. quædam jam exercere prælum, quædam & sub lima esse; sed tevia præterea, & ad solius cupide legum juventutis usum comparata. His si me, famæ non admodum studiosum, ac propemodum illud *κατὰ φύσιν* a puero adfectantem, famam tamen aliquam consequutum existimas, prope abest, quin famam dicam *malum*, quo non aliud *ὀκλαίος* allium. Deinde juris studiosissimum, quod elogium ne maximos quidem artis nostræ conditores adspersatos novisti, L. I. ff. de offic. ad. ess. non litterarum fugientium statorem, non jurisprudentiæ vindicem, quas laudes verecundiæ meæ graves esse, nisi me suffenunt censes, facile intelligis.

Hæc Tecum, mi Pagenstechere, amice exposulare visum est. Quod ad reliqua attinet, nondum me pœnitet iudicii, quo Te virum bonum, candidum, apertum, mihiq̄ benevolum statui. Ferre sane possum a me dissentientem, quia & ipse aliquando dissentio ab aliis. Quin, ne me candore & veritatis studio a Te superari patiar: fateor, me & a Te in quibusdam, quæ epistola tua erudite, scripta complectitur; dissentire. Quare uti Tu aperte dixisti sententiam: ita & ego tua ingenua libertate expendam. Hanc libertatem petimus dabimusque vicissim.

Quum vero tria potissimum a Te agi animadvertam: liquidem & Cujacii, quam sequutus sum, de *L. 1. pr. ff. de curat. furios.* sententiam refellis, & tuas de hac lege conjecturas expromis, & postremo de *L. si arbiter 28. ff. de probat.* (quam Tu lapsus memoria perperam allegas *legem credo 27. ff. de probat.*) *ois in paradiſi* eadem opera differis: de singulis quædam, eaque, uti spero, non proletaria, Tecum confabulari jnvabit.

Primo ergo inter nos quæritur, an ex Ulpiani textu *L. 1. pr. ff. de curat. furios.* recte cum Cujacio conjecerim, interdictionem bonorum jam ante 12. tabulas sub Romanorum regibus fuisse receptam? Ego ita sensi, quum antiquitates Romanas adornarem, neque dum me hujus sententiæ pœnitet. Tu vero in alia omnia discedere mavis, & hinc nova potius ratione Ulpianum interpretari instituis, quam verbo assentiaris Cujacio. Itaque rationes meas, quæso, accipe, priusquam ad tuas progrediar. Textus Ulpiani nostri talis est: *Lege XII. tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio: quod MORIBUS quidem ab initio introductum est. Sed solent hodie Prætores vel Præfides, si talem hominem invenerint, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profudit, curatorem ei dare exemplo furios.* Et tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit. Quod si evenerit, ipso jure desinunt esse in potestate curatorum. Integrum esse hunc locum, & pite sano rem, ipse mecum agnoscis, quippe qui graviter eorum reprehendis temeritatem, qui in fragmento nostro pro moribus suo periculo rescribi jubent *minoribus*, p. 386. rogas, *liceatne me antestari?* Licet vero, vir clarissime, nec gravatim ego tibi oppono auriculam. Nunquam enim mihi placuit truculentum illud & audax hominum genus, qui secant uruntque, quoties in legibus nostris quidquam occurrit paullo difficilius. Absit ex arte nostra vis privata, quam ipsa publico iudicio coerces: Absit atrocior critica, quam nec NECESSITAS urget, nec commendat MODESTIA. Quid vero ea emendatione insulsius est, ex qua sequitur, ut quod legibus XII. tabularum prodigo interdicitur bonorum administratione, id minoribus, vel in gratiam minorum sit introductum, quum tamen inauditum sit, minores ante legem Lætoriam curatores accepisse? Sin vero de minoribus lascivis & prodigis sensisse putant Ulpianum, quid quæso certius, quam

quam majorennibus etiam bonis interdictum esse jam temporibus antiquissimis? Certe C. Licinius Hoplomachus a prætore impetravit, ut patri suo, (procul dubio majorenni,) bonis, tanquam ea dissipanti, interdiceretur, teste Valer. Max. *Lib. VIII. cap. VI §. 1.* P. Scipionis Africani majoris filium præture possidorem, adeoque vitum annorum saltim XXX. propinqui nec sellam ponere, nec jus dicere passi sunt, insuperque e manu ejus annulam, in quo caput Africani sculptum erat, detraxerunt: id est, uti ego arbitror, obtinuerunt, ut ei bonis interdiceretur. Valer. Max. *Lib. III. Cap. V. §. 1.* Et quid denique faciemus loco Pauli *Recept. sent. Lib. III. tit. IV. §. VII.* qui & ipse hanc bonorum interdictionem a moribus arcessit? an & ibi referibemus *minoribus*? Apage itaque eam emendationem, recte tuo damnatam suffragio. Quod si vero, uti ipse contendis, textus recte se habet, & Tibi τὸ ἀκρίβειον ἀμείων scerio videtur: firmo talo stare videtur Cujacii sententia. Primo enim Ulpianus interdictionem bonorum manifesto arcessit a XII. tabulis, idemque & alibi faciunt cum Ulpianus in *Fragm. tit. VII. §. 11. L. 18. ff. qui test. tut. dar. poss. L. 5. §. 1. ff. de adquir. her.* tum Cajus in *L. 13 ff. de curat. furiosi* & Justinianus in *§. 3. Inst. de curat.* Deinde vero idem Ulpianus noster addit: *Quod MORIBUS ab initio introductum est*, quam loquutionem in jure nostro perpetuo significare jus consuetudine & moribus utentium vel tacitis populi suffragiis receptum, nemo ignorat. Quod si igitur interdictio illa bonorum ex legibus tabularum descendit, quod Ulpianus priore commate adfirmat, & tamen MORIBUS ab initio introducta est, quod commate posteriore tradit: consequens sane est, ut mores illi aut anteriores sint XII. tabulis, aut posteriores. Si posteriores dixeris: tum falsum erit, eam curationem prodigum legi XII. tabularum debere originem. Sin priores: verissimum erit, quod docui cum Cujacio. eandem jam sub regibus invaluisse, & postea migrasse in XII. tabulas. Ita mecum ratiocinatus sum, vir magno nomine, quando Cujacii sententiam adoptavi: & nescio, an potuerim magis λογικῶς. Sed ades dum porro, & reliqua accipe. Non modo Ulpianus noster hanc bonorum interdictionem moribus attribuit, verum etiam Paullus *Recept. Sent. Lib. III. tit. IV. §. VII.* qui diserte: *Moribus inquit, per Prætores bonis interdicitur.* Quadruplici vero sensu jura nostra moribus adscribi animadverto. Primo enim e moribus esse dicantur, quæcumque diuturna consuetudo præter leges scriptas invenit: quod *jus moribus constitutum* vocat Julianus, *L. 32. §. 1. ff. de LL.* Deinde & ea, quæ ex interpretatione prudentum nata sunt, moribus dicuntur introducta, ejusque rei exempla complura congestit jureconsultus, quem maximi facio, Ean. Merillus. *Lib. 1. Obs. cap. VI.* Tertio & quæ edixit Prætor, moribus vel juri consuetudinibus accenset Cicero *de Invent. Lib. II. Cap. XXX.* quia *est ea voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit.* Denique ea etiam, quæ legibus regis ante XII. tabulas invaluerant, & postea in hoc δῶδεκαδέλτων migrarunt, a MORIBUS

repeti solent in iure nostro, ut ab iis discernantur, quæ aliunde ex Græcia tresviri, in Græciam missi, adsciverunt. De his liquidissimam esse arbitror regulam ἡγεμονικὴν. *Quoties ea, quæ in XII. tabulis locum invenerunt, tribuntur moribus, toties per mores leges regia vel consuetudines iam sub regibus recepta intelliguntur.* Ne gratis id adfirmare videar, vades tibi dabo, & quidem non proletarios, sed locupletes, & affiduos, Dionysium Halicarnasæum, & Pomponium. Iste *Libro II. p. 96.* in XII. tabulis propositos esse ait πάντας τῶν πατρικῶν ἰδιωμῶν τε ἔ νόμους, omnes MORES patrios & leges, quos mores patrios eodem loco opponit τοῖς ἐπινοήτοις, adscitiis, quæ Tresviri ex Græcia attulerant. Idem *Lib. X.* Decemvros ait promulgasse νόμους συγγεγραμμένους ἐκ τῶν ἑλληνικῶν νόμων, ἔ παρα τῶν σφισιν αὐτοῖς ἀγγραφῶν ἰδιωμῶν. *leges ex Græcorum iure suisque moribus non scriptis compilatas.* Ita & Pomponius *L. 2. §. 23. ff. de O. I.* jus vetus translatum esse in XII. tabulas esse testatur. *Jus, inquam, vetus, id est, quod legibus regis & moribus patriis ab ipsis urbis, rerum dominæ, incunabilis invecum erat.* Quamvis enim leges curiæ, a regibus lata, initio essent jus ἑγγραφῶν, eamque naturam veluti postliminii iure recuperarent, simul ac a Decemvris in tabulas relatæ centuriatis comitiis comprobarentur: temporibus tamen Decemvirorum erant jus ἀγγραφῶν, quia exactis lege tribunicia regibus, eorum leges omnes semel simulque exoleverant, & quæ adhuc in civitate servabantur, non tanquam leges a regibus latæ, sed tanquam mores patrii, ac consuetudines vetustæ auctoritatem aliquam obtinebant, ut populus *incerto magis iure & CONSUETUDINE, quam per latam legem,* regeretur, uti ait Pomponius *L. 2. §. 3. ff. de O. I.* Habes jam, vir clarissime, rationem, cur ea quæ ante legem XII. tabularum obtinuerunt, & deinde immigrarunt in XII. tabulas, mores adpellerentur. Jam & regulam paulio ante propositam demonstro. Jus patriæ potestatis *moribus receptum esse,* ait Ulpianus *L. 8. ff. de his qui sui vel al. iur. sunt.* Et tamen illud inter leges decemvirales & quidem in tabula quarta locum habuit, teste Dionysio Halic. *Lib. II. p. 97.* Unde ergo patria potestas? Ex lege Regia, ceu præter Dionysium Halicarnasæum fateatur Papinianus apud *Patriæ. LL. Mos. & Rom. tit. IV.* Solo testamento, hereditatem dari posse, tratatium est. Moribus id jus introductum esse, refert laudatissimus Papinianus, dum in *L. 10. ff. de iur. codicill.* eleganter scribit, *per manus traditum esse, quod hereditas codicillis dari non possit.* Et tamen nemo dubitaverit, quin illud jus prono alveo fluat ex lege illa decemvirali: PATER FAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SUÆ REI, ITA JUS ESTO. *Legare vero est legem dicere rebus suis, verbis directis de universitate honorum disponere, vel, uti Imperator in Nov. XXII. cap. 11.* loquitur, νομοθετεῖν, quæ νομοθεσία solo testamento, non codicillis, qui nudæ epistolæ erant, fieri poterat. Unde ergo hoc jus? Ex legibus regis vel consuetudine sub regibus iam recepta. Nam jam ante decemvros

uitos Romæ, & in Italia reliqua, heredes non nisi testamentis instituebantur. Exempla sunt apud Liv. *Lib. I. Cap. XXXIV.* & Plutarchum *in vita Romuli.* Addi possent hujus generis alia, in primis quæ ad illustrandam L. 2. *pr. ff. de vulg. & pupill. subst.* a paucissimis intellectam pertinent, nisi vel hæc satis superque demonstrarent, regulam nostram esse certissimam, & ad illustrandas variorum juris origines apprime utilem. Inde vero danto infero, interdictionem bonorum, quia moribus invaluit, & tamen in XII. tabulis locum invenit, jam sub regibus non ignotam fuisse.

Habes rationes meas, vir clarissime: jam tuis expendendis accingor. Con-
suetudinem allegantes ad probationem adstringi ais, idque jure quodam tuo
a me quoque exigis. Ast fallor, ego, aut satis meam sententiam probavi
Ulpiani testimonio, cujus verba, uti paullo post demonstrabo, nullum alium,
sensum admittunt. Nec a me plures testes exigere potes, quum, uti nosti,
multa in jure æque æchistoris sunt ἀπαξ λεγόμενα. Ulpianum vero testem esse
locupletissimum, vel ideo non negaveris, quod ejus tempore adhuc exstarent
& jus Papirianum ex quo multo post fragmentum bene longum servavit Ma-
crobius *Lib. III. Saturn. cap. XI.* & Granii Flacci in illud commentarii, quos alle-
gat æqualis Ulpiani Paullus in L. 144. *ff. de V. S.* Ex his, quid regum temporibus
obtinuerit, facilius discere potuit, quam nos hodie, post tantum præstan-
tissimorum monumentorum naufragium. Nec meo me gladio jugulas, vir
clarissime, dum, quod jus in Tribonianum statui, me quoque uti jubes.
Dicam huic scripsi, fateor, sed non quod Romanos inspectione τῶν αἰσίων
utōs esse scripsit: (Id enim cur factum negem, quum similia nobis domi no-
stræ occurrant in *Jure Prov. Sax. lib. 1. Art. XLII.* immo & hodie illa verendo-
rum inspectio in ipsis feminis locum habere soleat, quoties vel de generandi
coeundique potentia, vel de intumescencia uteri, vel de edico partu quæstio
incidit paullo difficilior?) sed quod illæ tutelam non prius olim finitam pu-
tavit, quam inspecta prima lanugine. Hac in re errasse prævi Triboniarum,
non invitis illis, qui alioquin Triboniani causam agunt, & in his Illustri
Bynketshoekio, cujus en verba ex *Lib. III. Obs. cap. XXIII. Quamvis autem
Cassiani in æstimanda pubertate naturam sequerentur: facile tamen adsensior iis,
qui existimant, non promiscuo in quæstionibus pubertatis partes necessarias fuisse ex-
ploratas: nam cui id bono in finienda tutela, in condendo testamento, & reliquis,
quæ virtute mascula non peraguntur? Non oportet hominum gravissimorum senten-
tiam deridiculo exponere. In nuptiis alia ratio est, non enim in his sufficit puber-
tas, ut ita dicam, civilis: qui virum se præstare debet, nec vir est, a nuptiis ab-
stinere jubet ratio, jubet Cassiani & Javoleni auctoritas.* Jam vide, vir clarissime,
quam Triboniani causa mea sit multo deterior. Ille pubertatem ob finiendam
tutelam indecora inspectione exploratam esse refert: ego curationem prædigo-

rum jam sub regibus invaluisse contendo. Tribonianus nullo nititur testimonio; ego Ulpianum auctorem habeo. Ille aliquid refert, de quo tota silet antiquitas, quum tamen in tot Ulpiani, Pauli, Caji, ipsorumque codicum Gregoriani, Hermogeniani ac Theodosiani reliquiis, non posset non ejus rei vola vel vestigium occurrere. Ego meam sententiam Ulpiani & Paulli testimonio probo. Ille denique non modo aliorum suffragio destituitur, sed & a plerisque veteribus erroris convincitur, quum terminum pubertatis, quem a Justiniano fixum refert Tribonianus, multo ante receptum ubique fuisse referant Dio Cassius, Tertullianus, Macrobius, ipsique jureconsulti in L. 2. *pr. ff. de vulg. & pup. subst. L. 3. ff. & L. 4. C. qui testam. fac. poss.* & in primis Paullus noster *Rec. Sent. Lib. III. tit. IV. §. 1.* Mihi nullus veterum adversatur, nec ullus eorum interdictionem bonorum regum temporibus notam fuisse negat, aut aliam ejus prodit originem. Vide ergo, quo jure scribere poteris: *Cujacii vero opinio, quam tu probas, quomodo probare possis: ex illa ratione nullus videre possum, qua tu Tribonianum nostrum ignorantiam suam prodere, quod in Princip. Inst. Quib. mod. int. fin. veteres, dicit, ex indecora atque inhonesta nudi corporis inspectione pubertatem judicasse, hoc argumento arbitraris: quod nulla istius indecorae inspectionis, vel vola vel vestigium apud antiquos occurrat. Aut ergo, argumento tuo, dicamus oportet, ex solo dicto principio constare ad liquidum, inhonesta inspectione pubertatem judicasse veteres; sicut ex sola nostra L. 1. non constabit etiam, talem consuetudinem olim sub regibus obtinuisse, qua prodigis administratio bonorum interdicebatur.*

Hæc ad primum epistolæ Tuæ caput pertinent. Jam ad tuas conjecturas progredior. Duo autem tibi in mentem de lege nostra venisse ais. Primum enim *de moribus* intelligis de moribus ipsorum prodigiorum, ut sensus sit, interdictionem bonorum ex lege XII. tabularum descendere, eamque *ob mores* prodigiorum introductam esse. Deinde vero si hanc visionem, uti vocas. forte nequeam, per *mores* jus naturæ & gentium intelligi, ex eoque interdictionem bonorum derivari posse, existimas. Prior interpretatio, ut ingenue dicam, ingenium quidem sapit, vix solida tamen videtur. Posterior, non multo solidior, si quid video, tibi potius, quam mihi aut Cujacio, quem sequutus sum, adversatur. Rationes, quibus te moveri dicis, ut priorem interpretationem genuinam existimes, eadem me nescio, quo pacto retrahunt, quo minus tibi possim assentiri. Nam et eam Ulpiani verba non admittunt, partim quia *de moribus* *introducendum est* artis nostræ auctoribus semper usurpatur, quoties aliquid non jure scripto, sed tacito utentium suffragio receptum esse dicunt, partim, quod linguæ Latinæ natura hanc ablativi notionem plane respicit. Prius exemplis quam plurimis, vel, ut ex arte loquar, inductione pro-

probare licet. Ita dicitur aliquid moribus & consuetudine inductum, vel introductum, L. 2. ff. de pup. subst. L. 8. ff. de R. N. moribus constitutum L. 32. ff. de LL. moribus ademptum L. 1. ff. de donat. inter vir. & ux. moribus ademptum L. 1. §. 1. ff. ad SC. Vellejan. more constitutum L. 8. pr ff. de acqu. vel omit. hered. L. 42. ff. de V. S. moribus impeditum L. 12. §. 2. ff. de judic. more majorum ita comparatum. L. 5. T. de jurisd. moribus civitatis commercio exutum L. 34. §. 1. ff. de contrah. emt. more majorum institutum. L. pen. pr. ff. ad L. Pomp. de parric. moribus competere. L. 21. ad municipal. Nunquam vero memini ea formula id significari, quod tibi, vir clarissime, videretur. An hoc uno loco Ulpianus formulæ Jctis pœne quotidianæ novam subjecisset notionem? An eam illi tribuisset significationem, quam ne natura, quidem linguæ admittit? Ablativum semper a præpositione suppressa pendere, præclare docuerunt Sanctius in Minerva & Vossius in libro de constructione. Nullam vero præpositionem, qua causa impulsiva externa exprimitur, casum sextum adsciscere, nemo ignorat. Quare & nunquam moribus idem notabit ac propter mores. Sunt exempla, ubi casus quartus eo sensu ponitur, quia præpositiones ob vel propter per ellipsin subtrahuntur, veluti apud Terentium Andr. act. 1. sc. 1.

Magis id adeo, mihi ut incommodet.
 pro magis propter id. E. Eun act. V. scen. VI.
Nunc id prodeco, ut conveniam Parmenonem.
 pro Nunc ob id prodeco. In Heaut. Act V. scen. III.
 --- --- Id quod consimilis est moribus,
 Convincēs facile, ex te natum.

pro ob id, uti passim notavit Donatus in scholiis. Ast casum sextum ita poni, ut causam impulsivam externam designet, vix idoneo exemplo demonstrari posse arbitror: nec tam inconcinna loquutio cadere viderit in elegantissimum Ulpianum, nisi Tu, vir clarissime, exemplis me aliud docueris. Saltim præscum illud jus, quod marito ob mores retentionem dotis indulgebat, nunquam ita describunt veteres, quod moribus fiat ea retentio, sed ob mores L. un. §. 5. C. de rei uxor. act. propter mores, Ulpian. Fragm. tit. VI. §. 9. morum nomine. Idem ibid. §. 12. Ita semper loquuntur veteres: nunquam vero ablativum eo sensu adhibent. Nec 2. Paullus veluti manu ad eam interpretationem ducit. Non enim inter nos quæstio est, an ob mores prodigo bonis interdicitur? quod facile largior, quam nunquam de hac interdictione bonorum cogitaturum fuissent Romani, nisi fuissent homines, numerus tantum & fruges consumere nati,) sed an cum sensum verba Ulpiani admittant? Addis quidem 3. eodem ferme modo SC. Macedonianum moribus, id est, propter mores introductum

dicti in textu Pauli L. 1. ff. ad SC. Maced. sed nec Pauli illa lex est, nec in ea SC. Macedonianum moribus introductum dicitur. Id tantum ibi conqueritur Senatus, *Macedonem, improbum faeneratorem, sepe materiam peccandi malis moribus praestitisse.* Iterum ergo largior, SC. Macedonianum ob perverfos mores filiorum familias fuisse conditum: sed inde non sequitur, *to moribus introductum* Jctis idem esse, ac *ob mores introductum.* Porro 4. & quae sequuntur, hanc interpretationem non admittunt. Quomodo enim cohærent illa: *Quod ob mores quidem prodigorum ab initio introductum est: sed saltem hodie praetores vel praesides, si talem hominem invenerint, curatorem ei dare exemplo furiosi?* Ita Ulpianus duas propositiones ejusdem sensus inapte per particulam adversativam sed junxisset. Ex mea vero hypothese illas Ulpiani propositiones, in quibus ipse vir eximias, Jac. Gothofredus frustra se torfit, facile hoc modo connecto: *Lege XII. Tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio, adeoque ipso jure prodigus bonorum suorum administratione excidit, æque ac furiosus, quia ei bonis ipsa lege, non a praetore, interdicitur. Id quod moribus quidem patriis, & ante XII. tabulas sub ipsis regibus recepris, ab initio introductum: sed & iisdem moribus mutatum est. Saltem enim hodie prodigi non amplius ipso jure vel ipsa lege jure bona sua administrandi privati, verum praetores & praesides, si quem bona dilacerando, dissipandoque profundere animadvertunt, ei causa cognita bonis interdicerent, & curatorem ei exemplo furiosi dare.* Ita ex mea sententia leniter fluit Ulpiani textus, quum contra tua paraphrasis p. 386. fingat, lege XII. tabularum prodigis ob mores bonis interdictum fuisse, praetorem vero eisdem etiam curatorem dedisse exemplo furiosi. Ast curationem prodigorum, æque ac interdictionem bonorum, ex lege XII. tabularum esse, ex ipsis verbis legitimis patet, quæ ex Cicerone, Festo, & Paulo ita restituit laudatus Gothofredus *Tab. V. SI FURIOSUS VEL PRODIGVS EXISTAT, AST EI CVSTOS NEC ESCIT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIÆEIVS POTESTAS ESTO.* Hæc sunt, vir clarissime, quæ me retrahunt argumenta, impediuntque, quo minus admittere possim interpretationem tuam priorem, quantumvis ingeniosissimam:

Quod ad posteriorem, quam ipse priori anteferre videris, attinet, non inconcinne putas per mores intelligi posse jus naturæ. Id vero parum, uti dixi, adversatur Cujacio. Si enim ex jure naturæ & gentium est curatio prodigorum: procul dubio ea jam ante XII. tabulas sub ipsis regibus invaluit. Ast nec id facilius concesserim, *to moribus idem hic esse, ac jure naturæ & gentium.* Nam 1. eam vocis notionem frustra ex L. 8. ff. de ver. divis. probas, ubi ne vocabulum quidem illud occurrit. 2. Si, quod suspicor, memoria te fefellit, & in animo habuisti. L. 8. ff. de his qui sui vel al. jvr. nego, jus patriæ potestatis, quale apud Romanos obrinuit, ex jure naturæ esse. Nec ibi Ulpianus agit de naturali parentum potestate, quæ in directione actionum a liberis

beris

beris suscipiendarum consistit, quippe quam furiosi exercere nōqueunt, sed de patris potestate juris Romani, quæ quo sensu ex moribus sit, jam supra explicavimus. Accedit, 3. quod ægre interdictionem bonorum ex jure naturæ demonstraturus sis. Naturali quidem juri conveniens est, ut sub potestate aliorum sint illi, qui ipsi tueri se nequeunt: §. pen. *Inst. de Atil. int.* sed prodigi possent, si velent: nec tam eorum, quam agnatorum, bono investa est prodigorum curatio. Potius jus naturæ dominis rerum suarum administrationem liberissimam concedit: jus vero civile excipit prodigos, quia expedit reip. ne quis te sua male utatur. §. 2. *Inst. de his qui sui vel al. jur. sunt.* Quare nimis laxam esse oporteret significationem juris naturalis, ex quo Ulpianum curationem prodigorum derivasse dixeris.

Superest, ut de *L. si arbit. 28. ff. de probat.* de qua in *παρρησιον* differis, quædam addam. Ait Labeo: *Si arbitet, animadvertere debeat, an operis facti memoria exstet, hoc ei querendum est, an aliquis meminerit, id opus factum esse?* Paullus epitomator & scholastes addit: *Immo, quum in arbitrio queritur, memoria facti operis exstet, nec ne? non hoc queritur, num aliquis meminerit, quo die aut quo Consule factum sit? sed, num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit? & hoc ita quod Græci dicere solent in πλάται. enim potest hoc memoria non teneri, intra annum puta factum, quum interius nemo sit eorum, qui meminerit, quibus Cos. id videt.* Multa, ut fit, in hac lege reprehendunt critici. Alii ferre non possunt tō enim sine ullo proposito pro nam poni, quod tamen defendunt. Hub. Giphani. in *Judic. Lucret. voce enim.* Taubm. ad *Plaut. Epid. Act. V. scen. II v. 36.* Jo. Fr. Gronov. ad *Liv. Lib. XXXIV. cap. 32. & V. C. Car. Andr. Dukerus de Lat. ꝑ. 330.* Robertus, sublata particula *non*, reponit *num* hoc modo: *Num enim potest hoc memoria teneri intra annum?* Rzwardus: *Non enim potest hoc memoria non teneri.* Tu vero, ut clarissime, emendatione opus esse non putas, si in πλάται ad sequens comma referamus, scriptumque dicamus: *in πλάται enim potest hoc memoria non teneri. in πλάται enim tibi est non ad liquidum, adeoque sensura esse putas: potest hoc memoria teneri.* Ingeniosè, ut soles. Enimvero. 1. nescio quo tunc verba antecedentia referas, si in πλάται pertineat ad comma sequens. Quis enim sensus erit verborum: *Sed num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit? & hoc ita quod Græci dicere solent.* Deinde 2. duæ negationes quidem affirmant: sed Græco illi in πλάται nulla proprie inest negatio, nisi dicas etiam in Latino LATE negationem latitare, quia idem sit, ac *non strictè.* 3. Proprie in πλάται idem est ac late, cum quadam laxitudine, & in πλάται aliquid memoria tenere vere exprimit Germani aut phrasin: *Sich einer Sache weitläufig erinnern.* Ex quo 4. sequitur, ut recentia lectione vulgari nullus exculpi possit sensus alius, quam late hoc sciri non posse, intra annum aliquid factum esse. Quod potius Paulli scopo adversatur.

Quæ

Quæ quum ita sint, nec Roberto, nec Rævardo adfentior: sed ex regula geminationis, (quam præcipuum esse nosti eritices mysterium,) & una inmutata littera ita textum integritati suæ restituo: *Et hoc ita, quod Græci dicere solent ἐν πλατεῖ.* *Ἐν πλατεῖ enim potest hoc memoria contineri, intra annum puta factum, quum &c.* Sic sensus est planus. Dixerat Labeo: *Si arbiter animadvertere debet, an operis facti memoria exstet? hoc ei quarendum est: an aliquis meminerit, id opus esse factum?* Quum verò alioquin is demum aliquid factum meminisse dicatur, qui, quo tempore id factum sit, in numero habet: interpretationis causa addit Paullus, tam accuratam scientiam rebus in antiquis non exigi, sed sufficere, si se meminisse dicat testis, intra certum annum, veluti vigesimum, trigesimum factum esse opus, quamvis diem & consulem exprimere nequeat. Hoc ita eloquitur Jctus: *Immo quum in arbitrio quaeritur, memoria facti operis exstet, nec ne? non hoc quaeritur, num aliquis meminerit, quo die aut quo consule factum sit? sed, num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit?* Et hoc ita, quod Græci dicere solent ἐν πλατεῖ. Manifesto ergo Paulo ἐν πλατεῖ idem est, ac illud, quod præcesserat aliquo modo, quasi dicat: sufficere si aliquo modo, vel ut Græci loquantur, ἐν πλατεῖ testis sciat, quando id opus factum sit. Jam porro addit rationem, cur tam accurata notitia memoriaque rerum antiquarum exigi nequeat: *Ἐν πλατεῖ enim, (id est aliquo modo,) potest hoc memoria contineri, intra annum, puta (trigesimum, quadragesimum) factum: quum interim vemo sit eorum, qui meminerit quibus consulibus id viderit.* Habes meam de lege vexatissima sententiam. Nec puto turbare posse emendationem: *contineri pro non teneri.* Phrasis enim *memoria continere* Latina & proba est: nihilque contingere potuit facilius, quam ut C in N mutarint scribæ imperiti, quum inter has litteras in codicibus vetustissimis, magnam esse similitudinem, vel specimina a Mabillonio & celeberrimo Breukmanno exhibita satis ostendant.

Sed vidē, Vir clarissime, quam amor sit garrulus. Dum tecum confabulor: vix sentio plures a me plagellas litteris impleri. Ne itaque verbosior sim, ad finem propero. Facile tibi adfirmanti credo, non te animo famam comparandi Tua scripsisse: (quid enim tibi famam atheniæ nomen meum profuerit?) nec magis dubito, quin omnis *φιλονομία*, omnesque artes illicitæ, a Te alienæ sint. Quum enim quilibet bonus præsumatur, donec aliud probetur: quid de te suspicarer, quem mihi jam pridem fama tanquam virum eruditum, bonum atque honestum celebravit? Hinc etiam, ut p. 111, sententiam scripsi libere; nec quidquam mihi excidisse arbitror, quod Tibi molestum fore judicem. Ut me sequaris, ut tollas digitum, ut victoriæ præmium decernas, nec postulo, nec exspecto. De aliis rebus ad communem artem pertinentibus si mecum privatim confabulari volueris, id mihi profecto erit longe jucundissimum: & re ipsa ostendam, in lucro me ponere, si per te

proficiam. Publicam autem discepcionem vel eo nomine deprecor, quia permolestum esset futurum, si vel quisquam, rei ignarus, simulateis aliquid inter nos esse, ex publico hoc litterarum commercio suspicaretur. Vale vir clarissime, & jurisprudentiam dñi ornare perge. Franqueræ A. D. xi. Sextil. c 15 15 cccxiv.

Themis te resalurat, optarque mecum, ne quid in posterum luminibus tuis officiat, simul vero, ne epistolam TUAM una enim mea recusam ægre feras, etiam atque etiam rogar. Debere id visus sum reip. litterariæ, ne pagellæ interciderent, sane perelegantes. Debere lectori, ne is ad mea legenda minus paratus accedat, sed tuarum litterarum gustu imburnis. Debere denique mihi, ne cui forte, ad quem epistolium istud tuum suavissimum haut pervenit, aut Andabaratum more, aut plane cum larvis pugnare videar. Si quid novi parturit ingenium, quod ad illustrandam artem nostram facit, eo ne Musas meas carere patiaris, vehementer a Te contendo. Reddam, si vivo, πάντα περί πάντων, aut, si mavis, cum sænore. Iterum Vale.

VIRO CLARISSIMO CONSULTISSIMOQUE,
D O M I N O

J. G. HEINECCIO,

S. P. D.

E. A. PAGENSTECHER.



Uid igitur ego faciam ? Non eam ? Ne nunc quidem, cum accersor ? An ita me comparem potius : non velle me disputare magis, de uno verbo, cum Heineccio ? Adsum, a Te, ut adessem, vocatus, & quæ Tu plura vis accepturus, Clarissime idemque Amicissime Vir.

Ne ego Te laudem, Vis, quin, amice me oburgas, quasi plus id satis fecissem. Sed hoc non accipio. Si enim justo liberalius forte ad mensus Tibi laudes fuerim, factum id erit ideo, quod anonymus antea ad Te scribere, decreveram.

FFF

Quod

*Quod excidisse mihi, ais, aspera qua aliis ac inhumaniora paullo videri possent, illud, prohi dolor! accipio, perturbatus, sermo, ad unum verbum quam cito. Idem enim istud, inhumana notionis verbum, ne asperum magis aliis paulloque inhumanius videatur, atque aliorum: quam quidem Tu scripseras, accipiant, mi Heinecci, valde ego vereor. Asperum, cogito mecum, videbitur ipsis, inhumanitatis mihi notam obijcere, idque, inhumana significationis verbo, qui non ejus auctor sum vel in minimo; dum in litteris meis, animi erga Te asperi vola non adest nec vestigium, inhumanitatis non gry quidem. Aut si ejusmodi umbra aliqua fortean occurreret, quo pacto, ideo, tanti vitii, (inhumanitatis) reum postulare me? Quare tam atroci verbo, in, quem amas adeo, *Tuum* Pagenstecherum insurgere, ac in aliorum animos, ut idem de me sentiant, tacite inducere infimul? Quo scodore, hujus rei gratia, ut adsum, exigere a me potuisti, dic, Vir amicissime? Atquin, Te facente ipsomet, privatis litteris Te rogavi, ut si quid fortean imprudenti stilo excidisset, quod sinistram interpretationem apud alios habere posset, id excusare Tu velles. Quare, majorem litigandi causam, eo nomine ego Tecum habere possem, sed non instituam tamen. Tam, quod hæc non Te ex animo dixisse, conjicio, quam quod non ad rem ipsam faciunt; ita non, sed est certandum legibus. Qui, & ira Te respondere ne ulla verba acerbiora me laderes, nullum Tibi conscium, quod mihi bilens possit movere, privatis litteris Tuis me certiorum fecisti. Cen & ego certe, etiam citra hanc Tuam contestationem, quæ respondisti, absque bile legissem. Præterea eruditus olim, quod in meliorem partem debeat interpretatio fieri. Et sic eam quoque toties recipiam quoties per verba liceat modo, deteriorem nunquam, nisi invitus eligam, eo, inquam, in casu, ubi omni adhibito studio, benigniorem elicere sententiam, nullo modo possum. Sed lex inter nos jam convenit antræ: *Amicitia perpetua, Fallens, opinionem illius, uter prior eredas, amicum vel latrum unquam ab amicitia constantia decessisse.* Hanc Tu mihi, ego Tibi denuo polliceor. Eatque adeo nunc pullata turba ignobilium, quæ quovis vento circumagitur.*

Quod illi, qui devorato (nec quidem bene digesto, id addere soleo) aliqua artis compendio, ad Gallii manes confugiunt &c. Tibi displiceant, id equidem credo. Itaque & hoc accipio. Ego, præputiatos enim non pluris facio, quam ancillam illius, quæ larrinam lavat.

Quod gravissimè, tandem, mihi non auriculam oppones: Id utique accipio. Neque ego Tibi pedem struam. Nec ensiet velim, qui in jus vocatum vindicet. Age dum, in jus ambulemus. Causam conscito, addicito Themis, stantem nobis. Verum, si placet, mutuo eruemus confictu. Q. T. J. G. Q. A. A. F. Esne is Clarissime Heinecci, a quo mandatum ego Cujacii petam? Annui-

Annuisti illud, litemque mecum affirmative contestatus jam es. Tria a nobis agi, recte animadvertis. PRIMO, Cujacii, quem secutus es, refello sententiam: *tempore, nimirum, Regum, interdictam prodigo administrationem bonorum fuisse.* SECUNDO, meas de hac re conjecturas expromo. TERTIO, de genuina Legis 28. ff. de Probat. lectione, inter nos est disceptatio. Hæc tria inter nos agi, idem quidem etiam ego contestor;

Nisi ad primum quod attinet, non tam (a) Cujacii illam & tuam sententiam refutavi; ac (b) quidem, illam a Te ex hac sola lege ex verbo *ibi: moribus*, probari non posse, dixerim. Duo igitur quoad primam questionem nostram, ut suscipias a Te exegerim.

P R I M O,

Administrationem bonorum, tempore Regum, prodigis interdictam fuisse.
Idque,

S E C U N D O,

Te ex hac sola nostra Legge 28. ff. de Curat. fur. ex verbo, ibi: moribus, probare posse.

Primum, credo, facile iniveris. Sed & Alterum ideo mecum agas, quia hoc modo lis inter nos contestata est. V. sup. p. 386. v. 9. &c. Cui & propter hanc rationem inter alias, a Te Clariss. Vir, ex hac lege sola id probari minus posse, meo vertebam animo, quod ipse senseris, ex uno solo loco, aliquid obtinuisse antea, non constare satis; Cui certe non, si obstant ei alia. Sic itaque nunc licet se res habeat nostra, tamen & in cæteris descendere Tecum in arenam, liber. Ac (a) *eam inter nos agitatam questionem, sive Cujacii quam secutus es sententiam, non tantum a Te non, sed nec ab ipso Cujacio, nec ab ullo homine alio, (b) non tantum, non ex hac lege 1. sed nec ex ullo aliquo alio loco, probari posse,* disputare Tecum adhuc mihi animi superest. Sed, ordinis causa, videamus primo, num ex hac nostra L. probari ita possit? Id quod dum ago, Themidi (Hanc enim cognoscendi judicandique causa accipias mecum, velim), Ejusve addictis arbitris, litis nostræ causam proximam fundamentumque aliquod, ponamus antea, tale; *legem nostram imam, in verbo: moribus, eo modo quo putas (prodigis scilicet tempore regum administrationem bonorum interdictam fuisse), non tantum ita NB. posse, sed ita NB. debere intelligi.* Id ideo, Vir Celeberrime; quia si solum prius probaveris, legem, inquam, ita posse intelligi, non etiam quod ita debeat intelligi, aliud utique nihil tum eviceris, quam NB. posse esse verum, sub regibus olim prodigis administrationem interdictam fuisse, non etiam, quod revera ita fuerit. Id quod affirmas tamen, & litem mecum de hoc contestatus es. Cui convenienter, monstrandi onus denuo Tibi incumbet, NB. alio nullo modo, quam solo illo Tuo, legem nostram intelligi posse. Fac hoc. Atque nunc, coarctemus nostram causam, h. c. ad unum primo redigamus caput, illud:

LEGEM PRIMAM PAND. DE CURAT. FURIOS. IN VERBO :
 MORIBUS , NULLO ALIO MODO POSSE INTELLIGI,
 QUAM : REGUM TEMPORE PRODIGIS ADMINISTRATIO-
 NEM BONORUM INTERDICTAM FUISSE.

Missis luforiis, vertis armis, acuto si placet, pugnabimus. At, quomodo; ego Te in statu stantem, erga me, videtur, video, Nobilissime Anragonista? Imo, ad hastam, ad tela, Clarissime Heinecci.

Ac primum quidem, unde mox dictum defendis, caput, argumentum Tuum tale est: quod lex nostra dicat, moribus ab initio introductum esse, ut prodigis interdiceret administratio; quam loquutionem, pergis, in iure nostro perpetuo significare, ius consuetudine & moribus utentium, vel tacitis populi suffragiis, nemo ignorat. Quod si igitur interdictio illa bonorum ex legibus tabularum descendit, quod Ulpianus priore constanter affirmat, & tamen moribus, ab initio introductum est, quod commate posteriore tradit: consequens sane est, ut mores illi aut anteriores sint XII. Tabulis, aut posteriores. Si posteriores dixeris, tum falsum erit, eam curationem prodigorum legi XII. Tabularum debere originem. Sin priores: verissimum erit, quod docui cum Cuiacio, eandem jam sub Regibus invaluisse. & postea migrasse in XII. Tabulas. Si verum dicis, amice, si verum narras; nunquam, illud sub regibus obrinuisse, verum erit. At respondeo, imo, negando Consequens posterius: Namque inde quidem sequi, forte poterit, quod ante XII. Tab. non autem, quod sub regibus ante eas, id obrinuit: quare enim non & eiektis regibus, sub populo, ante dictas Tabulas, consuetudine id introductum fuisse; exin concludere mihi liceat, id nullus credo dixerit? Aliud ergo est; An ante XII. Tabulas quid obrinuerit? aliud, quo tempore id, ante eas, obrinuerit? Illud, ad summum, Tua evincet propositio; Non Hoc: quasi illo tempore ita obrinuerat, quo ad arbitrium regum, res gerebantur. Ut & 2do. id quod ponis, loquutionem: moribus introductum, in nostra lege, significare: ius consuetudine inductum, hoc modo Te probare quidem putas, quia loquutio illa id significat perpetuo: Sed habeas Tibi Vir Clar. per me licet, in legibus omnibus quae hac in parte ad liquidum probant, verba: moribus inductum, aliud nihil significare, quam: ius consuetudine inductum, habeas ita Tibi si velis, dummodo scias, inde non tamen sequi, in aliis legibus; non quid etiam aliud significare posse. Debes, si placet, probare, non, quod dicta verba: moribus introductum, ius consuetudine inductum, significant, sed, quod aliud significare non possint. Dum; mores, v. g. ius natura, gentiumque, significant; dum iure Natura, Gentiumque, aliquid introductum dicimus, quare non ergo, verba: moribus inductum, significare poterunt: iure Natura, Gentiumque, aliquid introductum esse? Dum, mores, mores ipsorum hominum significant; dum, moribus hominum inductum, idem, quod pra mores, propter mores inductum, significare poterunt, ut paullo post videbimus; quare non ergo, obsecro, in legibus, ubi de v. g. prodigorum

mori-

moribus agitur, sed & ubi ipsi mores ad prodigum referri possunt, quare non ibi, verba: *moribus introductum*, significare possent: *propter mores prodigum aliquod introductum esse?* Sed adesdum adhuc. Ipsam 310. illam Tuam propositio- nem: *moribus introductum*, in iure nostro perpetuo significare, *ad quod consue- tudine receptum est*, ipse eo ipso probas, veram non esse, quando, ante di- ctorum Tuorum, credo, immemor, scripsisti: *moribus inductum*, etiam ea in iure nostro, significare: *qua ex interpretatione prudentium nata sunt*: Et alia, vid. sup. p. 391. circa fin. Cen & illud: *quod iure gentium introductum est*, in iure no- stro probare, addidi. Largiar 450. ergo Tibi, largior autem profecto: *Admini- strationis interdictionem prodigis factam, debere originem Tabulis*; Largiar etiam Tibi, verba: *moribus inductum*, ius significare *inductum consuetudine* & quin, ipsum illud in specie ius, significare posse, quod tempore regum obtinuit; Quid? ergo & ita in nostra Lege debet esse; Ergo ex hac sola lege verum erit: *ita tempore regum obtinuisse*; Vel, verba: *moribus inductum*, id significasse? Ne- gatus consecutio. Namque quid aliud etiam verba illa significare possunt. Ergo nondum hoc tuo argumento ex nostra lege, re probasse sequi debet. consuetudinem, quae facti est. Vid. sup. 401. in med. Sed, 350. contrarium, sive. consue- tudinem in Lege nostra intelligi non posse, ut ut jam non cogar, probare tamen in me suscipio, argumento Tuo, contra Te inverso, hoc modo: Aut consue- tudo illa, quam vis in d. L. per 10: *mores* intelligere, anterior est 12. tabulis: aut, posterior. Si priorem dixeris, jam, falsum erit, *debere interdictionem illam 12. Tabulis, originem*, cum consuetudine priori natales debeat. Si postero- res vis; iterum non natales debeat, dicta interdictione, 12. Tabulis; sed & jam falsum erit, moribus talibus *ab initio* introductum esse, id quod lex tamen habet; sed & simul jam verum non erit, quod ex his verbis docuisti cum Cui- cio, ita ante 12. Tab. obtinuisse. Atque sic vides, Vir. Celeb. primum argu- mentum tuum te beare nihil; sed obstare valde. Si enim, vel vis, & alle- gata loca probant, interdictione administrationis originem primam debet 12. Tabulis, utique priorem originem debere non potest, consuetudini, sive post, sive ut tu vis, ante 12. Tabulas, obtinenti. Nisi fortean, ipsam legem *illam*, hac de re *scriptam* in 12. Tabulas, *morum*, *consuetudinis*ve talis prioris voca- bulo, significaverint nostri; Et quae, credo, vis est, argumenti tui adi. Sed & hoc nunc videamus.

Ita vero Ildo argumentaris sup. p. 391. in fin. *Denique ea etiam qua legibus regi- sis ante 12. Tabulas inualuerunt & postea in hoc δωδεκαετητων migrarunt; a mo- ribus repeti solent in iure nostro, ut ab iis discernantur, qua aliunde ex Gracia tres viri in Graciam missi adsciverunt. De his liquidissimam esse arbitror regulam equi- ventiam: quoties ea qua in 12. Tabulis locum invenerunt, tribuantur moribus, so- cios per mores, leges regia vel consuetudines jam sub regibus recepta insoliguntur.* H. e. explicabo, ut intelligamur ab omnibus: quoniam in iure nostro, ali-

quando; unam eandemque rem, 12. *Tabulis*, suos natales debere legimus, quam simul & *moribus* suos natales debere, legimus, hinc, ne dubium alias sit vel contrarietas, ideo, per *mores*, significasse nostros Jctos, existimas, ipsa illa in 12. *Tabulis* scripta jura, qua antea sub regibus obtinuerunt, atque postea in 12. *Tabulis* rededit Romanus Populus. Scio, Vir Eruditissime, Tuum hoc aliorumve Magnorum in arte illustranda nostra Virum qui ex imis potius antiquitatibus rem sapere cupiunt quam ex Bartoli indice cum præputiatis aliquid evolvere, κριτηριον esse; Sed bona Tua venia erit, ostendam, totum hoc fundamentum falsum esse; in nostra lege, profecto, non accipi posse. Hoc dum facio, jure exegerim antea, ut tu fundamentum tale probes. Et quidem, quia inconcinna locutio est: *Leges NB scriptas in 12. Tabulis, velle mores sive consuetudinem significare*, sic utique probationes hac in parte, a Te exegerim, quæ au-
 dlunt, luce meridiana clariore. Adfers quidem, probationum causa (A) auctores, (B) rationem (C) exempla petita ex jure nostro, sed videamus. Auctores quos citas, sunt duo Viri, D. Halicarnasseus & Pomponius. Ille, habes, in 12. *Tabulis*, propositas esse ait, *παντας τους πατριους εθιμους τε και νομους h. e. omnes mores patrios & leges. Et quos mores patrios, pergis, in eodem loco opponis adscititiis, qua tris viri ex Græcia attulerunt. Idem, porro subnectis, Lib. 10. decemviro, ait, promulgasse νομους συνηγαγαμινους εκ τε των ελληνικων νομων και παρα των εθιμων αυτοις αγγελφον εθιμων. H. e. interpretaris, Leges ex Græcorum jure, suisque moribus non scriptis compilatas. Sed (1.) quid, obsecro, inde? In his 6. *Tabulis*, propositi sunt mores Patrii, & his oppositæ, leges petitæ ex Græcia, ergo, illos mores patrios, postquam *Scriptura* redacti sunt in *Tabulis*, possumus adhuc *mores* sive *consuetudinem* appellare? Acque esset, acsi vellemus dicere, corpus juris nostrum compositum est, ex jure antea scripto & non scripto, ergo simul dicimus, illam partem, *jus non scriptum*, postquam in *scripturam* redactum jam est, appellari adhuc posse, *mores* vel *consuetudinem*? Quod sicuti non est, ita ergo etiam non, qui dicunt: alterum illud juris corpus: (ita enim etiam, *Tabulas* bis sex vocari ex Livio meminimus), continere *mores* & *leges scriptas*, non id sinit dicent: *mores* illos postquam scripti sunt in 12. *Tabulis*, adhuc *mores* appellari posse. Qui dicit: *scriptas* in aliquo codice *leges*, compositas esse ex *consuetudine* sive *moribus*, ille non dicit: *leges* illas *scriptas*, compositas ex *consuetudine*, *consuetudinem* esse, vel, ita dici posse. Prius autem, dicunt loca, quæ allegas, non, posterius. Vides ergo, loca non probare, quod innuis. Præterquam, quod (2.) non unus locus ille dicat quidem, patrios mores illos, tempore regum obtinuisse, quo de ramentis inter nos contestata est. Contra, de suis, populi Romani, moribus, agunt. Vides iterum Vir Clar. hæc Tua ex *Halicarnasseo* petita argumenta, non probare, quod ais. Non magis ac locus, quem addis, *Pomponii*. Sed (3.) hic, non quidem habet, *mores*, in 12. *Tabulis* existare. Tantum absit, habeat: mores ibi translatos esse, qui*

tem-

tempore regum iam obtinuerunt. *Jus vetus*, ex Pomponio allegas, in 12. Tabulis translatum esse, sed, non : *jura qua tempore regum, & postea ut mores obtinuerunt.* Nisi fortean, vocabulum *juris*, nil nisi, *consuetudinem*, atque, *to, vetus*, nil nisi, *tempus regum*, significet. Sed, vocem, *juris*, varia significare, Tibi notum est. Inter alia, jus illud potabile significat, quod ex carne coctum laboranti Romacho denegatum apud *Ciceronem* legimus, atque ego, præputiato, quisquis est *καροσμαχος*, legulejo nostro, vel, ut etiam Romanæ illius familiæ spurios nominare eos soleo, *Macro* JCro, dari malim. Sed & ipsum quoque verbum : *vetus*, alia potius, quam *solum tempus regum*, dicere, non ibi inficias. Placene Vir amicissime, Tibi, vinum *antiquum*, quo de in L. XI. de *Tris. Vin. Ob. Leg.* ? Mihi profecto : *Theriacis sex cyathis.* Add. L. 5. C. *Qui test fac. poss.* punct. E. fin. C. *bon q lib. Cic. I. ad Att. II.* Jels. 56. §. 1. Ut videas, verbum : *vetus*, plura significare. Sed & ipsa conjuncta verba : *jus vetus*, aliud jus, quam illud solum dicere, quod tempore regum obtinuit, probat, inter alia, titulus : de *Veteri jure enucleando.* Sed (4) habeas, si velis, *jus vetus*, translatum in 12. Tabulas, *mores illos*, quos vis, significare ; Pomponius enim, si dixerit : *jus vetus, moresve in 12. Tab. translatus esse*, non tamen, id simul dixerit : *jus vetus moresve illos, translatus NB. scriptorque in 12. Tabulis, adhuc mores esse.* Vides, iterum Vir Clar. quos dedisti vades, contraxisse aremodicium. Et quare sicuti ego nunc acquiescere denno possem, ita vero (5) contra tamen iterum potius. & quod non opus habeo, probabo id quod ponis, verum non esse. (a) Ex verbis quæ ex Halicarnasseo allegasti : *ἡμῶν συγγεγραμμένους ἐστὶ τὰ τῶν, &* quæ sequuntur. Illud nimirum ibi occurrens verbum : NB. *συγγεγραμμένους*, sicuti Tu data opera, reor, non quidem recte explicasti. Ita vero probat tamen, leges illas NB. *conscrip̄tas* appellari, quæ in duodecim occurrunt ; tam illas, quæ ex Græcia petita, quam quæ ex moribus petita, ibi compositæ extant. Idem (b) denovo adhuc ex locis quæ allegasti probo ; dum leges quæ sunt *scripta, moribus* qui non fuerunt scripti, opponunt. Non ergo etiam, jura in 12. Tabulis utunt sunt scripta, mores magis appellare possumus. Non esse verum, quod proponis, (c) probo : Dic, quomodo, jura *scripta* poteris, *mores* sive *consuetudinem* appellare ? Aequè esset, ac si jus scriptum, velles jus non scriptum dicere ? Allegas quidem, pro altero tuo fundamento, rationem hanc : quasi vero, ideo, illas ex moribus in 12. Tabulas relatas leges, mores appellaverint, quia, *exactis lege Tribunicia regibus, eorum leges simul excoluerunt, & qua adhuc in civitate servabansur, non tanquam leges a regibus lata sed tanquam mores patrii ac consuetudines vetustæ auctoritatem obtinuerunt, ut populus incerto magis jure & consuetudine quam per latam legem regeretur : uti ait Pomponius in L. 2. §. 3. ff. de Or. jur.* H. e. ita ratiocinatis : quoniam exactis regibus, quædam leges regis adhuc remanserunt, sed quibus Romanus populus non ut legibus regis, sed ut con-

sue-

Fueruntque moribusque utebatur, exque leges postea in 12. Tabulas migrarunt, ideo, adhuc postea *morum* vocabulo venisse. Sed quare (a) Vir Clar. probationem tam in concinnam rei, dare vis, quam ipsam inconcinnam rem non probasti quidem. Proba antea, ceu non fecisti vidimus, rem ipsam illam : *¶ Ceteros scilicet nostros, leges scriptas illas 12. Tab. qua ex moribus sunt composita, morum vocabulo, postquam in Tabulis scripta sunt, significasse* ; atque tum demum operam demus, ut talis ratio admitti possit, quæ revera nulla est ratio. Sed (b) ipsam videamus rationem. Quæ, obsecro, hæc ratio : Romanus populus, regias leges, scriptas in 12. Tabulis, antea ut consuetudinem habuit, ergo postquam scriptæ sunt, adhuc possunt mores sive consuetudo appellari ? Si non quidem iura scripta, quæ revera antea fuerunt mores, magis mores appellari poterunt postquam scripti sunt, quo, quæso, scædore, iura *scripta, mores* appellare poterimus, quæ antea non quidem revera mores, sed non nisi *morum* instar fuerunt, quomodo, dic, illa postquam scripta sunt adhuc mores appellare poterimus. Idem esset, acsi vellemus dicere, nomina significandarum rerum causa, non magis esse. Sunt autem, & debent esse, profecto. Sed (c) ut ingenue fatear, id, in quo probationem ponis, in allegata a Te lege *1da de Or. jur.* non quidem extare video. Non habet quidem ibi Pomponius, leges regias quæ remanserant, populum Romanum, *morum* instar habuisse. Jure incerto, & consuetudine usum fuisse eo tempore Romanum populum, scio, ibi Pomponium dicere ; Facile etiam a me impetrare possum, ut credam, Populum Romanum eo tempore leges regias, si quas habuit, non ita tamen nominasse, sed potius *morum* instar habuisse, idque, propter odium, eo tempore, erga Regum nomen, maximum, usque adeo, ut sequioribus adhuc temporibus *mespila* ex urbe ejecerint, quod regii diadematis instar in cortice habuerunt, & quæ alia hac in parte addixi alibi, quare existimem facile, legibus regiis non gavisum eo tempore fuisse R. Populum ; At non tamen in dicta L. quidem video, leges regias remansisse ; Quin (d) contra potius, exolevisse illas NB. *omnes*, habet Pomponius. Jureque incerto atque consuetudine usos illos fuisse dicit, sed non quod legibus regiis, usi ita fuerunt Romani. Quemadmodum ab initio reges, omnia, *jure incerto agebant, & manibus*, sic NB. *iterum* hoc temporis initio, P. Romanum ali (an agi) moribus atque incerto jure capisse, dicit in d. L. 2. Pomponius. Sed (e) fit ita : R. Populum, eo tempore, leges regias, instar *morum* habuisse, easque postea in Tabulas abiisse ; non tamen inde sequitur : leges illas, postquam scriptæ fuerunt, adhuc mores appellari posse. Et quare talem rationem dicimus, rei, quam non probare possumus. Loca quæ allegasti ex D. Halicarnassæo atque Pomponio, ita non probare, vidimus. Sed nec exempla, quæ regulam illam demonstrare putas, demonstrare tamen crediderim. Inspiciamus omnia. *¶ In Patria potestatis*, ita habes, *moribus receptum esse*, ait Ulpianus L. 8. ff. *de his qui sui vel ab. jur. sunt*, & tamen illud inter leges decem vitales

ES

Et quidem in Tabula 4ta locum habuit, teste Dioniso Halic lib. 2 p. 97. Unde ergo patria potestas? Ex lege regia, cen præter D. Halocarnassum factur Papinianus apud Paris. LL. Mos. & Rom. tit. 4. Ut auctores omnes evolvam, mihi hac vice non vacat, aut si vacaret, certe non opus est. Dixerim (1.) enim, animum ex illis auctoribus errasse prius, quam quod legem scriptam, illos, jus non scriptum significasse, tenuerim. Sed (2.) ita dicamus, non quidem opus est. Tum enim mores & legem illam in 11. Tabulis Ulpianus confundisset, si idem in utroque loco prædicatum esset, sed quod ego non deprehendo. Neque enim in allegatis locis dicitur, patriam potestatem, moribus, duodecemve Tabulis, NB. primam debere originem. Aut (3.) si ita uterque ille locus dixerit, patriam potestatem, moribus, tabulisque debere natales: Non de NB. eodem tamen patriæ potestatis jure agant, dicamus necesse est. Dicamus ergo, patriam potestatem, qua de Ulpianus agit, introductam esse moribus, illam vero, qua de Paris. loc. alleg. ex Lege Regia; qua de Halocarnassus, ex 12. Tabulis esse. Jus patriæ potestatis; est ex moribus, sed tale, quale illi auctores habent, est ex Lege Regia atque 12. Tabulis. Huic Imperator consentit, quando in §. 2. de Patr. pot. ita habet, si recte tenuero: Jus potestatis quod habemus in liberos, proprium est civium Romanorum, nulli enim alii sunt homines qui talem in liberos habeant potestatem qualem nos habemus. Sed (4.) largiar omnia quæ allegas loca, & allegari hac in parte adhuc possint aliunde, ex Cic. Lib. 3. de Legib. &c. de una eademque illa, quæ immenta plane fuit & δεσποτική, patria potestate agere, quæso, quid inde tamen sequitur? Quæro, qui dixit, unam eandemque rem, inductam primum ex lege Regia, repetitam postea in 12. Tabulis, sed & moribus sive consuetudine receptam, an simul is dicat, mores, Legem Regiam, vel Tabulas appellari posse? Mihi contra magis videtur: Sed (5.) quare vis JCtissime Vir, per 10: moribus, in d. L. 8. intelligere solum jus consuetudine inductum, vel quod olim Regio tempore obtinuit, posteaque R. Populus consuetudinis instar, habuit? Atquin enim, vox: mores, inter alia, etiam Jus Gentium atque Naturæ dicit. Quare sic præstat, allegata a Te loca significemus: ut jus potestatis Patres in liberos habeant, hoc moribus sive jure Gentium sed & jure Natura inductum est, d. L. 8. Ut vero Pater liberos ad deformitatem insignes, cito, aqua igneque necet; Sed &, endo liberos jus vite necisque habeat, NB. talis, tam immenta tam infinita potestas, est ex 12. Tabulis. D. Halic. Consentunt a Te allegata loca. Consentit omnibus simul supra all. §. 2. de Pat. potest. ibi: proprium, nulli alii homines talem. Id ille probat textus, talem potestatem ex jure Romano esse, & non juris gentium, sed sic simul dicit, potestatem patriam in genere, ex jure gentium moribusve, tamen esse. Sed & mores, in d. L. 3. quare non intelligere liceat, ipsos post 12. Tab. utentis populi mores, quare, inquam, non eodem meliorive jure, ac quidem Tu intelligere vis, leges, quibus morum instar ante 12. Tab. usus fuit R. Po-

pulus ? Ita ut ego dixi, sit potius, *tuadet*, *to: receptum* ; ita probat verbum sequens : *solent*, hoc tempore presentis scil. Ex dictis simul nunc potest responsio etiam peti, ad exemplum quod 2do loco adducis, ex L. 10. *de jur. Cod. collata Tabula* : *Paterfamilias uti legassit &c.* vid. sup. p. 392. Præterea autem adhuc, liceat, nec diffiteri ipse libenter velim, notionem illam in allegato 12. Tab. loco : *legare*, patere latius ; Etiam, idem quod *mittere*, unde legatus h. e. missus ; Etiam, ut omnem in genere dispositionem univerforum bonorum significet, unde & *Angis, hereditas* ; & nostrum jam fecimus circa intellectum difficilem aliis, intelligo L. 6. ff. *inst. inst. leg.* At, *unice* tamen, hanc, *heredis* inquam *institutionis Testamentarii*, notionem, hic significasse, (6.) non constat, nec (7.) quo utuntur Xviri, verbum : *uti*, convenire huic videtur : Cum magis vox hæc arbitrii liberi solet esse index. *uti* h. e. *quocumque modo* legassit, ergo & alio, quam *sola* *factione Testamenti*. Ut & (8.) ultimas voluntates latius debemus non interpretari strictius, *Legē 12. de Reg. Jur. ac ratione*, Tibi nota, ex L. 1. *C. Eccles.* Cui. nox longi illa dormienda est, liberum debet habere loquendi arbitrium. Sed nec (9.) quidem etiam, ut *manu* quasi *palpare* id debeam, ex alleg. L. 10. manifestum adeo mihi constat : *per mores, introductum fuisse ut absque Testamento hereditas dari non posuerit* : Vocem : *manus*, mihi dextra evolvit : at plura hanc denotare, *trialitium est*. Etiam, *7ctos tradere*, ibidem Gotofredus ait. Id quis negaverit, vel potuerit ? Ego addo, forte & ex mente Gotofredi, etiam *per manus*. Observatione speciali dicam. Sed adhuc (10.) quod *Tibi* acquiescere nequeam, rationem omnino habet maximam, in vers. *Legis nostræ* : *ne NB. Codicillus*. Quippe non tam eo, *regum*, tempore, frequens Codicillorum usus erat, ac tempore posteriori quidem. Namque, ante Augusti tempora constat Codicillorum Jus in usu non fuisse. Sed primus Lucius Lentulus Codicillos introduxit. Qui cum in Africa decederet Codicillos scripsit Testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per Fideicommissum ut faceret aliquid. Sed habeas, per vocem : *manus*, in d. L. 10. *mores* significasse JCrum ; habeas etiam, in 12. Tabulis cautum esse, ne codicillis dari posset hereditas, non inde tamen vere concludi, quod vis, probant, antedicta ad exemplum tuum primum. vid. p. præc. Et quæ repeto etiam ad, quam 3tio loco, exempli causa adducis, Legem 2. *de Vulg. subst.* Ceu & aliis modis adhuc eam occupavimus, supra Obs. Crit. Obs. 15. Sed quid (11.) Vir JCrissime, si Tibi concesserim, in allegatis exemplis, per 10 : *mores*, significasse, auctores illos, *legem scriptam in 12. Tab.* Quid enim ? Ergo & in nostra *Legē 1. de Cur. fur.* Negatur consequens. Quoniam enim & quid aliud, hic significare potuit, sic ergo, ut solas 12. Tabulas dicat, dicamus non opus erit. Conf. sup. p. 402. Sed, non probant quidem exempla illa, id quod Tu vis. Ut sic sine ratione, nunc, in ipsam causam inquiramus, quam allegas, quare, *illas 12. Tab. leges, mores*, significaverunt nostri ?

Cau-

Causam hanc allegas : *ut ita discernantur, in 12. Tab. accurrentia jura regia, ab illis adscititiis.* Sed ad quid, inquirere; ob quam causam infrequenti & incinno modo locuti fuerunt nostri, quos locutos esse ita, non constat? Quinimo, ita locutos non esse, claret. Atque sic nunc probavi, argumenta tua quae habes, non probare : *Interdictionem administrationis factam prodigis, jam sub regibus obtinuisse, idque scitum in verbo, moribus in L. nostra dicere.* Quin, argumenta Tua contrarium probare, probavi. Sed quid nunc adhuc si concesserim, ex L. nostra ita Te haecenus probasse, vel, verba hujus dicere, consuetudinem talem olim ante 12. Tabulas obtinuisse, non tamen Tibi ex hac sola Lege ita dicenti, fidem facere debeo. *Primo*, argumento Tuo, sed quod meum ita indistincte non fecerim, *Tum 2do* meo, quod ex Tuo, tamen fecerim. Argumentum Tuum tale est : *Id quod in uno solo loco narratur olim obtinuisse, sed quod inauditum, vel cujus nulla vel vola vel vestigium apud antiquos occurrit, hoc obtinuisse apud veteres, ex uno illo solo loco etiam credere non debemus.* Hoc Tuum fundamentum probas *imo*, sup. p. 390. in fine. quando : Verbum *minores*, in hac lege nostra, ideo, ferre non vis, *quia inauditum menores ante legem Latoriam curatores accepisse.* Ita concludis : quia inauditum menores ante Legem Latoriam curatores accepisse, ergo *to* *minores*, in d. L. significare non potest, ante Legem, Latoriam curatores, *minores* accepisse. Ego itaque, Te argumentante ita, hoc modo quoque, concludam : quoniam inauditum ante XII. Tab. prodigis interdictam fuisse administrationem, ergo etiam lex nostra id significare non poterit. Juvabit nihil, si dixeris, illos, qui ex L. I. nostra probare volunt, ante Legem Latoriam ita obtinuisse, Legem corrigere, loco : *moribus, minoribus.* Nil Te juvat, anteverti dicere. Neque enim est quaestio, an recte illi inde ita significant, an bonae fidei sit illorum correctio ; sed an Tua ratio illa legitima sit : *quia inauditum est, olim minoribus curatores datos fuisse, ergo &c.* Aut ergo haec Tua ratio nullius erit plane ponderis ; Aut argumentum valebit, *id quod inauditum olim obtinuisse* (prodigis interdictam fuisse administrationem), *hoc, ex uno solo loco* (hac nostra L. 1ma) *dicere non licet.* Valere tale argumentum, probas *2do*, quod Tribonianum, & qui auctoritate Triboniani ita sentiunt, dum ille in *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* dixit : *Pubertatem veteres ex indecora inhonestaque inspectione corporis judicasse*, hac in parte errasse, ideo, existimas; quod nulla illius indecorae inspectionis, vel vola vel vestigium apud veteres occurrit. Valet ergo Tua sententia, fundamentum : *id quod in uno loco tantum narratur, olim obtinuisse, sed quod inauditum, vel cujus nulla vel vola vel vestigium apud antiquos occurrit, hoc obtinuisse, apud veteres, ex uno illo solo loco credere non debemus.* Hoc, argumentum est, Te probante. Et quod acuti, omnino facit, contra Te in quaestione nostra, *an ex sola Lege nostra 1ma credere debemus, apud veteres olim ante 12. Tab. obtinuisse, interdictionem administrationis factam prodigis?* Ita vero, tuum hoc fundamentum, meum non faciam quidem,

sed refutabo, ut videas modo, quam sim liberalis in disputando, contra Te; atque mea sententia bona nitatur causa. Non possum autem ideo, hoc Tuum fundamentum probare: (a) quia rationem nullam video, quare uni soli loco, in juris nostri corpore, sine ratione, fidem non facerem? (b) Quin contra potius, dum omnia quæ ibi occurrunt, Justinianus sua fecit, (c) composita a tot viris prudentibus, (d) & qui se antiquitatum studiosos profiterentur, utique omnino, uni solo loco, de observatione veterum testanti, si non alia obstant, fidem faciendam esse, censeo. Ceu, tum Tibi Vir Clarissime, facile consentiam, si illis, quæ unus ille locus dicit, adsint alia quæ obstant. Quare nunc, fundamentum illud Tuum potius tale faciam: *Quoties id quod unus aliquis solus locus habet, aliunde non constat, sed & alia adsunt, quæ ei obstant, toties illi uni loco fidem non faciam.* Hoc fundamentum valebit. I. Quia sicuti unus ille locus ita habet, ita alia contra volunt; & sic unus ille locus fidem faciens, ita obtinuisse, definit talis esse. II. Valebit argumentum Te auctore sine dubio, qui Tu illud fundamentum indistincte admittis, etiamsi alia non obstant. Aut si ita, ut ego dixi, vis mecum ita etiam intelligere, sine dubio iterum illud probabis. Sed jam argumentor: *Legi nostræ soli prima, testanti: interdictionem factam prodigis olim sub regibus ante XII. Tabulis obtinuisse, obstant omnia illa loca, quæ originem hujus interdictionis demum a 12. Tabulis repetunt. Obstant adhuc plura quæ paulo post videbimus. Quoties autem uni soli legi testanti aliquid olim obtinuisse, obstant alia, toties fidem ei facere non debemus.* Sed nostra legem imam ita non quidem testari, supra jam vidimus, atque videbimus infra latius. Ut sic nullo modo Te juvare videas, quæ hac in parte allegas quidem. Nil juvat, quod (a) majorem Tibi fidem vindicas, quam quidem Triboniano vis tribuere, dum argumentaris ita: *Tribonianus nullo nititur testimonio, ego Ulpianum auctorem habeo.* Vid. sup. p. 394. Ast enim vero, vis me dolo bono fallere, Vir amicissime: Non enim quæstio est, inter Te & Tribonianum, sed, Te inter atque me lis est, mecum utique eam es contestatus. Aut, si mavis, inter Ulpianum atque Tribonianum sit disceptatio. Ego ais, *Ulpianum auctorem habeo, Tribonianus nullo nititur testimonio.* Ita debuisse argumentari: EGO, qui dico interdictionem factam prodigis obtinuisse olim sub regibus, auctorem habeo Ulpianum; VOS, qui indecoram inspectionem illam in terminanda pueritate obtinuisse olim, dicitis, nullo nitimini testimonio. Sed jam posterius, non accipi potest: nitimur enim, qui ita dicimus, testimonio dicti principii *Iust. quib. mod. tut. fin.* Vel, TRIBONIANUS, in dicto principio ita testans, nullo nititur testimonio; ULPIANUS, in dicta Lege *ima*, ita dicens, habet tamen testimonium. Atque jam posterius accipi iterum non potest. Præter enim Ulpianum illum, nullum huicque adduxisti, qui ita dicit. Et quæ sicuti ipse quidem recte antea videris, sed quod ideo, Ulpiano contra Tribonianum potiorum esse dandam fidem,

fidem, atque solius Ulpiani testimonium esse locupletissimum, & ita quidem ex hac ratione PRIMO, existimas, quod ejus tempore: *adhuc exstarent & jus Papinianum & Gracii Flacii commentarii &c. ex quibus facilius discere Ulpianus potuit, quam nos hodie quid regum tempore obtinuit?* Vid. sup. p. 193. Ita vero nec hoc Tuum argumentum ego majori ponderis ratione auscultandum reor, Namque (1) Ulpianus scire potuit, ergo sciverit? Hæc est alia questio. Ita scivisse Ulpianum, si placet, proba. Ex nostra autem sola Lege 1ma, probari id non potest. Quia de ea disputamus; Quia multa ei obstant, si dixisset, Ulpianum ita scivisse; Quia ita hæc lex non dicit quidem. Quod autem SECUNDO, Triboniano, ideo adhuc, minorem fidem quam Ulpiano dandam esse putas, quod a plerisque veteribus, erroris convinentur, *quum terminum pubertatis, quem a Justiniano fixum refert, multo ante receptum ubique fuisse, D. Cassius ipsique Juris Nostri referant; L. 1. pr. ff. de Vulg. subst. L. 5. ff. L. 4. C. qui test. fac. poss. & imprimis Paulus noster Rec. sent. Lib. 3. tit. 4. §. 1. hoc iterum nihil est. Namque (a) & ab Ulpiano alienum fuisse humanitatis nihil existimo. (b) Num allegata a Te loca illa, tam feliciter ut tu ea scripsisti quidem probent, *pubertatis tempus jam ita multo ante fixum fuisse, quia evolvere non vacat nec opus est, nescio?* In allegata saltem lege 2. de Vulg. subst. parum prædium Te habere, supra probavi, *Obs. crit. Obs. 15.* In citatis Legibus 5. ff. & 4. C. qui test. fac. poss. teneo memoria, annis 12, & 14. testamenta facere permittum fuisse quidem, sed non, quod eo tempore *pubertatem* terminaverunt. Qui dicit: *anno aetatis 14to vel 12mo, potuisse fieri testamenta; non dicit: eo tempore, incipere pubertatem.* (c) Aut si ita, non de ejusdem tamen pubertatis tempore. Quos illos agere, quo de Justinianus in dicto principio, inde claret; quia, in dictis legibus, dies ultimus habetur pro completo, secus ac in dicto pr. ubi ultimum momentum esse debere elapsum, est ex sententia interpretum. (d) Inprimis autem ille Paulus noster dicto *Recept. sentent.* loco §. 2. dum tempori pubertatis, tempus quo testamenta fieri possunt, opponit, utique negat, eum, qui dicit, *anno 14to. permissum esse facere testamenta, dicere quoque, anno 14to pubertatem incipere.* (3.) Aut si vel maxime contendamus, Tribonianum hac in parte errare, quod dicat eo demum tempore, pubertatem in masculis, anno 14to terminatam fuisse, quid enim? Ergo & in eo errat, quod habet: vereres indecora inspectione corporis, in terminanda pubertate usos fuisse? Negatur consecutio. Erras enim ipsemet (Te fatente) aliquando & vinea cedis; Ergo semper & in reliquis erras. Nego iterum consequentiam, ne alias meum de Te apud Auditores meos suspectum fiat testimonium. Atque sic iterum vides, Vir Clarissime, Te non probasse, Triboniani conditionem, in causa Q. D. A. ea Ulpiani, deteriozem esse, cum par sit adhuc eorum conditio, in omnibus. (4.) Sed, ut soleo, utut jam non opusest, probabo tamen iterum contrarium, Ulpiani conditionem, hac in causa, et*

Triboniani multo deteriorem esse. Vel, Tuam, aliorumque ex d. L. 1. existimantium, *Regum tempore interdictionem bonorum factam fuisse prodigis*, concitionem, Illorum conditione, qui ex dicto pr. tenent : *in terminanda pubertate ventrem inspexisse veteres*, deteriorem esse, probabo. (A.) Ulpianus, si ita uti Tu vis, dixisset, obstat, quod interdictio illa, originem debet 12. Tabulis, plura alia adhuc, quæ infra videbimus. Triboniano, dicenti veteres impudica inspectione nudî corporis, judicasse pubertatem, obstat nihil. (B.) Ulpiani Tui verba, Vir Clarissime, alium sensum habere possunt, quam quidem Tu vis, ut jam vidimus, atque infra videbimus latius. Triboniani verba, Te fatente, alium sensum habere non possunt, quam : *Veteres indecora inspectione corporis judicasse pubertatem*. (C) Illud, quod vis, Ulpianus dixit, præter Ulpianum, fatentibus aliis sed & Te hucusque, testis est alius nullus, vid. sup. p. 393. Id quod vis, Tribonianus habet, ex aliorum saltem sententia, restatur etiam Ulpianus, *Fragm. Tit. XI. §. ult.* & alii. Quare nunc, antestor ego, *aqui ac boni libram tenentis æquissimi omnis judicis animum* ; Quid credamus potius, AN, ex L. *ima* nostra (quæ aliam adhuc interpretationem admittit, aut si ita dixisset, cui obstant alia), *interdictionem bonorum factam prodigis, olim obtinuisse sub Regibus* ; AN, ex dicto princ. *Inst.* (chi nullus locus obstat, & qui aliam significationem, fatente Heineccio & aliis, non admittit), *nudi corporis inspectione, judicasse pubertatem veteres* ? Sed dixi, ex Heineccii atque aliorum sententia ; Mihi enim non quidem videtur, Tribonianum in dicto princ. dixisse : *indecora corporis nudî inspectione*, ex porrecto v. g. profectio peculio, *astimasse veteres pubertatem*. Quin contra potius, verba ibi : *castitate, impudicum*, præter vulgatos ita interpretor ; Non, quasi Tribonianus ibi dixerit, impudica sive incastra NB tali, *nudi corporis inspectione*, sed, *exterioris potius habitus corporis inspectione*, usos fuisse veteres ; Non dicit, impudicam *illam* inspectionem habuisse veteres, qua, *nudum* corpus inspexerunt, ad priapum v. g. attenderunt, num sit vasatus bene, peculium minoris an majoris, non ita ; sed NB. *quam* veteres habuerunt corporis inspectionem, *habitus* scil. *exterioris*, dum ex firmis v. g. lateribus judicaverunt, *num potuit, num fuerit unus ex illis, &c.* hanc inspectionem, impudicam putavit Imperator, & cum castitate suorum temporum minus convenire. Et quæ plura, hac in parte dixi jam in *Disput. de sol. matrim.* Et dicam ex professo ad dictum princ. latius. Sed habeas, Tribonianum hac in parte errasse, nullamque plane fidem mereri ; manebit enim, nihilominus, verum etiam : *quoniam, ei quod vis, sola nostra lex ima dicit*, (ceu, vidimus, ita non dicit quidem) *obstant alia, sic ergo ei fidem facere non debemus* : Vid. sup. p. 410. Videsne nunc, Vir Clar. *quo jure scribere ego potui, atque Te proprio tuo gladio*, non quidem quod ais, *jugulare* (magis enim, ita vivam, Te amo), sed jure optimo, *Tuo argumento, dicere potui : Consuetudinem, qua de querimus, tempore regum obtinuisse,*

nuisse, ex hac sola nostra lege *ima* Te probare non posse. Utrique ita ex sola dicta L. *ima* dicere non audebimus; Quemadmodum enim, illa sola lex *ima* ita non habet, quidem, uti vis, sed & alia huic obstant, ita, vero Tu, ex dicto principio, licet nullus alius locus ei obstat, sed & ita dixerit, *judicasse indecora inspectione pubertatem veteres*, credere tamen ita, ex hac sola causa non vis, quia aliunde non de eo constat. Ah! quid dixi? Te nosse credere sic iudicasse NB. pubertatem veteres. Imo dixi. Scripsisti enim; etiam verum non esse in terminanda NB. *pubertate*, inspectione impudica usos fuisse veteres. Verba Tua in editione mea d. anno in p. 225. hæc sunt: *Deinde nec alterum est verius, quod veteres Romani masculorum pubertatem, indecora observatione, inhonestaque indagazione explorarint.* Placet scilicet. V. r. Char. Tibi, me accusare, quasi ego scripsissem, *Te negasse veteres Romanos inspectione τῶν αἰσίων usos fuisse*, Te autem excusare, quati in sola finienda tutela, non etiam in terminanda *pubertate*, id veteres fecisse, negaveris. Vid. sup. p. 393. Sine, V. utique es, me liberem. Quoad prius, ubi ego dixi, Te scripsisse, *Tribonianum errasse, quod Romanos inspectione τῶν αἰσίων esse usos scripsit?* Verba mea, supra p. 386. scripta hæc sunt: *qua Tribonianum ignorantiam suam, quod veteres ex indecora atque inhonesta nudi corporis inspectione pubertatem iudicasse dicit.* Quod posterius, utique negasti, tam in finienda tutela, quam in terminanda etiam *pubertate*, quin in ipsis nuptiis, indecora corporis inspectione, usos fuisse Veteres Romanos. Cetera ipsa Tua verba in editione ad Inst. A. 1719. p. 225. *pubertatem, & quamvis, tamen ne quidem*, nominatim probant. Sed ita, credo, res est: quia posterius non recte habuisti, hinc, ut habeas, quod alleges, scribere mavis, prius me de Te dixisse. Sed deius omnia, hac in parte de Triboniano quæ vis. Manebit enim verum nihilominus tamen, fundamentum quod vidimus: *Quoties &c.* Vid. sup. p. 410. Atque sic verum quoque manebit: ex sola lege illa *ima* nostra, probari non posse, quod ais. Et quod ipse, reor, postea videris, dum soli illi Legi magis non acquiescens, probationis loco adhuc adducis, locum Pauli *Recept. sent. 3 4 7.* Sed videamus hunc nunc etiam. Probabo autem iterum, non tantum 1. hunc locum non probare, *interdictionem bonorum factam prodigiis sub regibus obtinuisse*; Sed & 2. ita non probare; quin 3. probare contra, *sub regibus ita non obtinuisse.* In quo dum sum, dic: quomodo probabis ex hoc loco, ita olim sub regibus obtinuisse? An ex verbo: *moribus*? (1.) Non potes. Non magis, quam ita ex d. L. *ima* nostra in verbo eodem ibi occurrente, id probare potes, ut vidimus. Vid. sup. p. 402. & seqq. (2.) Imo, ex hoc Pauli loco, minus adhuc. Si non enim loquutio plena, in d. L. 1. *moribus introductum*, significant: ita sub regibus obtinuisse, ut supra vidimus, longe minus enim illud unum verbum: *moribus*, ita significare poterit. Ita, minus ex Pauli loco, quam ex Lege *ima* nostra, probari posse, vides, id quo de agimus.

Sed

Sed contra iterum, locum hunc Pauli, *tempus regium*, non significasse, probabo. Ut probem, vel ipsa verba apposuisse sufficiet: *Moribus per prætorem bonis interdicitur hoc modo. Quando Tibi bona paterna avitæque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem Tibi ea re commercioque interdicto.* Quis, quæso, hic per *to*: *moribus*, *tempus regium*, significaverit? Ita (a) Paulus haberet, *quo tempore*, sed non *quibus* interdictum fuisset. Ita (b) dixisset, *quid* interdiceretur (ne quis bona administret), & non *quibus*. Ita (c) *formulam* sive *quomodo* interdicitur: & non *quibus*, haberet Paulus. Ita (d) significasset Paulus, *per quem* (prætorem), & non *quibus* interdictum fuerit? Quis tam ineptum Paulum dixerit, ut habeat, *quid*, *quo tempore*, *quo modo*, *per quem*, & non addidisset, *quibus* interdictum fuerit? Quod sicuti absurdum esset, ita, absurda aliquem voluisse dici non debet, habet *Grotius* alibi. Volumus dicere, Paulum, sub verbo: *moribus*, sive *tempore regio*, simul *ipso prodigos* significasse? Sed est inconcinna loquutio. Sub verbo: *moribus*, tanquam *moribus ipsorum hominum*, prodigum indicare poterimus, sed non sub verbo *moribus*, pro *regio tempore* sumto. Id quod, vel sequi tamen deberet, si per *to*: *moribus*, hic velimus significare, *regium tempus*; aut, Paulum absurda voluisse dicimus oportet, vidimus. Sed mihi talis loquutio nullibi occurrit, ubi per: *moribus*, sive *tempore regio*, denotatur, *prodigus*. Per: *mores*, *tempus regium* non significasse Paulum, (e) probat vers. sequens: *quando tibi.* Quæ enim quæso hæc relatio: **TEMPORE REGIO, interdicitur hoc modo: QUANDO TIBI?** Quid *to*: *Tibi*, ad *tempus regium* pertinet? *Personam* (prodigum) significare potest, non *tempus*. (f) Sed ipsum Paulum tanquam verborum suorum interpretem, audimus in sequentibus: *Tibi bona avitæque NB. nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis.* Quis, obsecro, dixerit, hæc verba, in præcedenti commate, *tempus regium*, & non *personam* significasse. (h) *Personam* & non *tempus regium*, significasse Paulum in *moribus*, probant *Sphe* ibi præcedentes & sequentes omnes, de *personis* agentes, *quibus*, & non, *tempore* quando interdictum fuit. (i.) Probat id clare, *Sphe* præcedens proximus: *mulieri quæ luxuriose vivit bonis interdici potest.* Ubi enim cum casum magis dubium decidisset, non quidem ut *Cujacius* putat an *meretrici interdici bonis possit*, cum meretricia vita magis permixta fuerit (certe ipsius *Cujacii* filix quæ idem sibi nomen per meretriciam vitam paraturam jactaverit quam Pater per libros, interdictionem nullam per prætorem factam fuisse, credo); Neque etiam, an *mulieri indistincte omni bona dissipanti interdici possit*, quis enim de hoc dubitasset, cum sub lege generali: *interdicente prodigus*, jam comprehensa fuerit; Sed, num tali luxuriose viventi mulieri interdici possit quæ *maritum* habet, qui satis uxoris moribus prospicere præsumitur, hunc inquam casum magis dubium, de prodiga muliere cum in *s. præc.* decidisset, hinc est jam Paulus generali loquutione de prodigis subicit

Formulam, sive quo modo iis interdicitur : *moribus per prætorem bonis interdicitur hoc modo. Quando Tibi &c. (k)* Mores neutiquam, hic significare posse idem tempus regium quod vis per *eo mores* in L. nostra ima intelligere; Sed nec in d. L. ima tempus idem regium illud intelligi posse, claret, dum tempus quo de ibi agitur Prætorium, ad illud, *morum* refertur, hic contra illa sibi opponuntur. arg. *v. sed solent hodie* (l). Ipse prætor apud Paulum ita interdicens probat, tempus regium ibi accipi non posse. Neque enim tempore regum, ut quidem ego credo, Prætores fuerint interdicens administratione n. bonorum. prodigis. Sed, contra, prætoris hac in parte obtinens, hodie demum sive post 12. Tab. mentionem facit Ulpianus in d. L. 1. (m) Si lege 12. Tabularum, sive ut tu vis, regio illo jure, redacta in Tabulas, per prætorem hoc modo ita non interdicitur, sed demum post Legem 12. Tabularum, ut habet nostra L. 1. Quo pacto, dic fodes, apud Paulum, loquente de Prætoris ita interdicens, poterimus, tempus regium, relatum in 12. Tabulas, intelligere? (n) Et quis denique, formulam inductam per posteriorem legem, a Regio jure anteriori, Paulus non, credo, recensuerit? Vela contrahamus, omnemque rem quæ dici etiam alias a Te posset, absolvamus compendio : *Moribus*, dicit Paulus, *tali formula interdicitur per Prætorem. Ius tale, tempore regio, non obtinuit.* Sed habeas, Pauli locum hunc, ita dicere; Est enim de sola nostra L. 1. quæstio. Non sequitur, Paulus ita hic habet, ergo & Lex Q. D. A. Ulpianum ita in L. nostra ima dixisse, obstant alia quæ vidimus. Sed locus Pauli ita non probat quidem, obtinuisse. Quin, ita non obtinuisse, probare, vidimus. Atque ita nunc probavi (quod sufficit) legem nostram *imam* non probare, ita obtinuisse olim, ut Tu vis; Sed & probavi contrarium, legem illam non significare tempus regium, vel regio tempore ita obtinuisse. Sed probavi, ulterius, nec quidem ipsam rem illam veram esse posse: Prodigis tempore regum, curatione interdictam fuisse administrationem bonorum. Quoniam ita inductum primo per 12. Tabulas, atque sic ante eas obtinuisse non potest. Et quæ sunt argumenta adhuc alia quæ jam vidimus, & sic non repeto.

Ad Alteram disputationis nostræ caput, ad meas, inquam, duas conjecturas progredior. Earum prima hæc est : Per verbum : *illud*, in Lege prima nostra : *moribus, mores prodigiorum significare nos posse; Idque Ulpianum voluisse: præ moribus, sive, propter mores, per mores, cum moribus, vel in dativo, moribus, id inductum ita esse.* Summa, *mores hominum eo tempore dissolutos, ansam huic juri dedisse; vim esse Legis conjicio.* De altera mox; Hanc primo discutiamus. Ferri cam non posse, hac re, primo, esse putas : quoniam verba : *moribus inductum*, eam ægre admittunt sententiam. Idque putas 1. quia verba hæc, *aliquid consuetudine esse inductum*, significant; 2. Quod linguæ Latinæ natura, hanc *abstracti* notionem meam plane resp. at. 3. Quasi nullus ita sensus esset in lege.

H h h

Hor-

Horrescens ferme, accipio! Ad prius, respondi jam, aliud nihil significare, hanc notionem: (1.) Verum non esse. (2.) Perpetuo ita sumitur in alleg. à Te Legibus, ergo non etiam alio modo sumi potest in Legibus aliis; Næ ! multum falleris Vir Clar. Et hoc vidimus, supra p. 402. Quare etiam in Lege nostra non liceat alio modo interpretari, sane volo, mihi probes.

Neque enim 2do. quod adducis, eo facis; *quasi lingua Latina natura ablativi hanc notionem non admittat.* Primo enim iterum, me fallere credo habes in mente tua, ac persuadere mihi, ut assumam, vis, id quod non dixerim, tamen; Quasi, inquam, casum hic solum *ablativum* ego intellexissem. At ubi ego, scire cupio, mentem meam ita significavi? Concedam ergo tibi totum tuum argumentum. Negem enim *ablativum* casum me dixisse: *hunc declinem, dativum volo.* Dic nunc, quare non valeat sensus? quid latinæ hic aures respuunt: *moribus alicujus aliquid introducere.* Quid est differens inter sensum Pauli, dicto *Sent. recept. loco, moribus interdictum*, & hic Ulpiani, *moribus introductum, vel interdictum.* Aut si NB. *Tibi, tibi, interdicitur* apud Paulum, *administratio*, quare non & hic *moribus*? Sensus, porro, Ulpiani in commate priori: *prodigo interdicitur*, qua vi differt à nostro verſ. seq. *moribus introductum*, sensu? Atqui & alii ita latine eundem sensum efferunt. Si *Ciceroni meo* (ut tibi loca dicam quæ memoriæ olim commisi) *omnia accidebant qua homini accidere possunt*: quare non & hic *moribus accidere introduci aliquid, interdicti administratio potest*? *Ecce me qui id faciam vobis*, cur non & *introducā vobis*, Terentius dicit? Si *anxi* interdicitur, quare non & in dativo *moribus* ita introducitur? Si *anxi defectui* interdictum dicimus, quare non & ita *moribus* liceat interdiceri? Quæ denique differentia est, inter verba hæc *Tua* sup. pag. 390. in fine, quæ habes NB. *minoribus introductum*, atque hæc mea: *moribus hoc prodigorum, introductum esse*? Eadem credo, quæ inter duos medicos est, quorum unus (verbo venia) *Jclystere vomituque*, alter vomitu *Jclystereque* purgari juber. *Abi præcept Clarissime Vir!* Si: *minoribus introductum*, scribere plures, ac Latinum tanquam teceperet etiam, Tu ipse, omnes nostri, qui ad meas saltem manus pervenerunt, interpretes; quare non & *moribus introductum*, hoc sensu dicere mihi liceat? Ita vides, quod totum argumentum tuum tuto concedere (1.) possum; neque aliis, immiscere me, necesse habeam. Ast liber tamen, aliis adhuc modis, significare quod non illud Tuum argumentum mihi obstat. Largiar etiam (2.) *nullam præpositionem*, qualem forte, Tu velis, *qua causa impulsiva externa exprimitur, casum sextum adſciscere.* Ergo, si placet subaudi aliam præp. v. g. *à. ex. præ. de. &c.* quæque omnes in uno sensu convenient, veluti duo iterum *Domini Medici*, quorum amuleto unus, alter *Pharmaco* febrim pellit; ac significant, *mores prodigorum ansam huic interdictioni dedisse.* Eodem enim modo; quo ex

ſuis

suis doluit Cicero, quoque ex moribus dolere potuisset. Si nos amas de illa; apud Terent. quare non & de moribus? Si ab hostium ferocitate quid inductum, in l. unis. Cod. Sc. Claud. toll. quare non & à moribus? Pro ejus peccatis ego supplicium feram, ait. Terent. Cur non & Ulpiano dicere liceat, pro moribus id inductum esse? Nullus video. Cujus summa virtute, porro, ac singulari humanitate affectum Ciceronem, quid aliud significat, quam ob summam virtutem; ac quod sequitur, nostra factum negligentia, quare non & moribus prodigorum quid factum huc inductum admittet? Amat eum Cicero merito ejus h. e. ex merito. Vel, si navis, ob meritum. Si ejus culpa, quid fit, apud Ciceronem quare non & moribus suis? Aut, mala conscientia sibi impias manus inferre in l. 3. de his qui not. infam. quid aliud significat, quam, malam conscientiam hujus maleficii, causam fuisse. Si ex moribus datum Tarquinio superbi nomen, quare non & hic ex moribus inducta posset, dici administrationis bonorum interdictio. Si ex hoc jure Gentium, contractus inducti sunt, §. 2. Jur. Natur. Gent. Civil. Quare non & ex moribus hic inductum quid esse, dixerim. Uxorem his moribus, dabit nemo apud Terentium h. e. ob ejus mores. Addamus Pomponium, in L. 1. de interd. & releg. avaritia, habet bona vindicata fuisse, quare non & moribus ergo ita inductum dicamus? Si porro nostri interpretes ibi legunt: innocentia & ratione meorum temporum remisi exemplum; quare non & moribus prodigorum dixerimus aliquid interdictum esse. Dixi ita interpretes legem legere. ego enim malim salva servata lectione: innocentiam, rationem, per ellipsin, ob sive propter, intelligere conf. sup. ad d. L. junct. L. 6. ut in poss leg. & quod id Ter. in Hecyr. & quid me accusat. Si promissis aliquid inducimus apud Cic. Quare non & moribus prodigorum aliquid inducimus? Si pra. ita, apud Cic. quid factum? Quare non & ille Ulpianus noster, quid pra. moribus introducere potuerit. Si qua re (ob quam rem.) hac re (ob hanc rem.) dicimus, qua re, non & ea re; moribus inquam, dicere licuit Ulpiano? Atque ita forte interpretor dictam apud Paulum formulam & ea re. H. e. ob eam rem. Et sic non opus erit Chirurgiae Cujacii, loco: ea re, are, substituentis. Et quod placet etiam Menandro, qui id accipit, de Testamento per as & libram. Si & ita placere mihi posset, malim tum: to: aris, latius accipere, pro ipsis bonis. conf. 1. 2. Tab. §. aris confessi. Sed correctione non indigemus. Sensus enim adest: Ob eam rem Tibi (Tux personæ), ea re (ob eandem rem), commercioque interdicto. Quid multis! Postquam enim ita in mentem mihi venit; Clar. Giph. in. ita mecum quoque, illa: ea re, pro: ob eam rem, interpretari vidi, ad d. Pauli locum, in verbis: perducis ob eam, neque hactenus ab eo dissentire Clar. Schulte. aliosque, quod magis est TE illud hactenus probare, animadverti. Nunc autem certiore me facias, quomodo differant, ea re, (h. e. ob eam rem), & moribus (ob mores)? si id TIBI, quare non & hoc mihi dicere

liceat? Nullam, auguror, rationem habebis. Si *juvenali recte vivendum erat*
Tum NB. propter crimina, Tum NB. illis precipuis causis; Quare non & moribus
 ut aliter viverent, id introduci potuit? Si in *ablative, causa etiam efficiens est,*
 uti *amore Patris*, sapienter Sanct. Minerva docet; Quidni & in *moribus prodigo-*
rum causam efficientem agnoscere liceat? Si *condictio NB. causa data non secuta,*
 non significat aliud, quam *NB. ob causam datam, ab altero non secutam,* ideo, hanc
 conditionem competere; coll. *tit. ff. seq. de condictioe NB. ob turpem causam,*
 add. *tit. Cod. de cond. NB. ob causam datam,* quidni & hic: *moribus, ob mores,*
 significare poterit? Adhuc Clar. Vir; paucis si placet. Jctus enim Pompo-
 nius noster sufficiat, ad probandum: *moribus* idem dici posse, ac *propter mores.*
 in *l. 5. ff. de stat. lib. v. NB. incerta causa,* h. e. ob incertam causam, *rationis.* Cum
 enim in proposita ibi facti specie aliquid adhuc *NB. obscuri* ipsis rationibus, a sta-
 tu libero reddendis, inesse Jctus antea dixisset, cujus ipse gratia, satisfactionem
 heredi obtulerat, in *v. satisdare,* non obstante post antedicta hac rationum *ob-*
scuritate, liberum nihilominus futurum statu liberum ex humaniori Aristonis &
 Neratii sententia respondet: Ne libertas scil. omnibus praeferenda rebus &
 longe favorabilior *l. 122. de Reg. Jur. NB. propter aliquam forte latitantem adhuc*
obscuritatem rationis (a statu libero reddendae, *princ. ibid.*) h. e. *NB. ob incertam*
rationis (reddendae) causam, incertumque hujusmodi negotii genus, sufflaminata,
periculum aliquod patretur. Nam & quae obscura vulgo dicimus, eadem *in-*
certa etiam, juxta receptam Philolophorum veritatem, judicio semper nostro
 haberi consueverunt. Adhuc re ordor *l. 54. ff. de legat. 1. ibi turpia legata qua*
denotandi magis legatarii gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur.
 Hac quid verba significant aliud, aut possunt; quam *propter odium* s. *quoniam*
id non amorem (qui alias legatorum causa est, *pr. leg. ibi donatio*), sed *Testatoris ma-*
gis odium erga legatarium significat, ideo tale legatum pro non scripto habend-
 dum. Visne fidem monumento, Clar. Hil. Lebrandii Nostri Herbornensis, & tuam
 addere: ibi *innocentia sua Deo pretiosus atque probitate morum? Requiescat,*
quae so, Vir ille Celeberrimus atque Doctissimus, in saecula saeculorum. Adhuc;
favore libertatis multa introducta contra communes Juris Regulas in §. ult. Institut.
de don. quid significat, aliud credo nihil, quam, ob favorem libertatis id ita intro-
ductum esse. Odio furum introductum in §. 14. Instit. de act. quomodo interpre-
taris studiosa tua juventuti? credo ut ego ac alii, id propter odium furum in-
troductum esse. Martialis adhuc ita alibi in Maximam habet:

Ride si sapi! O Puella ride.
Pelignus puto dixerat Poeta.
Sed non dixerat omnibus Puellis.
Quamvis dixerit omnibus puellis.
Non dixit Tibi, tu puella non es.

*Et tres sunt tibi Maximina dentes.
Sed plane piceique buxeique.
Qua re, si speculo mihi que credis,
Debes, non aliter, tenere risum.*

Verba : non aliter, sed & aliam probant abinde, verba : qua re, causam significare sive ob quam rem risum tenere, Maximina debuerat, ob dentes scil. plane buxeos piceosque. Sed quis omnia recenscat? Ex Pareo id adhuc addam in hac voce ad Plautum, Pra : causam impulsivam notare ; at qualem casum requirit? *otum* credo. Eodem tandem sensu, quo dicis, *moribus utentium jus introduci*, dicas etiam, *moribus prodigorum introductum esse, ut sit interdicta iis administratio*. Ut sex ita jam habeas responsiones ad argum. illud Tuum. [1.] *moribus*, in dativo significem. [2.] in ablativo idem erit, quod *per mores*. [3.] *cum moribus*. [4.] *ex moribus*. [5.] *pra moribus* [6.] *ob mores* Ne unam jam quidem harum ferri posse, ut ostendas, velim. Et ego gaudebo, eruditus: *mores prodigorum*, non recte me in h. l. interpretari posse. Ut & illud [7.] adhuc moneam (non Te adeo, qui hoc scis, quam quidem alios; vel quod non cogitasti forte in memoriam Tibi revochem), & omnem Tui enervabit argumenti nervum. Non sequitur, id apud alios Auctores Latinos non inveni, ergo Latinum non est. Non valet hæc consequentia. Ego contra existimem; alios Auctores potius ex nostrarum Pandectarum Florentinarum archetypo, conscripto tanquam à Latine linguae puræ studiosissimis, conciliandos esse. Sakiem huc faciet l. 47. ff. de rit. nupt. & fœditatem. Antiquos discimus, nomina in *ius* exeuntia, ut *ponderitas, sceleritas*, in *us* subinde transmutasse. Ut non mirum sit, & *feditas* in *fœdus*, mutasse illos, si ex Pandectis Florentinis probetur. Sed & *affinitas*, apud Paulum in l. 4. ff. de grad significare : *affinitatem*, supra, ni fallor, ad h. l. probavi. Vid. pag. 176 Quamvis etiam alii Latine loquentes, non illud dicant, tamen Lex Ulpiani hoc verbo utitur. Ita argumentante in Juris sui Grammatica, Titulo inquam, l. 101. ff. de verborum NB. *significatione*, Justiniano nostro. Non sequi : id quod nostri Jcti habent, apud alios non inveni, ergo non esse latinum, probat Duck. in tractatu quem de Jctorum Latinitate elegantiori scripsit integrum. Etsi de Codice &c. id non libenter affirmarim, tanquam conscripto a non ejusdem modi Latinitatis studiosis. Ut tum simul inde 1. videas, quam parum stringat id quod ex l. un. §. 5. ais, *Codicem nunquam moribus*, sed semper *ob mores propter mores retentionem dotis concessisse*. Præterquam 2. quod iterum non sequitur, Lex dicit, *ob mores*. ergo negat; *moribus* dici posse? Atqui unius, putavi semper ego, inclusionem non statim esse exclusionem alterius. Neque 3. conveniunt, *ob mores retentionem concedere dotis*; & *ob mores interdiceret administrationem alicui* Differunt, aliquid *retinere*, & *introducere* aliquid, verbotenus & sensu. Ne, quæso TE Vir Clar. de nomine amemus triumphum. Hæc

H h h ;

lege

lege *ſce* ! Ad *ſciam* Tuam objectionem progredior ; quam facis conjecturæ meæ. Vid. ſup. p. 396. & *Quomodo enim coherent illa &c.* Probabo autem (1.) eadem lenitate textum legis noſtræ imò ex mea ſententia fluere, qua Tu eam ex Tua ſententia fluere putas. (2.) Recte autem ita me ; (3.) Teminus recte verba Ulpiani ita connectere. (4.) Quod humanum eſt, erraſſe Te, in referendo meam ſententiam. (5.) Senſum denique quem ego facio, legi noſtræ ineſſe, & ex illa debere fluere. (1) Ita vero & juxta Tuam hypotheſin, ad ſenſum quem ego in verbo : *moribus*, puto, verba connecto : *Lege 12. Tab. prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio*, adeoque ipſo jure prodigus bonorum ſuorum adminiſtratione excidit. Id quod *moribus quidem*, talium luxurioſe viventium hominum, *ab initio 12. Tabularum lege illa, introductum, Sed ſolent hodie &c.* (1.) Recte autem ita ex mea ſententia ; (3.) Male, quemadmodum Tu intelligis, coherere, probò, quia *illi* obſtat nihil, *Hiſc* multa. Obſtat Tibi (a) ; quod ita Ulpianus hiſc idem dixiſſet : *Lege 2. Tab. prodigis interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio. Quod moribus* (h. e. lege eadem 12. Tab. ex Tua interpretatione *ita introductum*. Obſtat (b) denuo, quod ita Ulpianus dixiſſet : *Lege 12. Tab. interdictum fuiſſe prodigis ipſo jure*, ſimul ac, non ipſo jure interdictum hiſc fuiſſe, ſed prætores eiſ curatores deditiſſe. Siquidem in *ſ. ſed ſolent &c.* etiam idem jus 12. Tab. intelligis. Vid. ſup. p. 396. & *Sed & iſdem moribus*. item, in *ſ. Aſt curationem prodigorum aque ac inſeractionem* ; qua de agis, & quam putas me intellexiſſe, faciendam *per prætorem*). Sic autem iterum (c) obſtaret Tibi quod decemvirali tempore prætores tales nondum haberint. Sic obſtaret (d) denuo adhuc, verbum, quo Ulpianus utitur : *hodie*. Obſtat, (e) quod juxta Tuam explicationem, legi multa verba quæ addiſ, ſed quæ lex non habet, inferere debeamus. V. g. *iſdem moribus mutatum eſt : enim &c.* Vid. d. pag. Contra, meæ ſententiæ obſtat nihil. Licet enim quidem Tu dixeris Vir Clariffime, *duas ita me propoſitiones ejuſdem ſenſus inepte per adverſativam particulam : ſed, conjunxiſſe ; ſed & negaſſe me, olim ex 12. Tab. habuiſſe curatores prodigos* ; attamen neutrum me dixiſſe, video. Quoad prius enim, ubi duas ego propoſitiones habeo, ejuſdem ſenſus ? PRIMA mea propoſitio habet : *Lege 12. Tabularum ita interdictum fuiſſe* ; ALTERA, quare, ſive, qua modo, qua cauſa, *moribus* ſcil. ipſis luxurioſe viventium, ita Lege 12. Tab. introductum fuit. Quæ differunt ; Et quæ quare per particulam : *ſed*, connectere non liceat ? non video. Ubi autem, porro, ego negavi : *Lege 12. Tab. prodigorum curationem nullam fuiſſe* ? Verba mea, ſupra, p. 386. hæc ſunt : *Lege 12. Tab. prodigis interdicitur adminiſtratio, idque propter mores eorum introductum ita eſſe ab initio* (dicta ſcil. 12. Tab. lege). *Si vero hodie talibus moribus inveniatur homo, ſolent tunc prætores ei curatorem dare.* Vel, ut poſteriora hæc, in priori editione habui : *non bonis interdicitur tantum, ſed & curator ipſi datur.* Ex quibus hiſc

hisce verbis, dic lodes ex animi sententia, probari poterit: *me negasse curationem prodigorum ex 12. Tabulis esse?* Ex innocenti verbo: *interdicitur?* Non potest. Qui cum Ulpiano dicit, *prodigis bonorum administrationem interdictam fuisse*, non negat: *in curatione prodigos fuisse*. Contra, alios prodigo administratores atque curatores fuisse, fatetur cum Ulpiano. Quia alias id idem esset, acsi cum Ulpiano dixisset: quod prodigus nec ipsemet, nec curatores pro eo, de bonis suis disponere potuissent, sic autem nullo modo, ad necessitatem vitæ sustentandæ suæ, bona haberet prodigus. Sed quare magis ex verbo: *interdicitur*, ita ineptum concludere vis ex *mea sententia*, quam quidem ex *Tua*? Contra, ex *Tua*, ita posse jure potiori concludi, vidimus jam. Sed nec ex verbis meis: *curator datur*, uti vis, concludere poteris, quasi nugaverim, ex *12. Tab. curatores datos fuisse prodigis*. Neque enim *emphasin* habui, in verbo: *curator*, sed in illo: *datur*. Et quod quoniam Tu non habes, sic juxta paraphrasin Tuam concludam omnino, id, quod Tu de me ponis, ex *Lege 12. Tab. curationem prodigorum non obtinuisse*. Sensus verborum meorum hic est: *Ex Lege 12. Tab. prodigis tantum interdicebatur bonorum administratio*. H. e. erant ex *IPSA ILLA LEGE* in curatione agnatorum; *Sed solent hodie, pratores vel presides, eis curatores DARE*. *Emphasis* scil. dixi, verborum meorum est, in verbo illo: *datur*. Ut sic (4) nunc videas, meam, quæ est, vere Te non dixisse, sententiam. Meam autem explicationem, ex verbis legis leniter fluere, probant verba, dum ita nulla alia inconcinna intermixtione vel ope verborum indigent. Ceu ex *Tua* sententia contra vidimus. Sensem quem in lege esse ego dico, (6) Vult, omnino adhuc, si *to talem*, relatum, ad *v. moribus*, advertas animo. Sicuti ab initio, *MORES* ansam dederunt, ut ex *Lege 12. Tabularum*, prodigis interdicta fuerit administratio, sive curatores ipsis ex lege fuerint, ita vero, hodie si *TALEM* (*moribus*) invenerint hominem, solent ei pratores curatorem *NB. dare*. Hunc sensum probat (7.) nominatim eisdem verbis, §. 3. *Inst. de Curat.* Et quomodo dixi, si attendisses: *to dare*, in *Lege nostra*, non tantopere tanto verborum adhibitorum firmate, de sensu quem fingis, fuisses sollicitus, ut probare eum potueris. Atque sic nunc probavi etiam, argumenta quæ opposuisti meæ circa legem nostram *imany de curat. fur.* sententiæ, ei obstare nihil. Et quare (1.) sicuti nunc esse Tu iterum contentus possis, ita vero ut plus satis Tibi faciam, meam in *L. nostram* sententiam veram esse probabo adhuc. Ita vero (2.) ad hoc, nos *Paulum* sua quasi manu ducere 3. *Rec. sent. 7. supra* vidimus p. 386. & p. 413. seq. per argumenta ibi multa. Ceu & (3.) Huc facit *L. 1. ad Maced.* dum eodem ibi ferme modo dicat, *mores filiorum familias improbos ansam dedidit Macedonianis*. Nec definit esse, ideo quod (a) *Pauli illa lex non sit*, nec (b) *ibi dicatur Macedonianum moribus inductum fuisse*, ceu Tu mihi hæc opponis quidem sup. p. 396. Quoad prius enim

enim, quia *Pauli* non, sed *Ulpiani* lex est, sic ergo magis faciat, ad alteram; ejusdem *Ulpiani*, legem nostram *eam* simili modo interpretandam. Quod *2do*, in illa L. 1. *ad Maced.* dicatur: *Macedonianum moribus inductum fuisse*, ubi hoc ego dixi? nullibi. Sed hæc mea verba sunt sup. p. 387. quod simili ferme modo *Macedonianum* dicatur inductum. Mens hæc est: Sicuti mores filiorumf. eo tempore ansam dederunt huic *scito*, ita eodem modo, mores luxuriose viventium ansam dedisse legem scripta in 12. Tabulis. Quæso Vir amicissime, non captando verba teramus tempus. Neque enim ego, ex illa sola L. 1. *ad Maced.* meam explicationem tam probare volui, quam firmare quidem, & quidni illo modo, quem dixi. Sed quare non, Vir Clarissime, & in reliquis meas probationes omnes insurgis? Quales fuerunt adhuc v. g. quod ipse *Ulpianus* 10: *moribus*, in fine ibidem per ipsos prodigorum mores, per verbum: *mores*, nominatim explicat, & quæ plura hæc in parte adduxi: supra p. 386. seq. Ita volunt alia, quæ adduxi postea, p. 409. & in seqq. passim. Ita vero palam adhuc jubet, non tantum ipsum illud in L. nostra verbum: *mores*, ut dicere jam anteverti, sed omnino ita vult, si velimus attendere, dum, ab iisdem moribus NB. *cessantibus*, finem curationis ibi *Ulpianus* probat. Sicuti nimirum, *mores luxuriose viventium* hominum, ansam dederunt curationi, sive, *moribus* ita inductum est, ut sint sub curatione prodigi, ita ergo ansa illa vel causa cessante, cessare quoque debebit effectus, curatio illa. Dum, *mores cessantes*, *Ulpianus* dicit, causam esse *cessantis curationis*, oportet utique etiam habuerit, *mores tales exstantes*, causam inductæ datæque curationis fuisse. Quæso, quis, qui legem nostram ita nunc vel obiter inspiciat:

Lege 12. Tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. Quod MORIBUS quidem ita ab initio inductum est. Sed solent hodie prætore vel præfides, si talem hominem invenerint, qui neque tempus neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profudit, curatorem ei dare exemplo furiosi. Et tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furiosus sanitatem, vel ille sanos MORES receperit. Quod si evenerit, ipso jure desinant esse in potestate curatorum.

Quis inquam, quæso, qui ita legem vel obiter intuetur, & verum amat, dubitaverit, *mores* ipsos hominum exstantes luxuriosos, & ansam inductæ curationis dedisse, atque *cessantes*, causam finitæ curationis fuisse, *Ulpianum* habere? Minus autem adhuc dubitaveris, si animadvertas, quod sicuti in initio, ubi de solo prodigo agit, & sic solo etiam verbo: *moribus*, utitur, ita vero in altero commate, ubi tam de furioso, quam de prodigo subjicit, verbo: *sanitatem*, de furioso, verbo: *mores*, de prodigo utitur repetens. Ita vero magis adhuc teneris, si attenderis, ad verbum illud: *talem*; Quod enim verbum,

talibus

valibus moribus hominem, significare debet. Adde, quod 10. talis. in In-
quentibus, suis moribus explicat: qui neque tempus &c. Minus autem dubitate
ris; legem nostram habere ita quemadmodum dixi, vel obiter intuens, si addideris
illam alias dubia habere maxima; Sique addideris reliqua argumenta, quæ
supra vidimus, illam sententiam volunt. Et sic nunc probavi, explicationem
meam in Loge q. d. a. veram esse; Sic autem probavi ergo infimal, Tuam
quam putas, veram esse non posse. Et quod probavi aliis argumentis adhuc
supra p. 385. lin. antef. s. junct. p. 403. med. & p. 414. &c. v. g. quod Tibi
refragantur omnes (Tu ais, nullus) veteres illi, qui dicunt, curationem il-
lam debere primam originem 12. Tabulis. Nil juvantibus Te, argumentis
quæ hac in parte adduxisti, pag. 391. in fin. & seq. Quibus adde, quod adhuc in men-
tem venit, argumentum: Dum inquam in L. 1. nostra eidem mores qui apud Paul. rec.
sent. intelligendi sunt, Paulus vero, suos quos habet mores, ad Prætorium tempus
referat, Ulpianus contra, moribus suis Prætorium tempus opponat, apparet utique;
quod tempus aliquod, per 10. moribus in nostra L. intelligere non possumus; Sed
mores prodigorum, significare debeamus: quemadmodum illi scil. ab initio ansam de-
derunt, ut curatio esset legitima agnatorum; ita hodie si eadem invenerint homi-
nem, solent Prætores ei curatorem dare. Tam inconveniens Tua mihi videretur
opinio, ut si prima mea explicatio non esset, de ipsis prodigorum moribus, malim
tum illo, per mores, ipsum Jus Naturæ significare. Non, acsi hanc, priori illi an-
taferrem, ut Tu putas, credo, quia illam veram vidisti, quin contra potius, si
prior non esset, tum, me malle, dixi, ipsum Jus Naturæ in nostra lege significare.

Non inconcinne quidem, ais, per mores, me hic, Jus Nat. significare, at
parum tamen id adversari, existimas, simul Cujacio. Si enim, ita argumentaris,
ex Jure Nat. & Gent. est curatio prodigorum, procul dubio, ea jam ante XII. Tab.
sub regibus invaluit. 12. Negando, illud: procul dubio. Nego hanc consequentiam:
hoc est Jure Nat. Ergo, sub regibus fuit cautum. Non eam valere, hinc constat,
Quia sub regibus invalere multa quæ à Jur. Nat. abhorrentur. Atquin, non
omnibus Naturæ Jus, semper liquet. Cicero ait: Natura Jura à vulgari intelligen-
tia remotiora sunt. Si Tua consequentia valebit, tum deberemus dicere: omnia
illa quæ sunt juris N. sub regibus etiam obtinuisse. Sic omnes leges in juris nostro
corpore scriptæ; Sic omnes aliæ leges, quæ cum jure N. conveniunt, deberent etiam
tempore regio scriptæ fuisse. Ut videas Clar. Vir, Tuum: procul dubio, non esse, procul
dubio. Ut & 3. consequentia non valet, quæ sunt juris Nat. olim obtinere sub
regibus, ergo per mores in dist. L. 1. Ulpianus consuetudinem intellexit? Ego 4.
ita argumentor potius: Quoties vox: mores, occurrit, toties, Nat. Jus, si non
alia obstant, explicare licet. Ulpianus utitur in L. nostra, voce, moribus, nec
quidquam obstat, quod Tu allegas. Ergo, &c. Majorem probo, quoniam passim
nostra Jura hanc notionem ita efferunt Addo autem præter supra citata loca, non
tantum quod & ita dixisse nostros Juris interpretes postea videre mihi licuit, ad

l. d. 39. de rit. nupt. Sed & huc facit l. 15. cond. inst. arg. ibi, generaliter : contra bonos mores. coll. nos. nost. ad Leg. ult. de rit. nupt. ad v. bene. Forte & Minuc. Felicem huc referre liceat, quando ex Poëta canit: Virgines sine more rapuisse Romanos, coll. ibi. NB. facinore & ibi in notis NB. injuste. Ex eo forte capite : quia bellum matrimoniam ambiendi, inferre non licet aliter, quam si copia mulierum aliunde, quam ab iis à quibus petita sint, haberi nequeant. Puffendorf. 3. 3. 13. Ut hætenus ergo peccaverit Romanus Populus. Alias namque petendarum mulierum, sunt petnissa bella. Vitriar. 2. 2. 46. Itaque probavi Vir. Clar. id quod volo ; quod liceat jus Natura, in Leg. nost. per, mores intelligere. Ita debere intelligi, si prior mea explicatio non esset, volunt antedicta, Sed &, quod, quæ ex Jure sunt Gent. ac Naturæ dicantur obtinuisse NB. ab initio : loquutione, qua nostra lex utitur. Conf. §. 2. Jur. Nat. Gent. & Civ. v. ab initio. junct. §. 11. Rer. div. v. cum humano genere. Testor veritatis studiosum ; An non, dum 1. moribus, Jus Natura, leges nostræ significant : ac 2. de Jure illo Naturali, ajunt ; quod NB. ab initio introduitum illud sit : An non, dum 3. L. n. 1. verbum moribus, eadem locutione, quod NB. ab initio introduitur sit, efferat, Jus ibi Naturæ explicare liceat Inprimis, dum 4. id quod ibi moribus est introduitum, Juri sit Naturæ conveniens ; ac 5. Lex alias, si per : moribus, vis consuetudinem intelligere, falsum ideo narret, quoniam, id quod habet, originem debet, non consuetudini, sed scriptis 12. Tabulis ; (6.) Ceu contra, si Jus Natura vis significare, distributum omne sit sublatum ; dum dicere ita liceat : quod quamvis aliquid caveatur 12. Tab. Jure, recte tamen Eodem Jure Naturæ introduitum esse ; Vid. §. 41. de rer. div. Quæro, an omnibus hæc collatis, per to : moribus, significare, Jus Natura, non liceat ; inquam, si prior nostra, de ipsis prodigiorum moribus, non adesset : Ut credo facilius ita nunc concesseris, to : moribus idem hic esse, ac Jure Natura. Nam 1. ita rationalis, liceat, eam vocem frustra ex L. 8. ff. de rer. div. ego probem, ubi nec vocabulum quidem illud occurrit. 2. Si quod suspicaris memoria me fecellit & in animo habuerim l. 8. ff. de his qui sunt sui vel alieni. jur. citare, negestamen, Jus Patriæ potestatis quale apud Romanos obtinuit, ex Jure Naturæ esse. sup. p. 356. Sed heus, Vir Cl ! (a) Aut es suspicatus, me fecelisse meam memoriam, & prima tua propositio, rum animum non adeo erga me benevolam, sed asperum magis significabit, eritque hæc memoratio non nisi exprobratio cujus uscio, putes, in me vitii ; Aut, id non est suspicatus, ac tunc posteriorem, nullus dubito, responsum omisisses. Sed es recte suspicatus, Vir Celeberrime, & non recte tamen. Verum est, me non ad hanc rem, recte allegasse, E. 8. de Rer. div. Sed allegavi illam, non lapsus memoria, sed properans, vel quod rem ipsam attendi potius. Neque doleo propterea magnopere meas vices. Indicium namque id ipsum erit, & alias animi mei rem spectantis, non verbum ; rei veritatem unice animo quod disputem ; titulum an. & quem citavi, ipse sæpe nescius. Insimul ; quod non ex Lentulorum sum natus alicujus familia,

aut

aut *agonum* instar stilum toties debeam vertere, verbumque anxie *stitem* post unum aliud: non *postilantium* mihi placere adeo certa potest. Non explici, quod alii habent consilium: Ut hodie rem concipiam, die crastina in chartam conijciam, die sequenti relegam, tum deponam iterum, postea recognoscam semel. Quid est tempus perdere, si non hoc est? Non hoc permittunt mea negotia quibus sum occupatissimus in foro & in cathedra. Aut si permittant aliquando, non tamen id animus meus mihi permittit, ut faciam. Rogetur Typographus, roga sis Collegas meos, interroga ipsos, quos ad mensam habeo aliquando amicos, quære ex ipsis amanuensibus, An unquam vix ille integrum a me scriptum folium accepit, an non contra potius, per scedulas scriptas saepe in ipso consortio, in ipso prandio, quin saepe verba quaedam typhothetæ apud memoriam deponam, quæ illi e typis edat. Non hic me mea memoria fefellit: Contra, hæc Deo G. precario mihi olim paruit ad arbitrium, sine cunctatione restituit, quæ apud eam semel deposui. bonæ fidei est. Quare, si qui ejusmodi occurrunt errores, vertendi illi erant, vel properationi nimia, ac in rem magis inquirenti animo, vel typhothetæ negligentia, vel stilo auditoris denique. Prius quidem Tibi non obedire Tuam memoriam, eo significas; quando pag. 390. eodem modo Tibi mecum agere placet, quod ego lapsus memoria, loco *D. vigesima octavae*, Legem citavi *vigesimam ff. de probat.* At ubi ego citavi *L. vigesimam*. Hæc sunt mea verba, *sup. pag. 386. in L. credo vigesima NB. septima*. Ergo Te tua fefellit memoria, quod 1. dicas, me allegasse *L. vigesimam*, cum *L. vigesimam septimam*, dixerim. magis 2. quam me mea: quia numerus 20. à 27. remotior est, quam *hic* à 28. 3. quoniam meam Epistolam ante oculos habuisti; ac illico; ejus quod modo videras, in scribendo parum memor fueris. sed & 4. corrigendo, præsentia typographi, altera vice legisti, recognovisti. cum contra 5. ego, *L. illam*, diu erat, quod non evolveram; nec 6. valetudine (hoc est, ex mente Heineccii, *ob valetudinem*) oculorum, eam quidem videre eo tempore poteram; atque 7. ob id ipsum, dixi; non esse illam Legem 27.; - sed me id credere; consequenter me meam memoriam fefellisse, dici non bene potest. Sec nec 8. absentia typographi, iterum quæ scripseram recognoscere, mihi licuit, Haud parum 9. adhuc memoriam labilem Tuam indicas pag. 398. *in pr.* quando Te mutare unam non nisi literam profiteris, cum duas tamen mutas (1.) *n* in *c.* (2.) *e* in *i*, loco *Non t. Enere, Cont. Inere* restituis. 10. Idem facis pag. 391. dum *L. citas* 18. *ff. qui test. tut. dar. poss.* cum, non totum quidem illum Pand. titulum: *qui test. tut. dar. poss.* in mea editione juris corporis, inventiam. Ceu nec JCros ilios, quos supra p. 394. allegas in all. ibi *L. 4. C. Qui test. fac. poss.* invenire possum. Non magis, quam Ulpianum, quem supra p. 391. allegas ita dicentem deprehendo, in all. a Te tit. VII. Et quæ adhuc plura non recte allegasti. Usque adeo vera est ea Principis sententia: omnium

habere memoriam & in nullo penitus errare, divini magis est, quam humani Juris. Non hæc attingissem quidem, utut primo obtutu mihi obvenerint, quantominius tantam eorum mentionem facere, nisi Tu hic tercia nunc vice tanta memoratiouelita me oppugnasses, *tu enim visu!* Non autem me fefellisse memoriam, quantum ad hanc L. 8. quod attinet, Typographus noscitur, testis erit, Collega noster PASOR. Cui cum in consortio inter alias, L. 8. *de his qui sui vel al. jur.*; contra Te allegatam, proponebam, atque te hanc L. non a me allegatam non legisse aiebat, (sponcione cum viro contendere volui; me legem illam tamen citasse. Tam vere, inquam, persuaseram mihi, allegasse me, legem 8. NB *de his qui sunt sui vel alien. jur.* Ast Tua pace venerande Senex, quod in manibus hic Tuam auriculam tangam, molliiter enim vellam. *ut memoris!* Si per nostram amicitiam posses CI. HEINECCI, faceres me ferme iracundum in Te, quod hisce tempus pretiosissimum, ita perdere debeam; Rem nobis faciamus in sequentibus. II. Nec ind. L. 8. *de his qui sunt sui vel al. jur. 10: moribus*, significare posse, *Jus Natura*, ita argumentaris: *quia jus patria potestatis quale apud Romanos fuit, ex jure Natura non est. De sola autem patria potestate juris Romani, non de naturali parentum potestate que in directione actionum a liberis suscipiendarum consistit, Ulpianum agere, inde probas, quia furiosus (quo de scil. d. Lex agit) directionem actionum exercere nequit.* Ordine agamus denuo atque decenter. (A) Nego, Ulpianum, in v. quo de est quaestio: *cum jus potestatis, moribus fit receptum, de furioso patre, deque sola patria potestate Romana agere; Quin contra potius, de parente in genere, ejusque in genere potestate, Illum ibi tractare video. Quia scil. jus potestatis patribus competens ex moribus est, hinc, nec in furioso illud desinere debet. Vel, ut de jure Romano, furiosi potestatem Patriam retineant, ratio est, quia ex moribus est.* (B) Recte autem ita Ulpianus concludit, & ego contra Te cum Ulpiano affirmaverim, ipsi quoque furioso patri de jure Romano, quin & de jure Naturæ, jus dirigendarum actionum manere, sed eo sensu quo Ulpianus id habet: non ita, acsi dum furiosus est, eas ipso eventu dirigere possit, quod velle dicere stultum esset, sed hoc sensu, ut jus dirigendi ipsi salvum maneat, atque dirigere ipso effectu iterum possit, si compos mentis sit factus, vel dilucida habeat fortean intervalla. conf. in L. nostra: *desinere. item, jus.* Licet furiosus patet, dirigere jam actiones non possit, tamen *jus dirigendi retinet.* (C) Sed & alios juris Romani patriæ potestatis effectus, ex jure Naturali ad Patrem pertinere, contendo, v.g. quo de Ulpianus agit & in fine hujus legis se explicat: *jus acquirendi.* (D) Sed & in ipso furioso patre, in iplo quoque exercitio, eo tempore dum furiosus est, ex jure Naturæ, jus illud *acquirendi*, salvum manere, tenuerim. Dum enim jus Romanum, hoc commodum, simul patri concesserit, quomodo, hoc ipsi ob supervenientem furorem adimere poterit? Ideo, quia infelix est: Vel, quod ipsemet sibi de commodo acquirendi

rendi magis jam non prospicere poterit? Ego contra, hisce argumentis puto:
 (E.) In genere autem jus potestatis patri in liberos competere, ita Doctores
 probant, quia quod ex re mea (semine meo) superest, meum est & ad me per-
 tinere debet. Consentientem JCrum Ulpianum puto, quando de NB. jure re-
 spondens exacte ita scribit: *qui NB. ex me nascitur, in mea potestate esse debet.*
 v. L. 1. eod. tit. Nec mutat, quasi semen postquam a me abjectum est, non
 magis meum sit; Missis aliorum enim responsionibus, dico, a me abjici, non,
 animo perdendi, derelinquendi, sed acquirendi. Sed dicam de hoc alibi ex
 professo. (F.) Si autem ita vis, habeas, ex primo juris naturæ decreto aliquo, patriam
 potestatem eamque qua de Ulpianus agit, non competere; sed, ergo nec ex remo-
 tioribus? Negatur consecutio. Multa, omnia ferme, jus Naturæ agnoscunt,
 non pro parente quidem primo, atque pro avia, vel proavia, ulteriorique
 aliquo parente. (G.) Sed demus adhuc, patriam potestatem, vel eam qua de
 Ulpianus habet, nullo modo ex jure Naturæ fluere, quid enim, ergo & Ulpia-
 nus ita senserit? Scio, illum habere in L. 3. eod. *jus potestatis patria, proprium
 esse civium Romanorum*, sed quod in Inst. a Justiniano ita interpretatum legimus,
 quod scilicet nullæ aliæ gentes sunt, quæ NB. talem potestatem habent, qualem
 Romani cives. Sed hac interpretatione non indigemus quidem, ita adhuc Ulpianus
 dixerit, *proprium esse NB. civium Romanorum*, ut sciamus, NB. non civibus, hanc
 potestatem non competere, v. L. 5. ibid. Nunquam autem hoc sensu id esse dix-
 rit, *proprium civium Romanorum*, quali, *juris Naturæ* ita non esset. Contra, ni-
 hil a JCris Romanis habitum pro jure puto, quod non illi etiam putaverunt,
 ex jure Naturali manare. Ceu in specie de illo potestatis patriæ effectu, commodo
 acquirendi per filios, ut hoc ad Patrem pertineat, ex æquitate naturali esse &
 ab omni invidia remotum, passim nostræ leges habent. Una erit ergo quæstio,
 an patria potestas, ex jure Naturæ sit; Alia, an non ita tamen Ulpianus puta-
 vit? Dum Ulpianus putat, qui ex illo & sua uxore nati sunt, de jure, in sua
 potestate esse, quare id illum hic in nostro v. negasse dicemus? Et sic satis ite-
 rum dedi. (H.) Probabo autem ulterius, in v. nostro, furiosum Patrem, simul
 & per mores, jus 12. Tab. intelligere nos non posse, quia de jure 12. Tab. jus
 patriæ potestatis, in vita neceque consistebat. *endo liberis jus vita necis venundan-
 dique potestas esto*, habent Xviri At non tamen id sine ratione patri illos concessisse,
 constat. Unde & Patres, *Magistratus domestici*, audiebant. *Domestici*, ego in-
 terpretor, propter patriam illam potestatem, quam, voce, *domus* significare
 solebant. *Magistratus*, quia jurisdictionem quidem in liberos ha-
 bebant, sed illam ut Magistratus secundum justitiam exercere debebant.
 Quo modo autem nescio, pater furiosus, de causæ justitia judicabit, cui mo-
 tum est cerebrum termino, (I.) *Jus Naturæ*, & non *12. Tabularum*, in v. moribus
 Ulpianum significasse, ita proba, quia nauci esset decidendi ratio: *jus
 naturæ potestatis ante sub regibus postea ex 12. Tab. competit; ergo, furiosus illud*

retinere debet. O suavis Ulpiani ratio, si haberet animam ! Ita valet : quia ex jure Natura, est patria potestatis jus, ergo, ob id, quod furoris calamitas ad illum pervenit, ipsi admitti non debet, sed retinebit, quatenus per furorē retinere potest, v. g. commodum acquirendi. Ratio decidendi, valet. Neque enim id quod patri, semel de jure Naturæ competiit; sine voluntate sua auferri postea ipsi debet. L. 11. R. J. sed nec Jus N. patitur, ob supervenientem calamitatem furoris, patri commoda acquirendi, aliāque auferri, quæ ad illum ut furiosum pertinere possunt. (K) Sed habeas, in L. hac 8. de his qui sui s. v. al. jur. to : mores jus Naturæ non significare, quid enim inde ? Ergo in Lege nostra Q. D. A. ita erit : iterum nego. Nec mutat, quod III. quod ad hanc rem allegas : *Egre me interdictionem bonorum ex jure Natura demonstrare posse.* Possunt enim illud ego peroptume. Ita vult, (1.) amor ille, quem homini, homo debet, ne eum petire patiat; ne cupidini deditus tristem ille exitum sentiat, qui post dispersum patrimonium expectare alias eum solet. Conf. L. ult. Cod. de bon. q. lib. Id (2.) flagitat naturalis cognatio illa, quam inter omnes homines conglutinavit natura. Conf. L. 3. Inst. & Jur. (3.) Ita vult, societatis custodia, ad quam tantum non valent, illi, qui bona sua dilapidaverunt. Ita (4.) suadet, suprema lex naturalis illa : *conservationis, & incrementi.* (5.) Ita dicit, salus Reipublicæ, in eo consistens, ut homines habeat, divites, quos *assiduos* vocabant veteres, qui *asses* ipsi *duere* (dare) possunt, Reipublicæ nervum. Conf. L. 1. §. 20. quest. junct. §. 2. de his qui sunt sui vel al. jur. Idem (6.) denique, verbis probabo, ut supervacua mittam rei certæ probationem : *Juri Naturali esse conveniens, ut sub potestate aliorum sint, qui ipsi se tueri nequeunt, in §. pen. Inst. de Att. tut.* Regeris quidem, (a) s̄phum hunc mihi ob stare ideo, quoniam, *prodigi si vellet tueri si possent ; (b) Quod non tam prodigorum quam agnatorum bono, inducta sit prodigorum curatio. (c) Potius, jus Natura, dominis rerum suarum liberrimam administrationem concedere.* Argumentum primum tuum, tribus iterum & uno qui abundat, laborat terminis. *Quicunque*, argumentaris, *tueri se possunt, non debent sub potestate aliorum esse, §. pen. Inst. de Att. tut.* Atqui, *prodigi tueri se possunt, si volunt.* Terminus medius ille : *tueri se possunt, aliter in majore, aliter in minore sumitur. IBI, qui se tueri possunt, & se tuentur revera. HIC, qui se tueri possunt, si velint.* Sed ut percipiamus vim argumenti Tui, ecce : Sicuti non sapiens, furiosus, atque pupillus tueri se non possunt, etsi velint, propter animi mentis defectum, ita & prodigis, propter hoc vitium animi sui, se tueri non potest, etsi velit. Qui se tueri potest, non potest prodigus dici. L. 6. V. O. Leges saltem nostras civiles, de quarum sensu disputamus, ita habere, ut prodigi tueri se non possint satis, probo, quia curatorem eis præponunt. Atque sic nunc etiam non magis mihi adversatur, quod (2.) dicis, *non tam prodigorum quam agnatorum bono, inductam illorum curationem esse ;* Quia, primo, ipsorum prodigorum

causa

causa tamen, ita fieri vidimus. Atque palam ita habet, L. 12. *tut. cur. dat. ibi prodigos proficere NB. eis.* Sed *2do* quaeso adhuc Te liceat Interrogare; Quæro, si bono ita agnatorum fiat, an ergo possimus concludere, ita non esse juris Naturæ? Quasi vero, ut agnatis bonum sit, contra Jus Naturæ esset. Proh miseras ita omnium Tuorum agnatorum vices! *Tertium* vero tuum argumentum quod mihi opponis: *quod jus nature dominis liberrimam rerum suarum administrationem concedit, & sic prodigis de jure nature interdici administratio non posse*, nollem Te excidisse. Quemadmodum enim nihil esse magis juris Naturæ conveniens, scio, quam ut dominus rei suæ sit Moderator & arbitrer, ita vero, (1.) de eodem jure Naturæ, limitandum hoc esse, cum Grotio aliisque, censeo, si administrare NB. possint. Nec, sibi, aut reipublicæ, administratione noceant. Duo requirimus, ad actus agentium: *voluntatem & facultatem.* Ut videas, argumentum tuum non procedere, habet quod alias, & impuberibus, furiosis, &c. ut rerum suarum dominis, interdicta esse non deberet administratio. Quibus tamen administrationem recte interdici nemo ignorat. Conf. pr. Inst. quib. al. hic. *¶ accidit aliquando Sc.* Res hæc tam clara est, ut credam Te hæc non ex animi sententia dixisse, sed ut me fallas modo. Oppugnes me, Clarissime Vir: *Quod Jus Naturæ dominis rerum suarum administrationem concedit.* Vis, hoc negem, ut in promptu Tibi sit victoria. Itane vero sane, gladiator? Sed hoc non refutabo. *Quod dominis rerum suarum administratio competit, Tibi habeas;* sed non, quod dominis prodigis ita competat. (2.) Quid autem iterum si concedam quoque, ex jure Naturæ revera non esse, ut prodigis interdiciatur rerum suarum administratio; Est enim & manet tamen alia longe quaestio, an non Ulpianus (de Hujus enim sola mente disputamus) putaverit, ita ex jure Naturæ esse? Hoc, illum existimasse probo, quia putavit ita juris esse. Hoc palam significat, dum habet, hoc *pium* esse, in L. 4. *cod. tit. ¶ pietas.* Verbis consentit: *eligendus itaque erit qui prodigos consilio regat. Nam NB. æquum est, proficere nos etiam eis, qui quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum,* in L. 12. in fin. *de tut. cur. dat.* Videsne nunc Vir Clar. Ulpianum existimare, Juris Naturæ esse, ut prodigis interdiciatur administratio; Sed & revera ex æquitate naturali esse, argumenta supra visa probant. (3.) Quare vehementer nunc etiam gaudeo, Te ipsum quoque confirmare tandem, *laxam esse juris Naturæ significationem, unde Ulpianum curationem prodigiorum derivasse dixeris.* Vid. sup. p. 397. Itaque hoc accipio, atque rem endo via uti pacis orato: Sed sua sponte inde sequitur, necesse magis non esse, ut dicamus, *Ulpianum, per mores, quibus prodigis honorum administrationem interdictam habet, jus regum 12vo Tabulis, intellexisse;* Quoniam, & jus Naturæ laxum liceat, significasse tamen, Te fatente, potuerit. Cui non etiam ego dixi, *primum esse juris Naturæ principium: Prodigio interdiciatur administratio;* Sed ex aliis juris Na-

turæ

turæ principis ita debere fluere. Gratulor ergo impense mihi, & effuse la-
tor, quod hæcenus Te mihi consentientem habeam. Sed nuuc quæro Vir Cla-
rissime, Veritatis vindex, num posthac magis dicere audeamus:

*Ulpiani sola Lege ima de Curat. furios. dand. in verbo ibi: moribus, constare
satis, tempore regio olim interdictam fuisse administrationem prodigis?*

I. Debebas probasse; verbum illud: *moribus*, aliud significare non posse,
quam, *jura scripta in 12. Tab. & quæ ante tempore regio obtinuerunt.* Vid. sup.
p. 401. II. Nullibi autem ita Te probasse, vid. p. 402. & seqq. III. Tantum
absit Te probasse, *to: mores*, aliud nihil quam hoc significare, ut non proba-
veris quidem, significare ita posse Vid. p. 404. IV. Tantum absit, Te hoc pro-
basse, ut argumenta quæ hac in parte adduxisti, contrarium dicere, ego pro-
baverim. V. Ut & aliis argumentis probavi significare ita non posse ibid.
VI. Aut si verbum: *mores*, significare ita posset (potest autem nullo modo),
attamen quid aliud significare etiam posse, probavi. Et te fatente ipsomet,
p. 402. VII. Quin, non tantum quid aliud significare posse, sed *jus nature*
significare *debere*, si non meliori modo intelligi adhuc possit, probavi p. 423. & seq.
VIII. Ceu potiori jure, *debere*, mores ipsos prodigorum significare, argu-
menta volunt, sup. p. 386. & seq. & p. 421. seq. IX. Aut si non (perfecto tamen)
ita; non tamen etiam posse significare id quod Tu vis, sed & quid aliud signi-
ficare posse, vidimus. X. Aut si lex ita dixerit (ut quid minus nihil), ut Tu
vis, non tamen huic soli legi ita dicenti fidem debere nos facere, vidimus,
p. 409. seq. XI. Sed nec aliunde ita tempore regio obtinuisse probas. Vid. p. 413.
XII. Tantum absit, ut loca quæ allegas contrarium probent, sup. 414. seq. Sicuti
hæc omnia ita se habent; Ita vero si hæc omnia ita se non haberent (ceu tamen,
vide sis), quæro, an non unum eorum verum esse dicere habeas. Quod au-
tem dum est, sic nullo modo, consequenter dicere Tecum audeo, *to: mores*,
in L. 1. de cur. fur. dand. significare, & sic constare satis, tempore regio, in-
terdictam fuisse prodigis bonorum administrationem.

Superest tertium nostrum, quo de quærimus, caput: Quomodo Paulus in
L. 18. de prob. *ἢ ἐν πλάτει ἐνὶ μὲν πῶς ἐστὶν ἡ μνήμη, & quæ se-
quantur*, intelligi debeat? Sententia mea hæc est: *ἐν πλάτει*, ex stilo veterum,
idem hic significare, quod NB. *non ad liquidum*, & sic repetita altera negatione,
non, affirmasse, quod voluit: *ad liquidum probari, quando sit opus factum.* Pro-
bo meam sententiam. 1. Quod, *ἐν πλάτει*, ita veteres significaverunt. Conf.
L. 3. cond. trit. L. 2. §. 8. *ἀγ. ἀγ. πλῆθ.* 2. Sed & sæpius stilo usi fuerint, qui Græcæ cum
latina loquutione confederunt 3. Quod duæ negativæ, ex juris nostri Gramma-
tica affirmant. 4. Quod Paulus affirmare voluit. Id 5. ita nunc negatione
duplici faciat: *ἐν πλάτει* (NB. *non ad liquidum*) *ἐνὶ μὲν πῶς ἐστὶν ἡ μνήμη* NB.
non teneri? &c. Quod vero Tu meam explanationem non admittere possis,
mover

movet Te. Imo. quod nescias, quo tunc verba antecedentia referas, si, εν πλατει
 pertineat ad comma sequens? sup. p. 397. Referantur ad ea, quibus proxime
 coherent. Hoc modo: Immo cum in arbitrio quaritur, memoria facti operis ex-
 stet nec ne. non hoc quaritur, nam aliquis meminerit, quo die aut quo consule fa-
 ctum sit, sed num hoc aliquo modo probari possit, quando hoc opus factum sit. Et
 hoc ita quod Græci dicere solent. εν πλατει enim potest hoc memoria non teneri, in-
 tra annum puta factum? &c. Dicit Paulus, debere inspicere, num aliquo
 modo probari possit, quando id opus factum, h. e. quo anno. Pergit, & ita
 hoc Græcos dixisse. Suam, Græcorumque sententiam probat, interrogando,
 & quia Græcos antestatur, hinc Græca voce incipit: εν πλατει (NB. non ad
 liquidum) enim potest hoc memoria NB. non teneri, intra annum puta factum?
 Sed latius hæc omnia supra p. 372. seq. præbavi, ad hanc legum. Si autem mavis,
 verba illa (& hoc quod Græci ita dicere solent) parenthesi committas, atque ite-
 rum recte coherent. Et duplici negatione affirmabit Paulus, hoc modo, si annus di-
 catur, probari ad liquidum, quando opus sit factum. Quod vero 2. negas illi εν
 πλατει proprie aliquam negationem inesse, nisi dicamus etiam in latino, LATE, nega-
 tionem latitare, quia idem sit ac non stricte; Ita vero ego, εν πλατει negationem
 inesse ideo affirmaverim, quia & verbo illi latino: LATE, negationem
 latitare dicere debemus, non quidem huic verbo, ut verbo: LATE, sed vi sua
 & sensu, quo idem est, Testante, ac NB. NON stricte. Dum Paulus, de
 cuius mente disputamus, εν πλατει quod habet in h. l. nostra, ad liquidum, in
 quaestione, qua de hic agit, opponit in L. 2. §. 8. de aq. & aq. plu. arc. a. §. utri-
 que, εν πλατει, NB. non ad liquidum, significare debet. U. sic, quod 3. Tu mihi
 opponis, εν πλατει, proprie idem significet, quod non ad liquidum, non tam
 stricte, atque, εν πλατει aliquid memoria tenere, vere exprimit Germanicam
 phrasin, sich einer Sache nicht eigentlich weitläufig erinnern / vel ut patrio meo
 sermone expriment, niet ter deeg, niet eigentlijk. Ex quo, 4ta etiam
 ita Tua cessante objectione, sequitur, ut recenta lectione vulgari, nullus ex-
 sculpi possit sensus alius, quam: non ad liquidum non, sive ad liquidum,
 hoc sciri posse, inter annum aliquid factum esse, quod prorsus Pauli scopo
 convenit. Nemo autem, collatis ante dictis, dubitaverit amplius, ita dixisse
 Paulum, qui memor simul, Græphorum illum Magistrum Iurare ita & alias,
 pro more suo solere. U. ita meæ explicationi obstat nihil, ita vero Tuæ ad-
 versantur multa. Ex regula geminationis & unam tantam litteram, textum ita (ais,)
 integritati suæ restituo. Et hoc ita quod Græci dicere solent, εν πλατει. εν πλατει
 enim potest hoc memoria contineri. Scio Vir Cl. per ανδιπλοου nos debere sæ-
 pius legere, atque textus ita plures, ut puto, integritati restitui. Vid. sup. p.
 161. & passim, Sed (1.) hoc non tam crebro quoad integra, tam magna
 verba, quam quidem, quoad litteras syllabasque, admiserim. Neque (2.)
 unam tantum litteram, quod ais, mutas, sed duas; (3.) Sed & duo sepa-
 rata

rara verba, in unum contrahis. N, in C. E, in K. mutas; Loco *Non t. Eneri,* substituis *Contineri.* (4.) Si etiam phrasis, *memoria continere,* latina sit, non credo tamen, Paulum brevitatis studiosum, eam breviori alteri: *memoria teneri,* prætulisse. (5.) Contra, *hac,* in eadem hac nostra questione eum fuisse usum, video in d. L. 1. §. 8. *aq aq plur. arc. act.* (6.) Plane Tuæ explicationi obest, Vir Clariss. quod ille, qui annum in numerato dicit, v. g. ut habes *vigesimum* vel *trigesimum,* dici non possit, annum hunc, *cum quadam latitudine,* dicere. Ceu Paulus aperte, Tu etiam, *ψ. εν πλατει,* ad annum certum refert. Verum est, quod in præcedenti commate, de incerto tempore & cum latitudine hæcenus Paulus agit, dum dicit necesse non esse, ut ipsum diem & consulem dicant, sed NB. hoc ibi dicit de ipso opere facto, hic vero: *εν πλατει,* ad ipsum annum refert. Verba Tua, sed & Pauli, scripta sunt clara, quæ in hoc nostro versiculo, annum certum, veluti, *vigesimum tertium,* memorant. Sed qui annum in numerato v. g. *zbtum.* dicit, ille *annum,* ad liquidum dicit. Quomodo ille, qui annum certum, veluti *vigesimum tertium* dicit, annum incertum, vel annum non stricte, dixisse, dici potest? Annum ille dicit: *εν πλατει non,* sive non ad liquidum non h. e. ad liquidum. Argumentum Vir Cl. ad liquidum faciens contra Tuam sententiam. Et pro mea adhuc faciens, præter ea, quæ supra vidimus. (7.) Sed quate vis textum mutare, ubi non opus est. Atquin, explicationi mee, salva servata lectione, vidimus, nihil obest. Aut si adhuc putas, *ψ. εν πλατει,* nullam negationem inesse (inest autem revera, ex Pauli mente profecto), citra attamen Tuam correctionem, idem sensus, quem Tu vis, aderit, si interrogandi signum, post verbum: *factum,* ponas? *Cum in arbitrio queritur memoria facti operis extet nec ne; non hoc queritur, num aliquis meminerit, quo die aut quo consule factum sit, sed num hac aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit.* Et hoc ita quod Græci dicere solent. (h. e. Græci idem putaverunt). *Εν πλατει (late) enim, potest hoc memoria non teneri, intra annum, puta, factum? Cum interim nemo sit qui meminerit, quo die aut quo consule factum sit.* Nihil ita nos corrigere, vides. Per interrogaciones, ita nostros probasse, novisti etiam. Sensus autem sic idem erit quem Tu vis. Sed quare ergo mutabimus textum. Aut si omnino, *εν πλατει,* repetere vis, certe, opus non tamen erit, modo hoc interrogandi adhibito, altera mutatione, loco: *non teneri, contineri.* Sed, nec *εν πλατει* repetitio ita necessaria est, vidimus. Plane, Vir Celeberrime, si omnis ea correctio bona est, quæ *Lex corrigitur, ut intelligi ea possit,* facilis tum cuilibet interpretandi ars patebit: quæso unam mihi tunc legem dixeris, quam non corrigere poterò, ut intelligi etiam à tardissimo possit. Sed piget, *ψ. εν πλατει,* non *εν πλατει,* magis profequi.

Quod vero Themis me resalutat, est quod exsultet animus. Quod optet Tecum, ne quid in posterum meis luminibus officiat, id recte audivisti, dum vult, ut Tecum disputem. Quod etiam rogat atque etiam, ne egre ego feram; meam,

ΗΗΑ

una cum TUA esse reculam epistolam, miror! Qui enim possem, qui id ego auderem ægre ferre? Atqui, THEMIS est! Non me ægre id tulisse, hinc scias; quod eodem ego tempore, ubi Tuas literas contrectabam dextra, accepi illas ita, ut medius nescio inter quot negotia eram, missis omnibus iis, sine mora & legi eas & simul, quasi, tanta me earum oblectatio capiebat, qui expectare non diutius poteram, ad eas respondi statim. Si quid & TIBI novi nascatur, nec eo meas carere multas pati velis, itidem contendo; Reddas illud mihi cum scœnore, malim unciario amplius. Vale. 4. Decembris 1724.

E. A. PAGENSTECHER.

P. S.

Ut Sententiis meis magis adhæream, argumenta faciunt, quæ pro eis in Lipsiensibus Eruditorum Actis mensis Jan. 1725. fecerunt Censores. Quibus verbis, vel eo magis acquiesco, quod censores laudatissimi, mea nondum, suspicor, ceu vix potest esse, Lecta, qua Tibi respondi, epistola, eorum, quæ ibi adduxeram, argumentum unum pro mea sententia attulerunt. Sed & eo adhuc Dominis censoribus fidem faciam, dum ibidem illos, id quod ego supra in Paulo inj. vap. pag. 174. interim ante tentaveram, in Lege Q. D. A. 28. d. prob. loco: cum, tum emendare videam. Non inspecto etiam, ab iis, credo, Paulo nostro.

F I N I S.



I N D E X

L E G U M E X P L I C I T A R U M .

<p>L IX. C. de Pass. Pot. Pag. 13. <i>Tit. ff de clarum ult. libri, 24. § seqq.</i> <i>Libri 25. connexione, § alias explici-</i> <i>citi.</i> 15. § 370. <i>Princ. Inst. de Jur. Nat.</i> 38. 49. § 71 <i>§. XI. Inst. de Rer. div.</i> ibid. <i>L. 6. ff. de Just. § Jur.</i> 40 <i>L. 8. ff. fam. ercisc.</i> 61. § 376 <i>L. 3. ff. de bon. eor. qui ante sentent. 61. § 82.</i> <i>L. 32. ff. de LL.</i> 65 <i>L. 48. §. 3. ff. de ad. ed.</i> ibid. <i>L. 1. ff. de LL.</i> 72 <i>Titulus ff de Religiosis.</i> 79. seq. <i>§. 3. Inst. in Procem.</i> 81 <i>L. 13. ff. ad Leg. Aquil.</i> ibid. <i>§. 34. Inst. de R. Div.</i> 89 <i>L. 23. §. 3. de Rei Vind.</i> ibid. <i>§. 3. Constitut. omnem.</i> 90. 97. § 362. <i>L. 9. §. 2. ff. acq. rer. dom.</i> 91 <i>L. 4. §. 1. § 2. ff. de in jus voc.</i> 92 <i>L. 1. § 52. ff. de Verb. Sign.</i> 93 <i>L. 45. ff. de Leg. 2.</i> ibid. <i>L. 4. §. 1. C. de Har. & Manich.</i> ibid. <i>§. 5. Inst. de Exher. lib.</i> ibid. <i>L. 5. C. Majest</i> ibid. <i>§. 12. Inst. de act.</i> 94 <i>L. 13. ff. de in jus voc.</i> 95 <i>L. 2. ff. Comm. Prad.</i> 96 <i>L. 9. 28. § 34. ff. de serv. prad. vrb.</i> ibid. <i>L. pen. C. de Test. Mil.</i> ibid. <i>L. 101. ff. de Verb. Sign.</i> 99 <i>L. 6. §. 1. ff. de adult.</i> ibid. <i>L. 225. ff. de Verb. Sign.</i> 102 <i>L. 238. cod</i> 104. <i>Tit. Inst. de Nuptiis</i> 107 <i>§. 4. Inst. cod.</i> 109.</p>	<p><i>L. 12. §. 2. ff. de accusat.</i> 112 <i>L. 8. C. de adult.</i> ibid. <i>L. 1. §. 10. ff. ad Turpil.</i> ibid. <i>L. 8. ff. de accusat.</i> 113 <i>Princ. Inst. in Procem.</i> ibid. <i>L. 31. §. 1. ff. de hered. pet.</i> 114 <i>§. 1. Inst. de Jur. Perj.</i> 117 <i>§. 9. Inst. de Usucap.</i> 118. § 171 <i>L. 13. §. 9. de hered. pet.</i> ibid. <i>L. 2. C. de quadrienn. praescrip.</i> 119 <i>§. 1. Inst. de exhered. lib.</i> ibid. <i>L. 17. ff. de Legat. I.</i> 120 <i>L. 22. ff. de Testib.</i> ibid. <i>§. 12. Tab. N. testamentino.</i> 121 <i>L. 47. ff. de Legat. II.</i> 122. <i>§. 12. Tabul. qui se sinit antestariar.</i> ibid. <i>L. ult. C. de Edict. Div. H. ad. Toll.</i> 124. <i>L. 41. ff. de Usufructu.</i> 126 <i>L. 1. ff. de Legat. I.</i> 127 <i>§. 3. Inst. de Legat.</i> ibid. <i>L. 16. ff. de Tutel.</i> 128 <i>L. 9. ff. de Legat. I.</i> 129 <i>L. 101. ff. de Verb. Obl.</i> ibid. <i>§. 9. Inst. de Libert.</i> 130 <i>§. 1. Inst. de Tut.</i> ibid. <i>L. 10. ff. de Fidejuss.</i> ibid. <i>L. 6. ff. de judic.</i> ibid. <i>L. pen. ff. de jurisd.</i> 136 <i>L. 3. C. de sentent. ex parte. recit.</i> ibid. <i>L. 19. ff. de Off. Praef.</i> 137. § 139. <i>L. ult. ff. de Proc.</i> ibid. <i>L. 137. §. 2. ff. de Verb. Obl.</i> ibid. <i>L. 18. Jud. Solu.</i> 140 <i>L. 4. §. 1. Fam. ercisc.</i> ibid. <i>L. 22. §. 1. ff. de Reg. Jur.</i> ibid. <i>L. 1. ff. de Just. §. jur.</i> ibid. L. 77.</p>
--	---

L. 77 ff. de Jud.	141	L. 4. cod.	ibid.
L. 10. ff. de Jurisd.	ibid.	L. 7. de Publican.	178
§. 4. Inst. de inst. stip.	ibid. & 242	L. 26. ex quib. caus. Maf.	ibid.
L. 8. §. 14. ff. de Muner.	142	L. 30. §. 4. de Fid. libar.	ibid.
L. un. C. de infam.	ibid.	§. 1. Inst. de codicill.	179
§. 20. Inst. de act.	144	L. 5. ff. eod.	ibid.
§. 5. Inst. de Offic. Jud.	145	L. 1. Pr. & §. 2. de Reg. Caton.	182
L. 4. & 5. ff. de Mort. caus. donat. & capt. ibid.	pag. 146	L. 1. §. 22. de Acquir. possess.	185
L. 31. §. 2. eod.	149	L. 1. §. 6. de Bon. poss. [Tabl.	189
§. 2. Inst. de donat.	152	§. 2. Inst. de Legat.	ibid.
L. 8. §. 8. ff. de Fideiuss.	152	L. 8. §. 1. de Publican.	186
§. 3. Inst. Quib. non est permiss. fac. test. ibid.	ibid.	L. 34. §. 1. de Donat.	187
L. 10. C. eod.	ibid.	L. 2. §. 43. ad SC. Tertull.	ibid.
§. 6. Inst. de Leg. u.	153	L. 2. §. 2. Quis Ord. in. Bon. poss.	188
L. 3. ff. de Oblig.	ibid.	L. 32. ad SC. Vellej.	ibid.
§. 1. Inst. de donat.	ibid. & p. 231	L. 22. de Excepr.	189
L. 39. ff. de Oblig.	154	L. 4. C. ad Vellejan.	ibid.
§. 2. Inst. de donat.	ibid.	L. 13. de Instr. Instr. Legat.	ibid.
Princ. Inst. de Servit.	156	L. ult. C. de dot. promiss.	ibid.
L. 4. §. 1. ff. Si serv. vind.	ibid.	L. 5. §. ult. ff. de jur. dot.	190
L. 13. ff. de Servit.	ibid.	L. 6. ff. de Collat.	ibid.
L. 4. §. 1. ff. de Hered. Inst.	157	L. 5. §. 1. & §. 12. de agnoscent. Liber. ibid.	ibid.
L. 1. ff. de Accipitil.	ibid.	L. 5. L. 19. & L. 60. ff. de rat. nupt.	ibid.
L. 3. ff. de Edil. edit.	ibid.	L. 14. Cod. de jur. dot.	ibid.
L. 1. §. fin. L. 2. & L. 9. eod.	ibid.	L. 4. de Curat. furios.	191
L. 4. ff. de instr. instrum. leg.	158	Nov. 89. cap. ult.	192
L. 37. ff. de Legib.	159	L. 5. de in jus vocand.	ibid.
§. 12. Tab. Sinius vocat. queat. ibid. & 295.	ibid.	L. 6. de his, qui sunt sui. vel alior. jur.	ibid.
§. ult. Inst. de Nupt.	ibid.	§. 12. Inst. de Nupt.	ibid.
L. 44. pr. ff. de Relig.	16. & 295	L. 3. ad SC. Sullaniam.	193
L. 6. ff. de Instrum. Instrum. legat. 164. & 498	ibid.	Pr. Institut. in. Proom.	193
§. 21. Inst. de legat.	ibid.	L. 3. de jurisdic.	ibid.
Novell. 117. cap. 2.	167	L. 31. C. de Adulter.	ibid.
L. 10. ff. de Quest.	169	L. 14. C. de Advocat.	ibid. & 265.
L. 37. ff. de acquir. rer. dom.	172	L. 1. §. 3. de Exercit. action.	ibid.
Pr. Inst. de Verbor. Obligat.	173	L. 2. §. 1. ad Leg. Rhod. de jact.	ibid.
§. 3. in Prooem. Inst.	ibid.	L. 5. qui pator. in pign.	194
L. 41. §. 1. de Leg. u. 2do.	ibid.	L. 17. qui Test. fac. poss.	ibid.
L. 1. de Stat. Flom.	174	§. 9. Inst. de Adopt.	195
§. 20. Cod. de jur. dot.	ibid.	§. 4. & 10. de Adopt.	ibid.
in. ff. de Gradib.	175 & 419.	L. 6. de A. fil. Edict.	ibid.

Kkk 3

L. 128.

<i>L. 128. de Verbor. signif.</i>	195	<i>L. 4. §. 12. de Usucap.</i>	<i>ibid.</i>
<i>I. 1. de Edilit. Edict.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 26. Pr. de fid. libert.</i>	226
<i>L. 2. §. 1. eod.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 29. in fin. eod.</i>	227
<i>L. 7. de Edilit. Edict.</i>	196	<i>L. 21. §. 1. de Stat. lib.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 39. ff. de jur. dot.</i>	197	<i>L. Penult. de Operis Servor.</i>	228
<i>L. 71. de Legat. Imo.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 72. de hered. institund.</i>	<i>ibid.</i>
<i>§. 22. Inst. de Legat.</i>	198	<i>L. 6. de Vulgar. Substitut.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 16. de Verbor. Signif.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 52. de Legat. 2do.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 37. §. 1. de Legat. Imo.</i>	199	<i>L. 62. & 64. de condit. & demonstr.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 24. §. 3. eod.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 24. §. 31. qui. & a quib. manumiss.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 32. §. 1. eod.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 2. §. 4. de Orig. jur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 3. & 4. de Trinc. Vin. & Ol. legat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 29. Pr. de Statulib.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 22. §. 5. & 6. qui Test. fac. poss.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 14. de Quæstionib.</i>	229
<i>§. 2. Inst. de Testam.</i>	200	<i>L. 9. §. xii. de Pura.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Novell. 18 c. 1.</i>	201	<i>L. 3. §. 4. de acquir. poss.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Pr. Inst. Si quadr. Paup. fec. dicatur.</i>	203	<i>L. 1. §. 5. quod Legat.</i>	230
<i>L. ult. Si quadr. Paup. fec. dicatur.</i>	204	<i>L. 3. §. 5. uti possidets.</i>	231
<i>L. 2. §. 11. eod. Tit. & §. 8.</i>	205	<i>L. 5. §. 3. de Itinere actusq. privat.</i>	232
<i>§. 1. Inst. de inutil. stipulat.</i>	206	<i>L. 2. de aq. pluv.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 73. de Verbor. obligat.</i>	207	<i>L. 1. §. 15. de aq. quotidian.</i>	233
<i>L. 8. de Contrah. emps.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 6. §. 4. de Precar.</i>	234
<i>L. 35. de Statul. lib.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 4. §. 3. ibid.</i>	235
<i>L. 37. de Verb. signific.</i>	208	<i>L. 7. de Except.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 88. §. 7. ad Trebellian.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 1. §. 2. quar. rer. act. non det.</i>	236
<i>L. 1. §. 5. L. 2. §. 20. C. de Vet. jur. enucl.</i>	210	<i>L. 1. de Verbor. Obligat.</i>	237. 238 & 239
<i>L. 8. §. 6. & L. 20. §. 6. de Nev. oper. nunn-</i>		<i>L. 6. §. 3. ff. de duob. reis.</i>	238
<i>siat.</i>	217	<i>L. 4. C. de fruct.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 16. §. 4. de Publican.</i>	221	<i>L. 2. §. 3. de Verbor. Obligat.</i>	239
<i>L. 6. Cod. Qui bon. ced.</i>	222	<i>§. 1. Inst. quib. mod. tollit. Obligat.</i>	240
<i>L. 15. ff. de donat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 35. §. 2. de Verb. Obl.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 7. ff. de mort. caus. donat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>§. 5. Inst. de inutil. stipulat.</i>	241
<i>L. 11. §. 1. de bonis damn.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 137. ff. de Verb. Obl.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 36. de mort. caus. donat.</i>	223	<i>L. 110. ff. de Verb. Obl.</i>	242
<i>L. 41. eod.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 121. ff. eod.</i>	243
<i>L. 13. §. 6. de heredit. petis.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 15. ff. de Rit. Nupr.</i>	<i>ibid.</i>
<i>L. 4. §. 17. de Fid. libert.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 122. ff. eod.</i>	<i>ibid. & pag. 244. & 245</i>
<i>L. 2. ff. eod.</i>	224	<i>L. 37. ff. de Stip. Servor.</i>	246
<i>L. 23. §. 2. eod.</i>	<i>ibid. & pag. 225</i>	<i>L. 16. §. 3. 4 & 5. de Fidejussor.</i>	247
<i>§. 2. de hered. qualitat. & differ.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 10. de Obligat. & act.</i>	248
<i>L. 215. de Verb. Signif.</i>	<i>ibid.</i>	<i>L. 19. de Fidejussor.</i>	<i>ibid.</i>

L. 21. eod.	250. & 251	L. 3. §. 1. & §. 6. L. 4. §. 8. L. 5. & L. 10. ff. de re milit.	273. & seq.
L. 70. §. 4. de Fidejussorib.	252	L. 3. L. 60. & L. 142. ff. de R. Jur.	275
§. 1. Inst. quib. est perm. fac. Test. 253. & sequ.	ibid.	L. 13. §. Final. L. 14. ff. locat.	ibid.
L. 40. de Offic. presid.	ibid.	L. 5. Cod. de Nupr.	ibid.
L. 8. de his qui sunt sui vel alien. jur.	ibid.	L. 4. ff. de pact.	ibid.
L. 46. de Obligat.	ibid.	L. 3. ff. de Reb. cred.	ibid.
L. 5. §. ult. de Solution,	255	L. 91. ff. de Furt.	ibid.
L. 112. §. 4. furs. adv. Naut. Caup. Stab. 256	ibid.	L. 4. ff. de Fidejuss. & nom. Tut.	ibid.
§. 13. Inst. de obl. qua ex del. nasc.	257	L. 16. ad SC. Macedonian.	ibid.
L. 5. §. 10. de Injur.	ibid.	L. 1. §. 3. de Tributor. act.	ibid.
§. 1. Inst. eod. tit.	258	L. 2. & L. 5. ff. de Adopt.	ibid.
Tit. ff. de his qui not. infam.	ibid.	L. 6. §. 2. & L. 18. ff. Mandati.	ibid.
L. 15. §. 20. ff. eod.	ibid.	L. 4. ff. pro Soc.	ibid.
L. 15. §. 28. ff. eod.	259	L. 5. Cod. de Obligat.	ibid.
L. 17. §. 3. ff. eod.	ibid.	L. 8. ff. de acquir. hered.	276. seq.
L. 3. §. 1. ff. de Abig.	261	L. 4. ff. eod.	277. seq.
L. 1. ff. eod. tit.	262	L. 8. §. 15. quib. mod. pign. hyp. solv.	288
L. 9. ad L. Jul. de adult.	ibid.	L. 10. C. de jur. & fact. ignor. p. 286. 341. seq.	288
L. 8. ff. eod.	ibid.	L. 9. C. ad Leg. Falcid.	287. seq.
L. 18. & L. 20. ff. de in jus voc.	263	L. 9. & L. 10. ff. ad SC. Macedon.	288
L. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. de fals.	ibid.	L. 53. ff. de Reg. jur.	289
Paul. V. res. sent. 25. 5.	ibid.	L. 9. Cod. ad Leg. Falcid.	ibid.
L. 13. §. 1. ad L. Corn. de fals.	265	L. 66. de condict. indeb.	ibid.
L. 16. §. 2. ff. eod.	266	L. ult. C. de jur. & fact. ignorans.	290
L. 24. ff. qui Test. fac. poss.	ibid.	L. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur.	291
L. 6. §. 2. ad L. Jul. Peculatar.	267	L. 9. ff. de jur. & fact. ignorans.	ibid.
§. 4. de Oblig. qua ex del. nasc.	ibid.	L. 11 C. cod. tit.	ibid.
L. 6. ff. de bon. agnator.	268	L. 5. Cod. de Condict. indebit.	292. seq.
L. 1. & 2. de bon. eor. qui ant. sent.	259	L. 1. Cod. nb. de crimin.	ibid.
L. 29. ff. de jur. Fisc.	ibid.	L. 4. Cod. de latr.	ibid.
L. 6. ff. de Custod. reor.	270	L. 5. Cod. de accusat.	ibid.
E 3. ff. de Accusac.	ibid.	L. 1. Cod. de Uxor. Mil.	ibid.
L. 24. ff. ad Leg. Corn. de fals.	ibid.	L. Final. Cod. si commiss. caus. Test.	293
L. 51. ad Leg. Aquil.	271	L. 1. Cod. de Licit. pign.	ibid.
Tit. ff. ar. de bon. eor. qui ant. sent. & c.	ibid.	L. 5. Cod. de Appellat.	942
L. 12. ff. de captiv.	ibid.	L. 4. ff. de Restit. in integr.	298
L. 2. §. 1. L. 3. §. 3. & L. 4. §. 8. ff. de re Mi- litar.	272	L. 9. ff. de dol. mal.	ibid.
L. 1. Cod. qui milit.	ibid.	L. 16. ff. ar. de Minorib.	ibid.
L. 3. ff. ad L. Jul. Maj.	ibid.	L. 2. Cod. de rescind. vendit.	ibid.

Cap. IX. extrav. de iurejur.	299	L. 1. §. 9. Ne quid in flum. publ.	ibid.
L. 8. ff. ad Leg. Jul. Maj.	304	L. 1. ff. de interdēt. & Releg.	332. 341. &
L. 2. §. 23 & 32. de Orig. Jur.	ibid.		417
L. 7. §. 1. ff. de Captiv.	ibid.	L. 2. §. 1 ff. de re Milit.	ibid.
L. 7. ff. de Test. Milit.	306	§. XII. Tab. Pater familias uti legassit su-	
L. 7. §. 2. de Repet.	ibid.	per pecun. &c.	334. & 392.
L. 2. §. 4. ff. de Jur. Fife.	308	L. 53. de Verb. Signif.	ibid.
L. 71. ff. de Judic.	310	Pr. Inst. & L. 2. ff. de Pupill. substis.	335.
L. 43. Sol. Matrim.	ibid.		& 392
L. 2. ff. de Jur. Dot.	311	L. 3. ff. Si pars hereditat. petatur.	327
L. 35. Pr. & fin ff. de Neg gest.	ibid.	L. 137. de Verbor. Signif.	328
L. 1 de Solut.	312	§. 1. Inst de Obl. qua ex del. nasc.	332
L. 71. de acquir. heredit.	313	L. 14 ff. de Condit. indebit.	333
L. 3. L. 4. in fin L. 5. & L. 103. cod.	314	L. 43. §. 4. de Rit. Nupt.	ibid.
Cic. Top. §. 8	ibid.	L. 47. §. 7. ff. de Fure.	ibid.
L. 22. §. 1. de in jus voc.	315	L. 39. L. 46. §. penult & L. 51. ff. cod.	334
§. XII. Tab. Si enset &c. assiduo vindex	ibid.	§. 7. Inst. de obl. qua ex del. nasc.	ibid.
assiduus &c.	ibid.	L. 4. §. 1. ff. de Stat. lib.	337
L. 11. §. 6 ad Leg Aquil.	ibid.	L. 56. ff. de Evict.	338
L. 2. §. 7. de Orig. jur.	316	L. 5 ff. de jur. Fife.	ibid.
L. 1. & 2. de Legib	319	L. 37 ff. de Evict.	ibid.
§. 7. Inst. qui & ex quib. caus. manum. lic.	322. seq.	L. un. Cod. de Sent. qua pro eo, quod inter-	
	ibid.	est.	339 & 342.
L. 1. ff de Manumiss.	ibid.	§. 21. Inst. de actionib.	340. & 342
Tit. ff. & Cod. de fide Instr. & amiss. cor.	ibid. seq. & 370.	§. 3. de Replicat.	ibid.
	324. seq.	L. 7. & L. 8. ff. de jur. & fact. ignor.	ibid.
L. 17. C. cod. Tit.		L. un. Cod. de Theaur.	ibid.
L. 4 ff. de Pignorib.	326.	L. 4. Cod. de Malef. & mathemas.	ibid.
§. 1. Inst. de Servitut.	327	L. 26 Cod. de Usur.	ibid.
L. 7. ff. cod. Tit.	328	§. XII. Tab. neve aurum addito &c.	ibid.
L. 1. ff. de Cloac.	ibid.	L. 9 ff. de Stat. hom.	ibid.
§. 1 Inst. de action.	ibid.	L. 33. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.	
L. 1. §. 1. ff. Si quis iur. dicenti non ob-	ibid.		ibid.
temp.		L. 16. Cod. de Donat. ant. nups.	ibid.
L. 68. ff. de rei Vindicat.	329	Rr. Inst. quib. alienar. lic.	341
L. 9. §. 1. ff. de Obligat.	ibid.	L. 4. & L. 56. de Oper. Libertor.	ibid.
Cicero de Offic.	330	L. 1. §. 5. quar. act. non decur.	ibid.
L. 14. de Condit. indeb.	330. & 333. b.	§. 1. Inst. de vi bonor. raptor.	ibid.
L. 2. §. 5. ff. de Aq. & aq. pluvi. arc.	331	L. 10. & L. 33 de Reg. jur.	ibid.
L. 4. §. 16. Del. mal. except.	ibid.	§. Ulr. Inst. de donat.	ibid.

§. 2. *Inst. de inutit. stipulat.*
 §. 6. *Inst. de Legat.*
Novell. 34. Pr.
 §. *Ult. Inst. de Legat.*
 L. 1. §. 20. ff. *de Questionib.*
 L. 38. §. 7. ff. *de Verb. Oblig.*
Novell. 8. cap. 7.
 L. 4. §. 1. *de Naut. fœnor.*
 L. 56. *de Fidejussorib.*
 L. 16. ff. *cod.*
 L. 7. *de Oper. Libert.*
 L. ult. *de Liberal. caus.*
 L. 1. §. 4. ff. *de Rer. permutat.*
 §. 14. *Inst. de actionib.* 345. & 418
 L. 3. §. 15. *de suspect. Tutorib.*
 L. 66. ff. *de Rit. Nupt.*
 L. 7. ff. *ad Leg. Jul. de Adulter.*
 L. 6. C. *de Interd. Matrim.*
 L. ult. *Cod. temp. integr. rest.*
 L. 55. *de donat. inter Vir. & Uxor.*
 L. 20. ff. *de Re judic.*
 L. 38. ff. *de Pœn.*
 L. 39. ff. *Endem.*
 Cap. *Moyse & cap. scuti: caus. 32. q. 2.*
 354
Veinl. Halsb. Gerichts. Ordn. Art. 1231
 ibid.
 L. 3. §. penult. & L. 16. *de Sicar.*
 L. 82. *de Legat. 2do.*
 §. 14. *Inst. de Legat.*
 L. 5. *ad Leg. Falcid.*
 §. 7. & 10. *Inst. de Legat.*
 L. 99. ff. *de solut.*
 L. 67. *de Fidejussorib.*
 L. 8. ff. *Mandut.*
 L. 19. *de Rit. Nupt.*
 L. 2. §. 16. ff. *pro Emptor.*
 L. 14. *de Serv. Corrupt.*
 L. 3. & L. 13. §. 10. ff. *de Accepiilat.*
 L. 77. & 123. *de R. 7.*

ibid. L. 108. *de Solutionib.* ibid.
 ibid. §. 13. *Inst. de inutit. Stipulat.* 364
 ibid. L. 38. *de Minorib.* ibid.
 ibid. L. 3. §. 17. *Cod. de Vet. jur. enucl.* 366
 342 L. 51. C. *de Episcop.* 367
 ibid. L. 2. §. 1. *Si quis in ius vocat non iuerit.*
 ibid. ibid.
 ibid. L. 1. Pr. ff. *de Feriis.* 368
 ibid. L. 2. *Cod. de in ius vocand.* ibid.
 L. 59. §. 1. & tot. tit. ff. *de Usufruct. & quemadmod. quis utatur fruatur.* ibid.
 Tit. ff. *solut. matrim. dos quemad. pet.* 370
 §. 2. *Inst. de hered. qual. & diff.* ibid.
 Tit. ff. *de Usurpat. & Usucap.* ibid.
 L. 35. Pr. ff. *ex quib. caus. Maj.* 371
 L. 28. ff. *de Probat.* 372
 L. 237. *de Verb. Signif.* 373
 ibid. L. 3. ff. *de Legib.* 374
 L. 2. §. 8. *de Aq. & aq. pluui.* 375
 §. 1. *Inst. de Militar. Testam.* 376
 L. 52. §. 20. *de Furt.* ibid.
 L. ult. ff. *de Rit. Nupt.* ibid.
 §. 2. & penult. *Inst. de jur. Natur.* 377
 L. 14. §. 2. ff. *de Rit. Nupt.* 378
 §. 2. *Inst. de Nupt.* 379
 L. 35. §. 1. ff. *de Verb. Obligat.* ibid.
 L. 59. §. 1. ff. *de Rit. Nupt.* ibid.
 L. 31. *Cod. de Adulter.* 380
 Caus. 35. Qu. 1. Cap. 5. 381
 L. 1. §. 1. ff. *de Curatorib. furios.* 385 & seqq.
 Pr. *Inst. quib. mod. Tutel. finis.* 286 seq.
 L. 28. ff. *de Probat.* ibid. & seq.
 Paulus *Receptar. sentent. 3. 4. 7.* ibid. seq.
 §. 3. *Inst. de Curatorib.* ibid.
 L. 1. *ad SC. Macedon.* 388
 L. 8. *de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* ibid. seq.
 §. 11. I. *de Rer. divis.* ibid.
 §. penult. *de Autilian. Tutor.* ibid.
 §. 41. *Inst. de Rer. divis.* ibid.
 Ulp. fragment. Tit. 7. §. 11. 391
 L. 11. L. 18.

L. 18. qui Test. Tut. dar. poss.	ibid.	L. un. §. 5. C. de Rei Uxor. act.	ibid.
L. 5. §. 1. de Acquir. hered.	ibid.	§. XII. Tab. Si furios. vel Prodig.	396
L. 13. de Curat. furios.	ibid.	§. 2. Inst. de his, qui sunt sui vel al. juris.	
§. 3. Inst. de Curatorib.	ibid. & seq.		397
L. 2. §. 3. ff. de Orig. Jur.	392	L. 11. ff. de Tritic. Vin. & Ol. Legat.	405
L. 10. ff. de Jur. Eodicitor.	ibid.	L. 5. Cod. qui Testam. fac. poss.	ibid.
L. 5. ff. & L. 4. C. qui Test. fac. poss.	394	L. fin. Cod. de Bon. qua liber.	ibid.
L. 8. ff. de Rit. Nuptiar.	395	L. un. Cod. de SCro Claud. tollend.	417
L. 32. ff. de Legib.	ibid.	L. 3. ff. de his, qui nos. infam.	ibid.
L. 1. de Donat. inter Vir. & Uxor.	ibid.	L. 6. Ut in possess. Leg.	ibid.
L. 1. §. 1. ff. ad. SC. Vellej.	ibid.	§. XII. Tab. aris confess.	ibid.
L. 8. Pr. ff. de acquir. hered.	ibid.	Tit. ff. de Conduct. Caus. dat. caus. non. soc.	
L. 42. ff. de Verbor. Signif.	ibid.		418
L. 12. §. 2. ff. de Judic.	ibid.	L. 5. ff. de Stat. Lib.	ibid.
L. 5. ff. de Jurisdic.	ibid.	L. 54. ff. de Legat. Imo.	ibid.
L. 34. §. 1. de contrah. emt.	ibid.	§. utz. Inst. de Donat.	ibid.
L. penult. ff. de parricid.	ibid.	L. 47. ff. de Rit. Nuptiar.	419
L. 21. ff. ad. Municipal.	ibid.	L. 101. ff. de Verbor. Signif.	ibid.

INDEX AUCTORUM LAUDATORUM ET REFUTATORUM.

A.	C.
<p>A Braham a S. Clara Alciatus. Arend (Joh.) Aristoteles. Arnisam. Augustinus.</p>	<p>54 246 46 39; 45 41 44 41 150. & 172 34. 35. & passim.</p>
B.	<p>50 322 25 32 165 152 41 330 330 228 p. 160. & saepe.</p>
<p>Bartolus. Basileenses Disputationes. Bockelmann. Bouricius. Brissonius (Barn.) Budaeus. Buenyon.</p>	<p>231. 329 354 354 171 172. 308 271 104.</p>
	D.
	<p>Calvar. (Jul.) Calvinus (J. Cens.) Campanella. Carneades. Carpzovius. Cassiodorus Charisius Charondas. Cicero. - - de Offic. 1. c. 16. Coelius Rhodigin. Contusus Cujacius Dionysius Halicarnass.</p>
	<p>392 396 397 405 ibid. 417 ibid. ibid. ibid. ibid. 418 ibid. ibid. 419 ibid.</p>
	392
	D. 14-

Duarenius. (Fr.)	361	Oldendorp.	28
E.		Otto (Eberh.)	83
van Eck. (Corn.),	328. 2.	P.	
Ennius.	315	Pacius (Jul.)	153
F.		Pagenstecher (A.A.)	115. 38. 168. 206
Faber.	350	- - (W. ?)	277
Festus.	35	- - (?)	97. 100
Fulgosius.	336	- - (? F.W.)	194. & 286. seq.
G.		Papa Guid.	38
Gailius.	307	Parlador.	96
Gellius.	115. 55. 57. 80. 315	Petronius.	195
Giphanius.	150	Plato.	38
Gotofredus.	14. & crebro.	Plautus.	122. 130
Grotius.	38. 42. & passim.	Plinius.	61
H.		Plutarchus.	133
Haloander.	162. 197. & passim.	a Porta (Hug.)	161
Heineccius.	316. 385. 388. 399. & sapius	Pufendorff (Sam.)	3. seq.
Heraldus.	331	R.	
Hoppius.	96	Reinold.	190
Horatius.	133	Rhudiginus (Coel.)	330
Hotomannus.	150. & saepe.	Richus à Malosco.	104
Huberus.	135. 337	Rosinus.	308
Hunter.	55	Rissardus.	230. & alibi.
I.		S.	
Isidorus.	326	a Sande (Job.)	148
L.		Schraffert.	145
Lauterbachius.	134. 143. 217. 251	Schulting.	14. 17. 417
Licinius Haplomachus.	391. seq.	Seneca.	75. 51. 81. 286
Livius.	238	Struuius.	354
Lutherus.	55	Strykius.	41. 91. 143
Lycurgus.	50	Sustonijs.	61
Lyncker.	354	T.	
M.		Cod. Talmudicus.	153
Maentlike Bockzool.	305	Tauvelius.	199
Martialis.	104	Terentius.	130. 242
Minucius Felix.	28	Theodorus Sic.	132
Mornacius.	38	Titius.	184
Mynfinger.	315	V.	
N.		Valerius Maximus.	191. seq.
Norissus.	316	Vergil.	

<i>Virgile de Invent. Ber.</i>	50. 81. 207		
<i>Vinniv.</i>	150. 153	<i>Wesenbecius.</i>	150
<i>Virgil. (Mar.)</i>	121. 244	<i>Wolfius (Christ.)</i>	80. 205. 255
<i>Vitruvius.</i>	32. 34		Z.
<i>Voetius.</i>	39	<i>Zeno.</i>	45
		<i>Zoannett.</i>	241

INDEX LOCORVM SCRIPTURÆ SACRÆ.

A.		<i>Job. XII. v. 7. seq.</i>	25
		- - XXVIII. 12. & 20.	26
A	<i>Ct. Apost. c. XXVIII. 4. P. 16. 33. 76</i>	<i>Job. XVII.</i>	33
C.		L.	
<i>2. Chronic. I. 10.</i>	374	<i>Levit. XVIII. 14.</i>	17. & 380
<i>2. Chronic. XIX. 7. & 8.</i>	133	- - XX. 15.	38
- - Cap. ult.	222	<i>Luc. VIII. 12.</i>	23
<i>1. Cor. VII.</i>	58	M.	
<i>1. Cor. XI. 14.</i>	1634. 36. 41	<i>Macchab. VII. 22. & 23.</i>	26. 46
E.		<i>Macchab. VII. 28.</i>	14
<i>Ecclesiast. cap. final. fin.</i>	18	<i>Marc. IV. 27.</i>	26
- - v. penult.	86	<i>Matth. IV. 8.</i>	28
<i>Exod. XVIII. 2.</i>	140	- - XIX. 7. & 8.	41. 42
<i>Exod. XVIII. 18. 21. 22. 26.</i>	134	- - XXVI. 14.	135
<i>Exod. XXI. 28.</i>	38	N.	
G.		<i>Nehemias VI. 11.</i>	33
<i>Galat. V. 3.</i>	62	- - IX. v. ult.	122
<i>Genes. III. 8.</i>	33	<i>Nam. XXXVI.</i>	110
<i>Genes. IV. 9. & 14.</i>	33	R.	
<i>Genes. VIII. & XXIX.</i>	110	<i>1. Reg. III. 16.</i>	34. 55
<i>Genes. IX. 7.</i>	382	<i>Rom. II. 14.</i>	32. 34. & 44
I.		- XIII. 14. & 27.	33
<i>Ier. XXXVIII.</i>	42	S.	
<i>Iesai. XXXVII. v. ult.</i>	33	<i>2. Schemuel. XIII. 11. 12. 13. & 14.</i>	381
<i>Iesai. XL. v. 26. & ult.</i>	26		

I N D E X R E R U M E T V E R B O R U M.

A.

Loco A. O. irrepfit. 326
 In A. excentia Nomina interdum ma-
 res, plerumque feminis signifi-
 cant. 297
 Abigentem pecus a stabulo gravius quoque
 puniendum, aequè ac ille gravius punitur,
 qui a sylva abigit. 261
 In abactionis crimine prudentia pro iudice
 atque Patronâ causâ. 262
 Abigens partium qualem poenam habeat?
 351. seq.
 Ablativo casu an causa impulsiva contineat-
 ur? 416. seq.
 De Abortionis poenulis varia. 351
 Ab accusatoris persona distincta fuit perso-
 na indicis. 270
 Accusatoris casus etiam sine prepositione
 causam impulsivam habet. 309. 333.
 Et alibi.
 Actiones utiles agnoscere debemus in solo
 casu ubi legislator eas inducit, non, ubi
 privato interpreti ita videtur. 203
 Ad pro usque ad, si quantitatibus tempori-
 busque adjectum. 310
 Adamum primum fuisse hominem, vulgo
 non recte probatur. 29
 Adoptare num. spadones possint. 195
 Advocatum instrumentum fallum coram
 Pratore recitantem, in L. Cornel. de Fal-
 sis, a iusque poenam non incidere, contra
 Haloandrum Et Vulg. disputatur. Erit
 tamen aliqua poena dignus. 285

Adulterii vox unâ? 100
 Adulterium an cum soluta etiam commis-
 tatur? Et alibi de Adulterio. 99. seq.
 L. Jul. de Adulter. etiam ille tenetur, qui
 domum non quidem propriam, sed amici
 praebit, ut in ea committatur adulteri-
 um. Secus, si quis amici agrum vel bal-
 neum ad id concesserit. 262
 Aditium Editum explicatur. 157. seq.
 Aetas perfecta varia significat. 128
 in Aetatum computationibus iura precisa
 sunt, ut ultimum momentum sit elapsum.
 Excipiuntur casus 2. manumissionis Et
 ultima voluntatis, ubi scilicet dies ceptus pro-
 completo habetur. 334. posteriori. Et 347
 Affinitas num. gradus habeat? 175
 Affinitatem? Cuius scire debet, Et quare?
 177
 Affinium pro affinitate latine dicit, proba-
 tur. 175
 Titulus de Aleatoribus expliansur ex con-
 nexione aliorum. 80. 362
 Alca lusus de iure Naturae prohibitus non
 est. 79
 Alere liberos vulgo quesitos num. etiam Pater
 debeat? 19
 Alimenta prolis nove nata Pater ferre non
 mater debet. Et quomodo hoc intelligen-
 dum? 233
 ab Alimentis ad dorem an consequentia va-
 leat? 191
 Aliquid in definitione libertatis, Et alias
 cum emphasi scriptum capi debet, ut id
 notet, quod exiguum est. 17. 116. seq.
 l. l. 3. de Aera.

de Amatoris poculis varia. 351
 Amazonius nomen unde? 297
 Per Anadiplosin saepius in nostris editionibus
 farum hodiernis nos debere legere, ob
 servatur. 161. 316. 326. posteriori
 & vitiosa. 371
 Anagramma Vetula. 81
 Anastrophes exempla. 130. 264
 Animalia quare qualibet suo peculiari mo-
 do se defendant, cocant &c. 66 & passim.
 Animal provocans si damnum dederit pro-
 vocato, dominus ejus tenetur; secus, si
 provocatum animal damnum fecerit 205
 Limita: nisi provocatum erat ad eum ibid.
 Amplia: Etiam si provocata bestia iam con-
 ceperit ibid.
 Ex animalium factis jura colligere natura-
 lia licet. 205. & alibi.
 Antinomia in juris corpore non dantur, ubi
 DDres existimant. 179
 Antiqui vox varia significat. 405
 Annulum quare in digito penultimo ma-
 nus sinistrae gestarint veteres? 200
 Ideo autem annulo illos signasse testamen-
 tum, ratio haec absurda est. ibid.
 Apelles pictor. 90. 163
 De Apris & Citis varia. 193
 De Apro Numeriani Percussore Historia.
 ibid.
 Araphia femina fuit. 297
 Arma, armare, varia significat, etiam leges.
 193
 Unde & armariam pro bibliotheca. ibid.
 Armis num toga cedat? 274
 Athei refutantur. 21. seq.
 Avaritia turpis, odiosa, perniciose reipubli-
 ca, atque sic ratio legum inducitur saepe.
 113. 153. 333. 340. 353
 De auditu quando testimonium admitti
 possit? 375

Aulus Offilius aliquando solo Auli prae-
 mino venit, aliquando Caius Aulus Offi-
 lius audit. 228
 Sceni cum atro olim sepeliri nemo poterat,
 ita secus erat, si dentes atro vincti essent.
 Et quare? 340
 Aut pro Et. 207 & alibi.
 Aut si aut nisi, veterum fuerunt exceptio-
 num formulae. 188
 Aut pro haut saepius irrepit. 184. 313

B.

Loco B V. scripsisse veteres, vid pag. 333. &
 pag. 326. vitiosa.
 Bellum me unus foederatorum sine alte-
 rius jussu suscipiat, si convenerit, quale
 bellum intelligi debeat? 117
 Boni vox quid? 140
 - - Mores quid significant? 331.
 379. seq.

C.

Litteris C. & Q. ante U promiscue usus
 fuisse Veteres. 333. & pag. 326.
 vitiosa.
 Calende, calendarii vox unde? 144
 Ceci vox varia significat. 133
 Cecidiani nomen unde? 135
 Cacus iudex esse nequit. 130. seq.
 Canis ad mortem damnatus. 38
 Capillus, vid. Paul. in Lit. P.
 Capitis, capitalis vox non semper penam
 mortis naturalis dicit. 353
 Castratus num adoptare possit? 195
 Casum zdum pro bto an adhibuerint vete-
 res. vid. pag. 334
 Casus raris, ubi liberi ultra Tricarium
 parentes suos in infinitum in jus vo-
 cant,

cant, observatur. pag. 92
Alium vid: pag. 255
Cincti epitheton quoque Senatoribus com-
petere; sed & cinctos illos dici posse,
quasi corona cinctos, & alias, vid. pag.
vitios. 3. 9
Porro de jocis ita dici posse, atque uno partu
editis, vid. ibid.
Catoniana regula: quid velit, non recte ab
interpretibus explicatum. 184
Chartaticum ex Veterum Latino sermone
quid significet? 208
Chiasmus Observatio 193. seq.
Quemadmodum, ut citationi peremptoria
addatur vox illa: peremptorie, necesse
non est; ita id tamen citatum compre-
hendisse debere; iudicem, etiam eo non
presente pronuntiatum, nove observa-
tur. 310
Clementem & Crum tam Pactimejum, quam
etiam Terentium appellatum fuisse, no-
tatur. 228
Codi illi ante Testamentum facti, an & qua-
tenus valeant, si testamenta confirmati
non sint? 179 seq.
Codicis leges omnes ejusdem sunt auctori-
tatis. 143
In Codice geminationis, reliquarumve sfarum
scribendi, suctum, sfilum non: tam facile
agnoscere licet: 295
Coitus tempore graviditatis de Jur. Natur.
turpis. 205
Post Coitum quare animalia tristia? 60
Commissoriam Legem in casu speciali Legis
38. ff. de Minoribus, cessare, falso Stry-
kiius, Berger & alii putant. 306
Gen de casu potius tali ibi agitur, ubi
alias legem hunc commissoriam, cessare
juris analogia vult: quando ipsi ipso facto
creditori renuntiaverit. 362

Communicare alicui Latinum non est, sed
cum aliquo. 330
Beneficium-Competentia: quid? 312
Concubium in propatulo, pecudum more
habuerunt Massageta: 50
Condictio indebiti an? & quando in maribus
feminasque locum habeat? 286. seq.
Conductorem ab usufructuario expelli non
posse, contra Lauterbachium, aliosque ex
eo declamantes probatur. 369
Consignatio, vid. Signum, in Lit. S.
Constituti, constitutionumque vox non
est eorum sed Imperatorum: jura signi-
ficat. 160
Contracta resiliere an & quando liceat.
275. seq.
In Contractum res deduci non possunt, qua
non sunt in rerum naturas. Concilian-
tur hac in parte prater vulgatos, Leges.
207
Contractus ne rescindantur facile, respu-
blica interest. 297
Convenire verbum ad matrimonia perti-
net. Et sic explicatur lex: 121. ff. de V.
Obligat. 243
In corpore juris leges sapius occurrunt de-
identes illa, qua dubium non habent Et:
ita recte. 155
Corrediones in Regibus quomodo instituen-
da? 321 & alibi
Corrumperre an & quando delatorem liceat,
in crimine & quatenus heredi defensio
mauceat, certis regulis demonstratur.
269. seq.
Vulgatum illud: Onerosus creditor, delica-
tus debitor audiri non debet: quall fun-
damentum habeat? 341
Creditor cum sacco non debet venire: stat-
tim paratus. parem rationem habet:
ibid.
Cr...

Criminum publicorum reos quot & quare uno tempore deferre liceat? §. 112
Post contractum capitale crimen donationes facta an, & quando valeant? 222
Corpus corpus trahit. 52
Cum particula relativum verbum tum post se desiderat. 374

D.

D & T permutaverunt veteres saepe. 371
Damnatorum pecunia etiam ad hoc servari debet, ut chartaticum inde assignetur officialibus. 268
Damnorum evitantibus quare iura magis faveant, quam lacrum captantibus? 340
Illis non, his tamen artes magicas obesse. ibid.
Dare, quid in iure significet? 345
Dare se Praetorem alicui rei, non addita expressa, pro tribunali, mentione significare non potest solennem Praetoris pro tribunali praesentiam; seu Praetorem alicui rei sedere, hoc non addito, id significare tamen potest. 188
Debitor non cogitur in alia moneta aliunde pecuniam accipere, ut creditori solvat, si ex ea re damnnum aliquod passurus sit, nisi aliter ab initio placuerat. 358
Debitum gravius esse, pro quo quis fidei iusserat, probatur. 314
Deducere non idem semper, quod inducere sive constituere, sed etiam, quod subtrahere. 242
Definitiones quales esse oporteat? pag. 333. vitios.
Delinquere non semper delictum dolo commissum, sed mitiori sensu, peccatum culpaive significat. 172

Dentes bonos qui non habet, ridere non debet. 418
Deponentia passivae saepius sumuntur. 138
Dens & Natura differunt. 48
Dei existentia argumentis vulgaris probari non potest; sed aliis opus est. 21. & seq.
Dei clementia. 27. & 37
Diaboli imprudentia. 27
Dicere etiam cum dici, qui litteras scribit, observatur. 222
Dies iusti quinam? 266
Diu verbum varia tempora significat. 233
Dolus alius dicitur ex proposito; alius ex re; Atque ita servatur Lellio in L. 7. in ff. de exceptionibus, sibi media sententia tenetur inter aliorum dissensus. 236
Domini vox adiecta persona, ommissa ipsa etiam re, attamen rei dominum esse significat. Domini vox etiam heredem significat. Atque ita e manu criticorum vindicatur. Lex 23. §. 2. ff. de Fidei commiss. libertat. 225
Dominis rerum suarum administratio an? & quando competat? 429
Donatio mortis causa, & inter vivos, quomodo in effectu differant? 149
Donatio mortis causa ut adfit, quanam requirantur, praeter vulgatos indicatur. 145. seq.
Donatio remuneratoria revocari nequit in casu L. 34. §. 1. de Donat. 187
Donationes post contractum capitale crimen, an & quando valeant? 222
Donationum inter vivos atque Legatorum varia ac memorabiles similitudines praeter vulgatos indicantur. Et sic recte de iis dicit, quod non omnino comparentur legatis. Quod & variis modis demonstratur. 150
Donator si rem donatam in donatarii praedjudi-

judicium, in alium transtulerit, quidnam juris sit? 150. Ubi & plura de de hac donatione.
 Dotes, mulieribus salvas manere, in corpore reipublica. 311
 Ab alimentis ad dotem, an consequentia valeat? 191
 Dotare filiam emancipatam Pater non cogitur. 192
 Dubia quaestiones, arduas illas, qua per torturam exiguntur, significant. 171
 In corpore juris, leges saepius occurrunt, qua dubium non habent: & ita recte. 155

E.

E & I. litteras, permutaverunt veteres. 375
 Educationis cura, prudentiam promovet. 299
 Ellipsis, observatur. 247. 272. 305
 310. 371 & 417
 Εϋ πλατεν, quid significet. 372 seq 386. seq.
 A particula: enim, non recte oratio instituitur, sed illa sequi debet. 374
 Epitaphium, in praepuciosos & Ctos. 16
 Et pro aut. 207. Et alibi.
 Et, pro, id est. 130
 In Evictionum causa, regulam esse, non ut duplum promittatur, tripulum, quadruplumve, cen vulgo putant, sed ut duplum promittatur, atque ita falso correctam ab interpretib. L. 56 ff. de Evictionib. vid. pag. 38. seq.
 In evictione venditor an & quando satisfacere debeat? 3. 9
 Exceptiones, vocantur conditiones, & quare? 89
 Exceptionum formulae, apud veteres fuerunt: aut n: aut nali. 188

Excubatio, pro palatio Praesidis vel aliter Praefecti, munus Romanis fuit. Et sic peccatum desertivus est, si quis ab excubatione desistat. 273
 Exemplarii exemplive vox, quid significant? & usus controversia. 123
 Eximere, pro disponere, delere. 178
 Exsequi, passive sumuntur. 138

F.

Verba: Facere, Factum &c. cum emphasi a nostris & Cuius scripta, pro perficere, perfecto &c. observatur. Et sic, quid sit juris indicatur. 182. 184
 In Falcidia computationem venire debet id, quod statu liber conditionis implenda gratia heredi dedit. Defenditur simul ita lectio in L. 36. de Mort. caus. donationib. 223
 In acceptum ferre & referre, eadem vis atque potestas. 308
 Nam, ut Falsarius, etiam ex lege, ille tencri possit, qui sine consignatione falsum fecit, v. g. celando aliquid in testificatione? vid. pag. 264.
 Femina donans, res rara. 340
 Femina quare magis superbiat, & pro ceteris ipsis arriaceat potius Chrenpreiß? 14
 - - quare crimes longiores habeant? 41
 Feminarum conditio in multis juris nostri articulis deterior: Et quare? 340
 Feminas quatenus castigare liceat? 41
 Ubi & Strykii mens explicatur..
 Feminarum avaritia singularia inluxit varia. 341
 Et qua origo naturalis, hujus feminarum avaritia? il id.
 Fera bestiam possidere dici quis non potest, que nascitur in silva circum epra 230
 Tit. ff. de Fid. Inst. & Am. ff. cor. ita non, 42. 77. 78. sed

sed de fid. Instrum. & Omissione, legi debet:
hacque in parte, cum Anonymo. Dispa-
tatio. 223. seq.

Fidejussori injuste damnato an & quando ju-
re mandari quid restitui debeat? 359

Fidejussori num efficax competat exceptio ra-
tione deceptoris, ex re orta? nec cum affir-
mantibus, nec cum negantibus indistin-
cte, sed media via probatur. 236. conf.
infr. furios.

Fidejussor an, & quando obligatus maneat,
licet Principali Obligatio sublata sit? 251

Pater & Filius an & quando Judices sibi
esse possint? 141

Finem Dei ut homo exsequatur, oportet, nor-
mam ipsi praescriptam esse, secundam
quam omnia agat, & scire possit, qua Deo
grata sint. 32

Finis rerum creatarum. 31

Fiscus an & quando privilegio utatur, &
contra eum respondere debeamus, & quo-
modo hoc intelligi debeat, atque Le-
ges hac in parte conciliantur? 169 seq

Fiscus temere litigans expensis debet ferre:
& ita contra Fiscum de jure respon-
sus. 171

Franciscanus a cane devoratus. 38

Fructus nascituros in rerum natura non
esse, falsa hac usque dictum est. 297

Fruentium admissum quidem Romanis,
est non tamen adpensum fuit. Atque
ita contra molitiones Criticerum serva-
entur lectio in L. 7. §. 2. repetundarum.
307 seq.

Tit. ff. de fugitivis ex connexionione alior. ex-
plicatur. 362

Furiosi an, quando & quatenus obligentur
ipsi, fidejussoresque pro illis accepti? de-
monstratur. Et salva ita servatur lectio
in L. 70. §. 4. ff. de Fidejussorib. 252

Furti actio an ob rem minimam datur? 61. 92. & 376

Furti definitio explicatur praeter vulgatos
pag. 333. vitios. & seq. Ubi & de
furto plura certis regulis comprehen-
duntur.

Furti actio Domino non datur, nisi quando
ejus intersit. Atque sic frustra sunt cor-
rectores in L. unica §. 4. ff. furt. adv.
nant. camp. stab. 256

Furta nec manifesta extra legis poenam esse,
Lycurgus voluit. 50

G.

Verbum Gemini quid? pag. 330. vitios.

Jus gentium quomodo dividatur? 377

Gladus signum judicis. pag. vitios. 329. adde
pag. 93

Graviditatis tempore, ceibus de jure Natura
turpis. 205

Griphus Pauli. 274. 335. seq.

H.

Cum Heinecia Disputatio, de quibusdam.
385. seqq.

Hereditatem semel aditam an & quando
repudiare quis possit? 275. seq.

Hippocentauri Fab. & origo. 207

Homo ab homine sicuti non quidem distin-
gitur ex reliquis ejus corporis partibus;
ita ex capite sola tamen, ex mirabili Dei
sapientia, homo ab homine discernitur,
atque inde cognoscitur; sed hoc tum tax-
tum, & non alias, quam si capitis imagi-
nem nobis fecimus: cui ratione & ex-
emplis probatur. 162

Homo num ex semine nasci possit, elato in
vitrum? 25

Homo

Homo quare erectus creatus? incipit philo-
sophans Aristoteles refutatur. 39
Homicidii poena de jure ffur. mortis natu-
ralis non fuit. 352. seq.
- - - Et qualis jure posteriori & ho-
dierno? ibid.
Horarum divisionis origo, & unde horarum
appellatio? 133
Horatius ap. Paul. in L. 3. si pars heredita-
ris petatur non esse tergeminos, ut est in
hodierna editione, sed tregeminos, proba-
tur. pag. vitiosa 328. seq.
Hordearium quid? 268
Hosti hostem laceffere non licebat 30. diebus,
quibus exercitus vexillum rufum posi-
tum erat. 366
Hulfi (Ant.) mors in Cathedra. 23

I.

I. in O. mutatur. 371
Per litteras I. T. A. XII. Tab. significasse
veteres. vid pag. 315
Ignorantia juris factique, an & quando pro-
fit, vel noceat? 286. seq.
Imperatori electo quod sceptrum regum tra-
datur hisce verbis: accipe virgam equi-
tatis, quid significet? 140
Et quod fundamentum habeat in sceptro re-
gia Romano &c. ibid.
In, in compositionibus anges, ut in iustis pro
valde iustis &c. in gravi, an pro valde
gravi? 19.
In, etiam negat, ut in integrum, pro non in-
tegrum. 214. & 377
Atque ita, quid sit juris in L. 122. ff. de
Verbor. Obligat probatur, casusque ob-
litus deciditur. 244. seq.
In, aliquando idem, quod propter. 146
Verba, in. &c. rei alicujus necessitatem

substantiamque ex jure nostro significat-
re, observatur. 154. seq.
Incestus quis, & quomodo dividatur? 377.
& seq. Ubi de incesto plura.
ab Indicis persona fuit distincta persona ac-
cusatoris: fueruntque indices alii volun-
tarii, alii, qui indicio per questores extor-
to indicant. 270
Infamem judicem esse non posse, contra vul-
gatos defenditur. 143
Ingenium, ut ferrum animadvertitur. 80
Injuria dividuntur in atroces & non atro-
ces: ha iterum in levioris & non le-
vioris momenti injurias. 260
I: Injurarum actione quale sit officium ju-
dicis, & quid ad actorem ipsum pertineat?
vid. pag. 258. fin.
Injuriam commississe dici non potest, qui Epi-
gramma, vel alium libellum contumel-
iosum producit, si non animo injurian-
di, in notam alterius, fecerit. 258
Verbum: inquit, refusandi index est. pag.
331. vitios.
Inscriptiones antiquae, quatenus probent? 335
Argumenta ab Inscriptione Legum quate-
nus valeant? 128. & 277.
Inscriptiones LL. saepe leges conciliant.
356. 387
Instrumenti amissionem. Obligationem non
vitare, non recte probant vulgo per Tit.
IV. Libr. XXII. ff. sed aliunde pag.
323 & seq.
Modo tamen Instrumenti amissio probari
possit, non per juramentum à creditore ob-
latum, sed alias. ibid.
Omissio instrumenti non etiam vitiat cau-
sam. ibid.
In integrum restitutio, num locum habeat
contra lapsum temporis legemve commis-
soriam? 366. adde supr. commissor.
M m 2 Inter-

Interdictum ex Tit. ff. de Itin. &c. illi competere, qui jus eundi, non, quidem dispositione hominis, vel alias jure sibi acquisiverit; attamen longo tempore usus fuerit, contra Huloandrum disputatur. 232

Interdictum, ne quid in Flumine publico &c. civis ex populo quidem competit, sed contra eos solummodo datur, qui faciunt, ut aliter aqua fluat, vel denegant, ut taliter fluat. 331

Per interrogandi modum, non addita quidem responsione, docuerunt saepe J. Cri. 374. & 432

Judex ex officio in rebus communibus dividendis rem, qua dividi non potest, uni adjudicare debet; cui vero adjudicare illam velit, id ipsi permissum: Atque ita conciliantur. §. 20. de actionibus & §. 5. de Offic. Jud. 144

Judex esse non potest caesus. 130. seq.

Ubi & de judice plura.

- nec manere quidem, licet antea videns fuerit. 136. seq.
- Vir bonus, & vice versa bonus vir quod dicatur, quid indicet? 139. & 160

Judicem infamem esse non posse, contra vulgatos defenditur. 143

Judices an & quando Pater & Filius sibi esse possint? 141

Judicium an ulla apud Romanos dignitas fuerit? 143

J. Cri. veterum ambitio & amulatio observatur. 101. 375

Jus quid sit? 37. seq.

- unde de vendit? 33
- unde profectum? 36
- varie significat. 405

Privilegium datum parenti &c. ne sine impetrata venia in jus vocentur, ad P.

trem, affinem, Praeceptores, aliosve, in quibus eadem ratio obtinere videtur, extendi non debet. 94

Et ita judicatum a Facultate Herborenensi. 95

Hodie autem edictum illud adhuc obtinere probatur. 96

Justitiacum gladio depingitur, quare? 193 adde supr. gladius.

Justitia statua oculis carebat apud Thebanos. 133

Juvenalis, an Seneca, magis placeat virginibus? Ubi & versus hac de re. 80

L.

Per Lacrymas, quid significet nasa, proles? 52

Latina cum Graeca locutione confusa, usi fuerunt saepe J. Cri. 373

Latinitas, conf. infr. Pandectas.

Latinitas interpretum damnatur. 257. 309. 330. 348 & alibi.

Latinitatem alias non probatam, ex uno solo loco, qui aliam interpretationem admittit, agnoscere non debemus. 194

Latinitatem ex salis ffrs defendere licet. Licet apud alios non occurrat. Vid. infra voc. Pandect.

Legatum sub die vel conditione relictum valere, si dies vel conditio etiam vivo Testatore supervenerit, aliave ratione etiam utilitas cesset, praeter vulgatos tenetur. 357

Legatum rei minima non valet, & quare non? 198

Donationum inter vivos, atque Legatorum, varia ac memorabiles similitudines praeter vulgatos indicantur. Et sic recte de eis dicit, quod non omnino

comparentur legatis. Quod & alius mo-
 dus demonstratur. 150
 Vox: quaedam, in definitione legati explica-
 tur. 151
 Legatarius partiaris. 186
 Legatarius, an heredis, & quando electio sit in
 re legata in genere, certis regulis demon-
 stratur. 197. seq.
 Legitimam portionem olim quartam, etiam
 ratione parentum & fratrum auctam esse
 ad trientem & semissem, vulgatum qui-
 dem, sed non verum est. 202
 Legata nominis an & quando adempta cen-
 scantur per exactionem a Testatore fa-
 ctam? 164. seq.
 Legata fideicommissis esse exaquare per
 omnia, quomodo intelligendum? 128
 Legatarius non, sed heres cum defuncto una
 persona dicitur, & quis usus? 164
 Lex quid sit? 316. seq.
 ad essentiam Legis scriptae, requiritur scri-
 ptura. 222
 de Lege Aelia Sentia, varia. 315. seq.
 de ea, Epistola ab & ad Anonymum. 318. seq.
 Per subsequens matrimonium, non tantum
 filios, sed & nepotes legitimari, nove
 probatur per text. in §. ult. Inst. de Nupt.
 in cuius necem alias conspirant nostri. 160
 Quoad Legitimationis illum modum, quem
 DDres nonnulli habent, in nominatione
 patris, praeter illos & vulgatos, varia no-
 va notantur. 168
 Liberi, an res Patris vocari possint? 335
 In licitatoribus vulgatis quid iuris? 336
 Litigans temeris, in expensis debet con-
 duceri. 171
 Licentia conductumque vocabitur pro-
 missio usque ad & ad. 256

Longi, verbum, varia tempora signifi-
 cant. 233
 Lucrativa due causa in eandem rem & per-
 sonam non possunt concurrere. 151
 Lupanaria extra civitatem toleraverunt
 Germani. 80

M.

Littera M. per lineam transpositam, v. gr.
 sortē. pro sorte M. scripta. 256. 309.
 332. seq.
 - - abundat interdum. 332. & alibi.
 Magnetis indoles qualis? 63
 Manum, quem in finem datae sint feminis,
 & quid. iis datis. constat juris natura
 esse? 14
 Mandatio, pro traditione. 172 & 310. fin.
 Manumittendi modus per vindictam, &
 formula, explicantur. 222
 Manumittere is quoque servum debet, ad
 quem non rogatum servus iste fideicom-
 missaria libertate donatus pervenerat.
 Atque ita defenditur L. 26. ff. de fidei-
 commissar. libertat. 226
 Maritus, sicuti beneficium competentia qui-
 dem habet, ita vero sub hac notabili re-
 strictione id intelligi debet, ut ipsa obli-
 gationum sive nominum instrumenta
 committere uxori debeat. 311
 Mariti conditio deterior est, si actione de
 dote, quam si condictione contra eum
 agat uxor. 350
 Masculino sexui praeter feminino potiores par-
 tes competere, probatur. 103
 Mutuum, quia an sint Juris Naturae. 55. seq.
 Matrimonium quare Lutherus contrahe-
 rit. 100
 Matrimonium inter parentes libereque prohibi-
 tum quaeque exempla. 81. & 300. seq.
 Mm

*M*atrimonia an *§* quando propter cognationis vinculum sint prohibita? *U*trum hac in parte plurima regula *§* exceptiones, regula unica comprehenduntur. 107

*M*atrimonium cum avunculi vidua num permissum sit? 17.384

*I*nter Fratrum sororumque liberos matrimonium permissum esse, probatur. 109 seq *§* 383

*Q*ua regula notanda in questione prohibitorum matrimoniorum. 383. seq.

*M*atrimonium viri robusti etate cum decrepita vetula prohibitum. 80

*T*o: Viri, explicatur in definitione matrimonii. 316

*A*d hoc, ut matrimonium inter pupillam atque Tutorem ejus contrahi possit, anni requiruntur *§* sufficientes 26. compleri. Concilianturque has in parte L.L. ffar. Neque de jure Codicis id mutatum. 347. *§* 109.

*R*atio quare ante dictum tempus curator pupillam ducere non possit? ad questionem illam, num maritus possit sua uxoris curator esse, non pertinet. 349

*M*asculino sub vocabulo, quando femina non comprehendantur? *§* quare non? 93.110

*M*atrimoniorum habendorum causa an liceat bella inferre? 424

*M*axime, verbo, quid significetur? 116

*M*edietatis a *§* Cui in jure habita exempla. 334. posterior.

*V*erbum: medium, non semper sumitur pro interveniente aliquo temporis spatio, sed etiam pro speciali aliqua ipsius intervalli qualitate, h. e. pro modico, sive mediocri intercapedine. 228

*A*tque ita truculenta est Criticorum crisis ad L. 5 i ff de Verbor Oblig. 137. seq

*M*elancholia. 157

*M*embrorum suorum nemo est Dominus. 82

*A*n *§* quando memoria operis exstet, tribus sententiis *§* eorum probatur. 375

*M*erces immodica data revocari potest. 187

*M*etonymice sapius locuti sunt *§* Cui. 189

*S*ervus esse miles non potest. 338

*M*ille dari ex privato alicujus patrimonio, pro impossibili ferme Romanis habitum non fuit. 337

*M*iles *§* milites promiscue scripserunt ibid.

*M*ilitarium uno l recto etiam scribi, ex Augustali statuta ante Rom. colligimus. 337

*M*ilitis ab intestato mariti bona vacantia non Fisco, ut alias, in Paganis, sed Legioni vindicanda sunt. Et ita probatur Lectio L. 4. §. 17. ff. de Fidei commissar. libertatib. 223. seq.

*M*ilitis Testamentum *§* in eo privilegium est, quod natiuitate posthumi non rumpatur, siue ignoraverit, siue non ignoraverit, uxorem pragnantem fuisse, modo eo animo fuerit, ut, quisquis sibi nasceretur, exheres esset. Et sic corrigitur in mendo alias cubans L. 7. ff. de Testam. milit. 327

*M*ilites stationarii *§* Cui jura militari testamentum condere non possunt. 97

*M*ilitia ut patriam quidem potestatem non tollit; ita tamen filius familias pro Patre familiam interdum habetur. 226

*M*ilitari re, ad iudicium, plura mansisse, observatur. Et qua ratio? 265. 329. vitios.

*D*are se militem, aliud non significat, quam conscribi se ut militem, pati. 272

*D*are ita se militem, cui hoc non liceat? vel etiam: dare se militem ei, cui hoc non licet, grave crimen est. ibid.

*E*tiam illi qui mittuntur, ut militibus legem-

*legentibus curarent, respublica causa
absint.* 371
*Mobilium atque immobilium rerum divi-
sio, tantum ad res corporales pertinet. Et
quis usus?* 119
Morbofus quis? 158. & 195
*Principium illud: quotiens quid attri-
buntur moribus, in nostro juris cor-
pore legimus, id quod cautum simul
& in XII. Tab. exstat, totiens per
mores leges illas regias debere intel-
ligi, quibus, exactis regibus, po-
pulus ab initio adhuc fuit usus, ac-
que postea in XII. Tab. retulit:
num verum sit?* 335. 385. 403. fin. & seq.
Verbum moribus, varia significat, 402. seq.
*Mors hominis, probat causam efficiensem
esse.* 20
*Mortis poena ad illum non statim pertinet,
qui iusta hactenus causa, insistentibus
nimirum fortioribus hostibus, explora-
tionem reliquit: ceu contra is capite
puniendus ransen est, qui hostibus insi-
stentibus exploratione emanet.* 277
*Interdictum quod Legatorum in mortis
causa donationibus locum non habet.* 230
*Post mortem dari, quando valeat stipu-
latio.* 364
Mortui olim comederunt gentes. 79
*Theodoricus Gothorum Rex in prandio ca-
put piscis intuens in terram prolapsus
mortem invenit. Et qua ratio?* 163
*Mulieres homines non esse, probat Anony-
mus.* 204
Munis, idem, quod obligatus apud veteres. 186
*Munera curiata, stercilia atque persona-
lia qualia? Et an infames homines ad-
mittant?* 143. seq.
Munus an morbofus dici possit? Licet an ab

*tale vitium, rehibitoria actio locum ha-
beat?* vid. pag. 158

N.

N. in U. mutatur. 365
*Narrativa verba in legibus nostris occur-
rentia, quid significant?* 104
Refutatur hac in parte vulgata sententia. 366
Natura, quid significet? 44
 - - *an, & qualens auctorem habeat?* 45
 - *Mala, accusatur vulgo, sed pessime.* 46
 - - *a nascendo dicta, & quomodo hoc
intelligi debeat?* 43
 - - *Qualis innata creatura omni?* 50. seq.
 - - *Quidve appetat?* ibid.
 - - *Testimonium confert Dei volun-
tatis.* 49
*Natura imprimis & ante omnia vult conser-
vationem & augmentum.* 64
*Atque sic natura homini testis est, creatoris
placere, ut omnibus iis studeat homo, qua
ad conservationem incrementumque fa-
cium. Deponetque tale testimonium
non proletarium, sed omni exceptione
majus.* 65. & 205
*Atque sic ratio docet, natura teste, juris esse:
conservationi & incremento stude.* 67
Natura ius esse debet. 32
 - - *a vulgari intelligentia remotum
est.* 34
*Ad intellectum tamen ea hominis est fa-
cultas, ut scire illud, & ad id accom-
modare sua negotia possit.* 35
 - - *non recte definitur, dictamen re-
tae rationis esse.* 35
 - - *in bruta non cadit.* 38
Circa Natura ius, dispensari non potest. 39
Natura

Natura juri an, & quando mutari possit? 39. seq.
- - a natura tanquam causa efficiente repeti non potest. 48
- - Catenatim unum fluens ex altero probatur. 19. seq.
Natura juris definitiones vulgatae refutantur. 49
Natura juri differt a Philosophia morali, Theologia &c. 50
A natura, juris repetenda stirps est. 12
Sine notitia juris natura, factus & Cuius aliquis esse non potest. 13
Nec Theologus. 16
Sed nec officiosus quidem satis, vel religiosus erga Deum. 18
Natura nihil turpe esse, falsum est. 36
Principium juris Natura adequatum unicuique quomodo intelligendum? 68
Non illud est Dei voluntas; sed est hac, Principium juris Natura constituens. 69
Neque etiam illud est hominum ratio, sed est hac, Principium juris natura cognoscens. 70
Non etiam illud est: finis creati mundi, innatae Naturae; sed sunt haec principia cognoscendi. *ibid.* & 205
Non etiam Dei Majestas, ejusque voluntas; sed sunt haec principia obligationis. 71
Non etiam Societas, ordo & cetera, huic pertinent; sed sunt haec, principia subalterna principii adequati constituti unicuique. 7. seq.
Quale est: conservatio & incrementum. 74
Quoad naturalia iura homines peiores aliquando sunt, quam animalia. 26
Quando in eadem Oratione bis aliquid negon non & Cuius aut, pro non natura non non, recte compenditur, quod ex-

pressa negatione posteriori, verba: nec comprehendere solent. Ita mutatio vulgata damnatur in L. 1. §. 1. ff. de Verb. Obligat. 239
Negantia duo: affirmans. 208. & 86
Non a negatione, sed a positivis ex juris nostri Grammatica, rem institueret oportet. 313
Nolle an & quando postea possit, qui antea voluit? 275. seq.
Nomina veteres imposuisse a fortuna, ab animi & a corporis vitio, *vid.* 135
Non, monosyllabum, lusius nostris est. 344
Non, NON entium particula est. 373
Verba: non bene, quid significant? 376. seq.
Non omnino & omnino non, eundem sensum in jure habent. 152
Non pro non solum. 345
Verbum: Notz, non semper sigla, scripturaeque compendia significat, sed etiam ipsam alicui factam consummationem. 217
In numerorum computatione. in ordinalibus quemadmodum constitutum sit: 348
Nuntiatio novi Operis an & quando morte cesset, demonstratur: Interpretum sententia, hac in parte refutatur: Totius Tit. de novi Operis nuntiatione summa per 3. partes indicatur. 217. seq.

O.

O. & A. permutantur. 326
O. & U. promiscue usi fuerunt veteres: & sic loco O, UM irrepserit facile. 250. 509
Obligatio naturalis, in legibus nostris quid significet: 259
Obligatio in solo fidejussore, non etiam reo principali tollitur, si stipulator fidejussorem heredem nuncupavit; con- contra- tamen

tamen debitoris principalis obligatione perempta, per institutionem heredis, & fideicommissoria causa sublata erit. Secus si data possessione creditori debitoris rerum, debitoris obligatio sublata sit. 250. seq.

Obscura, & incerta haberi solent. 418

Oeconomus iniustus exemplum apud Lucam observatur. 308

Officium Hominis & Civis. 5 seq.

Verba: omnes, omnia &c. reliqua non excludere, non, ut vulgo, sed alio modo probatur. Sive, verba illa, non nisi regulam, & non jus perpetuum inducere, observatur. 154. Ubi & usus.

Omnino non, & non omnino, eundem in jure sensum habent. 152

Opera a servo promissa liberto liberisve hominibus, an, & quando obligent? 343 seq.

Ordo, juris Natura est. 32

P.

Pandecta vocantur alias Justitia templam. 210

Pandectarum compilatores fuere 17, non 16. ut habet Vinnius. 128

Pandectarum Compositores integra & ipsa naturalia 7 Ctorum Veterum verba, licet cum procedente, vel sequente lege non cohereant, attamen servare voluerunt, cum, ne stilo veterum elegantiori, & verbis Latinis, ex leviori sua Grammatica, quid forte an adimerent: tum etiam, ad suam orbis futuro prestandam intemeratam solertiam, atque laboris sui fidem. Sic autem nostri, qui hoc non attenderunt, frustra sapius fuerunt in corrigendis legibus. 145. & 358

In Pandectis Justinianum omnia sua fecisse, quomodo intelligi debeat? 135. & 360.

In Pandectarum Iuda & Illia parte nulla lex abrogata dici potest. 90

Et quomodo id debeat intelligi? 97

Sed omnia per suas consequentias accipi debent. & quomodo hoc intelligendum? 97

Leges Pandectarum ex diversorum 7 Ctor. libris conscriptas, ita saepissime sibi coherere, unamque alteri sic innoxiam esse, ut individuo vinculo teneantur, alteraque alterius non appendix tantum, sed pars quoque sit, observatur. 158. & alibi.

Pandectarum Florentina editio non tantum purissima est, ut habet Lauterbachius, sed & archetypus, sive exemplar, ad quod trutinari hodierna nostra editiones solent. Et quomodo ibi legatur? 158. 161. 199. 259 & 295

Pandectas purioris Latinitatis fontem limpidissimum, multa continere, quae alii auctores non habent, attenditur. 101. 175. 267. seq. 348 419

In Parenthesi multa in Pandectarum volumine legere debemus. 199. 345

In uno eodemque juris nostri textu, licet de eadem re & persona agatur, diversa tamen tempora poni, observatur. 166

Pater, quae est, quem nuptiae demonstrant: & quomodo hoc intelligendum? 192

Pater & filius an, & quando iudices sibi esse possint? 141

- - Cur una persona dicantur, & quomodo hoc intelligendum? ibid.

Patria potestas unde? Et de ea varia. 367. seq.

Patriam potestatem, ut quidem militia non tollit, ita tamen filius familias miles, pro patre familias interdum habetur. 226

Patricii qui? 192

Pauli Astutia. 375

N n n

Pat.

- Pauli loquendi obsequitas notatur a Fulgoso, 236. vitios. 395
- Stolus autem Pythone pradam mulierem, qua Hendori fuit, sibi optasse Fulgosius, quam ut Paulus interrogare de sua mente per capillos voluerit. 372
- Pauli Grapli. 335. seq.
- - - Scilus brevis. 339. & 374
- Peccatorum Origo non Deus, nec etiam natura, sed quid aliud. 146. seq.
- Ret. apud Latinos idem saepe, quod inira: & sic, quid sit juris in L. 122. ff. de Verbor. Obligat. ostenditur. 144
- Peremptorie, vid. Citationem in lit. C. de Permutatione nonnulla. 344. seq.
- Stilo veterum ita receptum est, ut imperfonale ali quo sub certa persona respondendi modo utantur; tamen si propositus legis casus in secunda parte persona sit conepit. 174
- Alia de stilo? Cior. tam ratione scribendi, quae verbor. vid. in verb. Anastrophes, Ana. Eplof. Synchiff. Pandoel. Foul. Metonym. Ellipsis. Lit. F. D. M. N. O. Q. S. P. 141. 138. 89. 373. & alibi. vide verb. Stilus in lit. S.
- Phoenix an unquam existerit? 29
- Pictura recreationem faciunt. Probat Horatius, probant Pontificii. 127
- Picturarum, statuarum, mansuetudinumve posse usufructum constitui. 126
- Picturarum exempla. 90. 163
- Pignus etiam in re immobili consistit; & alia. 114
- Plurali locutione pro singulari usi. veteres. 89
- Pena delicti estimatio est. Et quid hoc sit? 260
- Porcius ad laqueum damnatus ob devortum puerum. 38
- Posse, potest, possunt, singularis aliterque casus excepti saltem esse iudices. 130. 141
- Possessor mala fidei etiam deducere potest id, quod defunctus ipsi debebat, siue id sit naturale tantum, siue civile debitum. 114
- Possessor mala fidei & prado quemodo differant? quidque in utroque divers. juris obtineat? 115
- Possessionis commodi exemplum. 124. seq.
- Possidere feram bestiam dici quis non potest, qua vagatur in silva circumsepta. 230
- Postilla. 18
- Verba: in potestate, non juris semper significationem habent, quatenus pro ipsa civili patria potestate sumitur; sed naturalem in parte, & quasi domesticam filii possessionem interdum significans. Atque ita probatur lectio in lege. 225
- Pro Prædestinatione Calvinii argumentum vulgatum, calvium est; probatur aliunde. 42
- Uxore pregnante quanta pars ventri servari debeat, disputatum & decisum, vid. pag. 328. b. & seq. & quid de moribus hinc in parte tenendum? 332. b.
- Dare se Prætozem alicui rei, non addita expressa pro tribunali mentione, significare non potest. solennem Prætoris pro tribunali presentiam; Ceu. Prætozem alicui rei sedere; hoc non addito, id significare tamen potest. 188
- Precedendi vera ratio. 84
- Precaarius etiam rei suae interdum potest consistere; Et ita defenditur. L. 6. §. 4. ff. de precar. contra Haloandrum. 235
- Prædo & male fidei possessor quemodo differant, & quid in utroque divers. juris obtineat? 115
- Pretiosior miles quis? 274
- In Principe bono quantum requirantur? 274
- Pri-

Privilegii vox unde ? Et quid significet ?
 quidque in privilegiis juris sit? 94. 95
 Privilegium datum parenti Et. ne sine in-
 petrata venia in jus vocentur, ad Pa-
 trem Affinem, Praeceptorem aliosve,
 in quibus eadem obtinere ratio videtur,
 extendi non debet. 94
 Et ita iudicatum a facultate Herborensi.
 ibid.
 Hodie autem edictum illud adhuc obtinere
 probatur.. 96
 Per Procuratorem non liberari, nec libera-
 re quisquam potest. Atque ita expli-
 catur. L. 3. ff. de acceptilat. 363
 de Prodigis varia. 385. seq.
 Propriidarum exempla, Et unde tales ?
 61. 82
 Propricidae an Et qualem penam habeant de
 Jur. Nat Et Civili? 82
 Irreverentia, sive petulantia nimia delicto-
 rum Philosophis, inter animi defectus re-
 censetur a Ceteris nostris. 157
 Pubertatem quomodo existimaverint vete-
 res? 409. seq.
 Pufendorffii (S.) Summa de Offic. Hom.
 Et Civ. 5. seq.
 Pulveraticum quid? 268
 Pungeleri nota ad L. 3. si pars hereditatis
 petatur. 332. vitios.
 Pupillus an, quando Et quatenus obligetur
 ipse. fidei iussoresque pro eo accepti? de-
 monstratur. 252
 Pythonem praeditam mulierem, qua Hendori
 fuit; melius sibi optasset Fulgosius; quam
 ut Paulum interrogare de sua mente per
 capillos voluerit. 371

ut fuerit veteres. 333. Et pag.
 326 b.
 Quadrupedariam actionem utilem locum
 habere, si fera bestia juxta naturam
 damnum fecerit, non, ut vulgo, sed
 alio modo probatur, Et quidem, ut non
 competat utilis illa actio ex mente Justi-
 niani, sed ex verbis aperte eam actio-
 nem accommodantibus. 203
 Exemplum, ubi bipes animal damnum fe-
 cit. s. v. stercozarium adducit glossa. 204
 Anonymus Et cum dictam actionem habere
 locum existimat, si mulier damnum fe-
 cerit. ibid.
 Ultra Quadruplum nec conventionalem,
 nec criminalem pecuniariam ex actionem
 permissam esse, ostenditur. 342
 Questionum iudices, quibus extraordinaria
 publicorum iudiciorum cognitio a
 populo delegabatur, Romanis fuerunt.
 Quo quidem criminalium iudiciorum
 munere praeter ipsos in urbe Praetores,
 alios quoque sanctos fuisse, observatur.
 Atque sic emendatur. L. 8. ad Leg. Jul.
 Majestas. 304
 Quemadmodum, adverbialiter; sed Et
 separatim pro, quem ad modum (hoc
 est quantitatem, sive summam) sumi-
 tur. 370
 Quidam; pag. 87. seq.
 Quis, ex familiari Grammaticorum consue-
 tudine pro aliquis; atque sic quibus pro
 aliquibus sive nonnullis. 332
 Quod pro quatenus. 333. posterior.
 Interdictum quod Legatorum, in mortis
 causa donationibus locum non habere,
 probatur. 230

R.

Listeris C. Et Q. ante U. primus

Rachibutum in app. p. in. habet. 174

Repetere. num. Dominus pecuniam possit, quam servus ejus solverat ex fidejussione ab illo facta, se inscio? Dilectis distinctisque regulis demonstratur. Et sic probatur lectio. in L. 19. ff. de Fidejussoribus. 248
Rei quare fugitivi appellentur? 99
Relegatorum. honorum vindicatio a Fisco facta, remissa non omnibus, sed quibusdam. 333
Reliquatores qui? 330
Renunciare juri suo quilibet potest, etiam ipsa facto. 367
Res e manu dimissa quare in terram cadat? 52
Res rem ad se trahit, quare? ibid.
Rerum existentiario tanquam effectum, causam aliam efficientem agnoscere, non recte inde vulgus probat, quod effectus debeat causam habere: Nec etiam inde, quod res creata, v. gr. inanimata voluntate & intellectu carcant; sed, alio modo id evincitur. 20. & 21
A Regula: citra traditionem jura in re non transferri, casus exceptus observatur. 153
Rescribere. vid. signare in Lit. S.
Rubra & nigra convenire debent? 325. 370
Rusticitati indulgendum esse, non hoc significat, ut vulgus putat, quasi ipsi rusticorum abominandis moribus; sed ut ipsi potius agricultura indulgeamus. 368
Rutiliana rutilantibus oculis, & non jure motum Imperatorem. 366

S.

Per litteram S. veteres significarunt semissem. 338
Sabbathi die recte prohibitum, ut nec

ipso v. gr. bos operetur. 20.
Erga Sanctos an debeamus fidem habere? 194
Sapphirus pravis resistere affectibus creditur: & alia. 134
Qui litteras scribit etiam dicere, dici observatur. 222
Semissem veteres per litteram S. significarunt. 338
In Senecam versiculus. 80
Senectus non ex annis, sed ex valetudine viriumque defectu aestimanda. Et usus hujus rei. 149
Sepulchrum gentes olim in ipso ventre habuerunt usventium. 79
A Servo promissa opera, si liber sit factus, actionem non producunt, & quare? 341. 343
A Servis ad operarias, quales hodie habemus, quando argumentari liceat? 362. fin.
Edictum de servo corrupto, quare ad filios non pertineat, utilis actio inde tamen competat? 361
Titulus ille, ex connexionione cum sequentibus explicatur. 362
Ad hoc hodie hunc titulum obtinere, probatur. ibid.
Servis sine voluntate Domini fines egredi non licet. Observatur hac de parte inscriptio apud Petronium. Defenditur ita Florentina Lectio in L. 16. §. 4. ff. de Publican. 221
Tria sunt, præter dispositionem hominis, per que inferior locus superiori servit. 232
Servitus recipiendi stillicidium vel flumen in cloacam, hincumque probata a nostris in §. 1. Inst. de servitutibus, consuetas. 327
Servitutes quo tempore usucapiantur de jure antiquo & novo? consuetas. 171-

tribus modis, circa dispositionem hominis, Lege, natura & vetustate. 233

Servitutes causam perpetuam non desiderare, probatur. 96

Signandi testandique munus olim non ad vocatis semper, aut tabulariis, aliisve publicis personis, sed privatis sapienter etiam permissum fuit. 122

Consignationem Romani ex more fecerunt, in rationibus tabulisve. 264

Consignationis nomen solam etiam Scripturam sine sigillo significat. 266

Consignationis, ut & resignationis voce pro rescriptionis verbo usi sunt veteres. 267

Per Sinum quid intelligatur? Item Sinum præbere quid? 267

Societas leonina quare reprobanda? 341

Societatem homo appetit. 51. fin. & saepe.

Solvere pro parte potest promissoris plurimum heredum unus. 240

Plurimum debitor, unum Solvens, id solvisse censendus est, quod est gravius. Ubi & explicatur L. 1. de Solutionib. 313

Spadones an generare? Item an adoptare possunt? 195

Spadonum genera varia: ikid.

Speratas res in rerum natura tamen esse, probatur. 207

Spoliatus restituendus ante omnia: 115

Sponsa apud Nazomenes prima nocte cum convivis singulis ex more coibat. 50

Spurios veteres. scripserunt per litteras S.P. & quare? 192

Stabulum pecudibus, ut domus hominibus, mississimum esse debet receptaculum. 261

Statu liber in criminibus eorumque poenis an & quando pro servo aut pro libero haberi debeat, detur, legeque hac in parte componuntur. 229

Stilo veterum ita receptum, ut impersonali aliquo sub tertia persona respondendi modo utantur, tamen si propositus legis casus in secunda forte persona sit conceptus? 174

Alia de stilo Veterum vide supra in Latinitate. & Pandect.

Stipulatio unde descendat? 172

& seq.

Stipulatio contractus unilateralis est: Et sic Gotofredi correctio refutatur in L. 1. §. 1. ff. de Verb. Signif. 237. & in L. 35. §. 2. ff. ibid. & 241.

Stipulationem non viciat intervallum modicum. 238

Stipulationis atque traditionis verbis conjunctis, omnes tam obligationum, quam Domini acquisitionum causas ab antiquis? Cuius comprehensas fuisse, observatur. 172

Stipulationes vel sunt simplices, quæ ex uno promissionis latere proficiuntur, atque alia, quæ contractus alicui utrinque obligatio adjiciuntur. Usus circa explanationem L. 35. §. 2. de Verbor. Obligat.

Item, stipulationes illæ non valebunt, si responsio interrogationi non congruat; hæc tamen. 241

Substitutio pupillaris quod dicatur moribus introducta, quomodo intelligi debeat? 335

Homines perfecti minus, quare magis superbiant? 54

Summum supplicium, non semper poenam mortis, sed etiam carcerem, aliamve poenam significat. 352

Superstitias an detur? Paulum illam non agnovisse, contra Rhodiginum & Vulg. probatur. 350. b.

Surdus an morbosus dici possit? Item an Non 3. ob.

ob tale vitium redhibitoria actio locum habeat? vid pag. 158.
 Suis in iure quis dicatur? 190
 Synchysis figura saepe Iuris nostri fuerunt usi. 157. 320
 Quod quia vulgo nostri non observarunt interpretes, hunc frustra saepe sunt in corrigendis legibus. 157

T.

T. & D. permutantur saepe. 371
 Tabulam debere picturam cedere, defenditur, Gratiani nova probatur. 89
 Tautologia a ICor. Veterum stilo aliena. 179
 In terram quare cadat res e manu dimissa? 52
 Testamentum carens visibili vitio, quali effectum gaudeat? 125
 Testamentum an praefixo signari anulo debeat de iure civili. 200
 Testari inter alia etiam significat, testem aliquem producere. 121
 In eodem iuris nostri Textu licet de eadem re & persona agatur, diversa tamen tempora poni, observatur. 166
 Theologi mali quid officiant? 23
 Verba: Tibi notum est, in Legibus quid significant? 292. seq.
 Ut ff. de Fid. Instr. & Amiff. cor. Ita non: sed: de Fide Instr. & Omissione, legi debes. Hacque in parte cum Anonymo Disputatio. 323. & seq.
 Toga num armis cedat? 274
 Tortura per quaestiones dubias intelligitur. 171
 Hanc exigenti Fisco non debemus facile consentire. ibid.

Tortura an senex annorum 70. subijci possit? 149
 Traditionis atque stipulationis verbis connectis, omnes, tam obligationum, quam Domini acquisitionum causas ab antiquis Iuris comprehensas fuisse, observatur. 172
 A Regula: citra traditionem iura in re non transferri, casus exceptus observatur. 153
 Tregemines parientem, ter enixam dici posse, vid pag. 328. b.
 Tribonianus perperam accusatur vulgo. 128. seq & alibi.
 Trulla, quid apud Romanos veteres? 189
 Tutela quod definiatur, in capite esse, quomodo intelligendum? 327. b.

V.

Loco V. B. scripserunt veteres. 326. 327. b.
 Vacantia bona militis ab intestato mortui, non Fisco, ut alias in paganis, sed legioni vindicanda sunt. Et ita probatur lectio in L. 4. §. 12. ff. de fideicommissar. libertatib. 224
 Corpore haud valere solet, qui non animo valet: & quare? 194
 Vasarium quid? 268
 Geminata vocula, vel, distinctionem innuit. 158
 Velle an & quando postea quis possit, qui antea noluit? 275. seq.
 Venditorem ad tradendum praefixo obligari, ex §. 2. de Donat. a vulgo non recte, sed alio modo probatur. 155
 Venetianos Iudices supremos omnes ferme orbatione oculorum morte violenta peruisse. Vid. 136
 Vene-

Venorem quare animal appetat? s. q. C. alibi.
ad Venorem quousque C. quare intemperan-
tor fuerit Horatius? 59 seq.
Venter etiam in Legatis pro nato habetur;
Excipe, nisi suis legata damnosa, qua-
lia esse possunt. 120.
Vox: Vetus, varia significat. 405.
Videre, non ibi tantum dicuntur, qui quid
oculis proprie ita vident; sed C., qui
aliquid percipiunt, legunt, vident le-
gentes in libris. 329. b.
Videri verbum utus alias veritatem (ex
singulari Veterum C. Torum modestia)
significare solet; ita ex eadem C. Torum
stilo, praesumptam solummodo, atque
opinionibus fictam, veritasque natu-
rali oppositam causam designat. 174.
208.
Vir, unde dictus? 305.
- Post annum 120. nuptias cum vidua
contrahens, ab illa testimonium accepit,
se cum nunquam sine viro invansse.
ibid.
Viri nomen quid? 140.
Virginibus Juvenalis magis placet, quam
Seneca. 80, 305. fin.
Virtutis causam consuetudinem esse, aut
semperamentum hominum hoc facere,
falsum est. 36.
Unus, unum: Item in plurali numero.

uni C. pro universis capi, observa-
tur. 185.
Nomina masculorum in us terminantur,
licet a feminini generis causa nomen
assumerunt. 297.
Rem singularem emens a Fisco, usucapione
statim securus est; secus in emptore heredi-
ditatis. 118. Ubi C. ratio. Espag. 171.
Ususfructum, picturarum, statuarum ac
numismatum, posse constitui. vid. 126.
Usura apud Romanos quo tempore fuerint
soluta? 244.
Usura de jure Natura recte exiguntur. 80.
Usura molesta quomodo alim vocentur? Et
quare prohibita? 340.
Cautio in sortem C. usuras accipere, prius
usuras admittit. 256.
Ut, pro quamprimum; simulacri: item,
veluti. Et ita explicatur Lex 1. §. 2. ff.
quar. rer. act. non detur. 237.
Ut, pro quemadmodum. Et ita quid sit
Juris in L. 2. §. 3. ff. de Verbor. Obligat.
demonstratur. 239.
Uti possideris, interdictum an usrique utile
sit; in L. 3. §. 5. uti possidetis. 232.

Z.

Zwolle in Ecclesia scriptum versiculus ex-
plicatur. 22. seq.

F I N I S.

ERRA-

E R R A T A.

Pag. 10. lin. 8. a fin. leg. merentur. ibid. lin. antepenult, *fœdera*. pag. 11. lin. 8. a fin. post animi, pro &, lege ex. pag. 14. l. 10. & 12. quæro. pag. 19. l. 15. Lucianum aliquem. Pag. 23. l. 17. lege a pravis. Pag. 30. lin. 10. pro quod, lege quoad. pag. 37. lin. 15. Lydium. pag. 38. lin. 16. pro proprius, lege magis proprie. pag. 41. lin. ante fin. 11. mediam viam, litteris aliis lege. pag. 53. lin. 9. ἡ φύσις. p. 54. lin. 26. oblectet. p. 55. lin. 6. leg. 1. Reg. III. ibid. lin. penult. in cithara. pag. 57. lin. 15. ἀρθρωπύρι. pag. 62. lin. 8. ferens. ibid. lin. a fin. 12. pro acervos lege morbos. ibid. lin. a fin. 10. παρακολυθησεν. Pag. 66. lin. penult. pro actum leg. artum. p. 84. lin. 13. precari. pag. 86. med. Loc. Ecclesiast. in fi. lege Ecclesiast. ult. 7. penult. pag. 90. lin. 16. a fin. lege παραδίδωμι. pag. 127. lin. 16. pro, adfert, lege adferat. pag. 129. lin. 1. solos. pag. 139. l. a fin. 6. preces calamitosorum. p. 140. lin. 10. lex otiosus pag. 172. lin. 7. scripserint. lin. 12. muratos. pag. 186. lin. 9. loco: quam abrogata &c. usque ad verbum partiario, lege ita: abrogatam post a Justiniano, captiosorum stipulationum ratione. §. 7. Inst. de fideicommissis: hereditat. &c. pag. 189. lin. 6. pro. 16. pone, cod. pag. 191. lin. 16. pro tam, lege tamen, pag. 211. lin. a fine 3. lege constituerit. pag. 227. lin. a fin. 8. lege lincinationes. p. 238. lin. a fin. 3. dele id. p. 271. in med. post. XLIX. ante vers. Tryphoninus &c. Libr. IV. Disput. infere L. 12. ff. de Captiv. p. 272. lin. 16. elliptici. pag. 287. lin. a fin. 11. ariolor. p. 311. lin. 18. lege competit. p. 316. lin. a fin. 10. ἀρθρωπύρι. ibid. lin. 9. περιδομαι p. 322. lin. a fin. 12. post verba 2dum legis *Æliæ Sentia*, infere: in §. 7. Inst. qui, & ex quib. causis manum. p. 323. lin. 9. post verba: quid aliud; infere: ad dict. §. 7. p. 330. med. post. Cic. de Officiis, adde, Libr. 1. cap. 16. apud Gror. de Jur. Bell. & Pac. II. 2. 11. p. 332. lin. 16. putaticia. Et quia post pag. 335. p. 326. ad 335. redeunt, atque a typhothera bis sunt pōsitæ, illæ posteriores paginæ vel litteræ, b. notantur, vel posteriorum aut vitiosorum nomine in indicibus veniunt. p. 329. b. lin. 14. præmium: ibid. l. a fin. 13. Castricum. p. 341. lin. 14. Luscino. ibid. lin. 26. nec onerosus creditor &c. p. 351. lin. 14. fœtus. pag. 353. lin. 18. probat ipsa, delecto commate. ibid. lin. 24. pro nunquam &c. lege unquam nascatur &c. p. 356. l. 2. percipiat. p. 358. l. 14. representationis, ibid. lin. a fin. 10. salva servata &c. p. 371. l. 3. Symmystas, ibid. l. 19. ellipticum. p. 373. l. 11. lo. o. O Gentium particula, lege, non entium particula. ibid. l. 14. pro τὸν non pone: non. ibid. l. 22. & 23. τὸν γυνὴ χαρῶν. ibid. l. a fin. 12. duo p. 387. lin. 5. ante: nitribus, lege apud Paulum. p. 390. l. 12. lege legem credo 20. p. 397. l. 15. Scholiastes. p. 404. l. 16. ἐθίσιμος. ibid. l. 19. συγγραμμενός. p. 406. l. a fin. 9. cœpisse. p. 411. l. a fin. 6. vinera cœdis. p. 424. l. a fin. 15. ratiocinaris. pag. 440. post Calvinus JCtus pone Calvin. Theolog. p. 42.

Cætera leviora B. Lector ipse corriget.

Österreichische Nationalbibliothek



+Z175372407

Digitized by **Google**





